

R. P.

L O D O V I C I

M O L I N A E,

P R I M A R I I Q V O N D A M I N

E B O R E N S I A C A D E M I A S . T H E O L O G I A E

Professoris,

E S O C I E T A T E I E S V,

D E

I V S T I T I A E T I V R E

Tomus Quintus.

*De Iustitia Commutativa circa bona honoris & fama.
Itemque circa bona spiritualia.*



COLONIAE AGRIPPINAE,

In Officina Birckmannica, Sumptibus

HERMANNI MYLII.

Cum gratia & privileg. Sacr. Caesar. Maiest.

ANNO MD. LXX. XIV.



THE NATIONAL BUREAU OF INVESTIGATION
UNITED STATES DEPARTMENT OF JUSTICE
WASHINGTON, D. C. 20535
MAY 11 1961
MEMORANDUM FOR THE DIRECTOR
FROM: SAC, NEW YORK
SUBJECT: [Illegible]

Handwritten mark resembling a stylized 'Y' or '7' at the bottom of the page.

I N D E X
DISPUTATIONVM
QVÆ HOC QVINTO
TOMO CONTINENTVR.

- Q**uid sit honor & fama
2. Vtrum homo sit dominus proprii honoris ac fame.
 3. De secreto quantum attinet ad hunc quartum de iustitia tractatum, & primo de duobus illis modis, in quibus rationem non habet secreti formaliter, aut virtute commissi, & tamen obligatio est illud non reuelandi, etiam cum onere restituendi damna, si ex reuelatione sequantur.
 4. De tertio modo seu gradu secreti seruandi, in quo interuenit promissio seu pactum illud seruandi, nec tamen proprie est secretum commissum.
 5. De quarto gradu secreti, quod rationem habet secreti formaliter aut virtute commissi & de secreto confessionis sacramentalis.
 6. Seruare secretum, quando ad id tenemur, ad quam pertineat virtutem, & ad quod vitium attineat manifestatio tunc illius. Argue quo decalogi precepto astringamur secretum tunc seruare.
 7. Infamia quid, & quoruplex, & de infamia facti.
 8. Infamia iuris in quibus euentibus ipso facto seu ipso iure ante sententiam incurratur.
 9. Infamia in quibus euentibus per sententiam incurritur, aut interueniente aliquo ad iudicium atinente.
 10. De abolitione infamiae restitutioneque, infamiam in pristinum statum.
 11. Infamia à quibus excludat, inhabilemque infamem reddat.
 12. De iniuria iniustitie commutatie circa bona honoris, & fame contraria: & que sub se contincat.
 13. Iudicium temerarium, hoc est, sine sufficientibus ad id indicij conceptionem, cuius speciei virij sit actus. Et quando de re graui non sit culpa lethalis, vel quod non consenserit voluntas, vel quod cum tanta consenserit liberatione, quanta ad culpam lethalem requiritur, & multo magis idem de temeraria in re graui suspitione.
 14. Ad prudentem castellam quousque, vereri, inquirere intellectu, aut etiam exterius, expendereque, culpa aliorum liceat, absque temerario iudicio, & absque temeraria suspitione.
 15. Varij gradus distinguuntur, quibus iudex circa existimationem de delicto ex indicij & probationibus par est esse affectus ad iudicium publicum sententiamque ferendam: & quando in illis erit temeritas, quando non item. Varij etiam alij gradus distinguuntur à Theologis in priuatis hominibus ad iudicium priuatum: & quando in illis erit temeritas, & quando non erit.
 16. Iudicium temerarium ad culpam lethalem sit, & num etiam in suspitione & dubio temerarij lethalis culpa aliquando interueniat.
 17. Vtrum dubia interpretari in meliorem partem debeamus.
 18. De vitio in genere iniustitie commutatie circa bonum honoris contrario, hoc est de contumelia latissime sumpta.
 19. Vtrum contumelia late sumpta ex suo genere sit culpa lethalis, siue, infima species, & ad quod capitale vitium reducatur.
 20. Vtrum contumelia sint pariter ferenda.
 21. De consilio, improprio, irrisione, & subornatione.
 22. De maledictione.
 23. De vitio in genere iniustitie commutatie circa bonum fame contrario, & de detractione parte illi subiecta.
 24. In quibus euentibus absque vitio, atque admodum licite, necamentum fame alterius inferatur.
 25. De susurrone & bilingui.
 26. Vtrum vitium iniustitie commutatie circa bonum fame contrarium ex suo genere sit culpa lethalis, & num sit species infima.
 27. Varij detrahendi modi, & num reuelare peccatum graue occultum alicuius, non detegendo personam, que illud commisit, culpa sit lethalis.
 28. Vtrum infamare defunctum culpa sit lethalis, & num peccet histori, qui delicta notasse, defunctorum, in prosopiam illorum redamantia, scribitur.
 29. Vtrum reuelare delictum graue occultum alterius vni tantum, qui id non detegat, culpa sit lethalis.
 30. Vtrum narrare ex auditu crimen alterius occultum culpa sit lethalis.
 31. Publicum crimen aut macula, que dicatur ad exament, num absque peccato detegi de illis possit, qui de illis sunt infamati.
 32. Infamatus si quis sit de aliquo in loco aliquo, an ea aut alia, ad infamiam eiusdem atinens, manifestari eam nescientibus licite possit in eodem loco.
 33. Infamatus quando aliquis est dare aliqua in aliquo loco aut tempore, an iniuste & cum restituendi onere id detegatur quod in alio loco aut tempore, qui illud ignorabant.
 34. Audire ac tolerans detrahentem an lethaliter peccet, & ad restitutionem teneatur.
 35. De fame detractione famosi libelli.
 36. De apertione litterarum alienarum, & de legente memoriam peccatorum alicuius, eare alij diuulgante.
 37. Vtrum homo contra iniustitiam gratiasque lethaliter peccet se ipsum illicite infamando, quomodo si proximum infamare, ad restitutionemque, sua fame teneatur, & simul quousque in terminis obligatio sit seruare secreta aliorum, quousque culpa sit, & cum quali restituendi onere, ad tormentum, & alia detrimenta vitanda, alij crimen imponere.
 38. De pena pro iniuria contra honorem ac famam illata.
 39. De pena ob famam libellum.
 40. Quae necessaria sit, ut quis alienam famam restituere teneatur.
 41. Quae restituere teneatur, qui famam iniuste laesi, & quo pacto fama restituatur ob falsum crimen aut ob falsam notam alteri imposita.



INDEX DISPUTATIONVM.

42. *Verum pro infamia, quam passus est ille, cui fama restituta retractatione criminis falsi, aut notae illi impositae, a dante qui ita fuit infamatus, si que ad eam restitutionem sumptus infamia praecedat a quocunque alio damno ex illa secuto, restitutio aliqua illi debeatur.*
43. *Verum in iudicio falsum crimen in iudicio alicui imponentis, se ipsum in eo iudicio defendendo, tenetur illi ad famam restitutionem.*
44. *De restitutione fama lesa iniuste detectione criminis veri, notae verae alicuius.*
45. *Verum fama restitutio fieri debeat heredibus eius, a quo iniuste ablata est, & transeat obligatio eam efficiendi ad heredes eius, qui iniuste eam abstulit, & quid, quo ad utrumque de damnis, quae ex ea fama abolitione sequuta sunt, & quibusque haec sint restituenda.*
46. *De restitutione fama iniuste facta alicui lesa, & versus de restitutione bonorum iniuste lesa.*
47. *Cum quanto periculo ac detrimento teneatur fama restituere, qui illam iniuste lesa.*
48. *Verum remissio eius, cui damnum fama iniuste est illatum, liberet ab onere illud restituendi.*
49. *Verum si fama locum habeat compensatio, ita ut obligetur quis ab onere restituendi famam, quam iniuste lesa, quia si alius aequale fama damnum huic iniuste intulit.*
50. *De iniuria commutata circa bonum spiritus alia. Et nam, qui damnum in bonis spiritualium alii iniuste lesa, ad restitutionem teneatur.*
51. *Num retrahens aliquem a religione ad restitutionem teneatur vel ei quem retraxit, vel religioni.*

F I N I S.



DE IVSTITIA COMMUTATIVA CIRCA BONA

NA HONORIS ET FAMÆ. ITEMQVE

CIRCA BONA SPIRITUALIA,

TRACTATUS QUARTVS.

TOMVS QVINTVS.

Hæc dicitur in principio tractatus præcedentis liquet, quæ ratione tractatus hic de iustitia commutativa circa bona honoris & famæ quartum obtineat locum. Tractatui verò huic adicimus Disputationem de iustitia commutativa circa bona spiritualia: ne ea de re peculiarem brevissimum tractatum conficeremus. Placuit autem ea de re potius in hoc quarto tractatu disputare, quàm in aliis. Tum quoniâ hic breuior præcedentibus erat futurus. Tum vel maximè, quoniam honor & fama plus ad spiritualia bona accedunt, quàm bona reliqua, circa quæ iustitia commutativa versatur, de quibus duobus tractatibus præcedentibus est habitus sermo.

SVMMARIVM.

1. Quid sit honor, & quomodo differat à reverentia, quæ alteri exhibetur.
2. Honor exhibetur tum verbis tum scriptis. Quid sit sacrificium laudis. Quomodo honor verbis & quomodo factis exhibetur.
3. Honor exhibetur tum vivis, tum defunctis: presentibus & absentibus. Exhibetur non solum ratione virtutis, sed etiam ratione alterius boni.
4. Fama est bona de aliquo existimatio quoad aliquod illius bonum.
5. Quis aliquem infamaverit circa aliqua bona, tam generis quam alia, peccat, & ad restitutionem tenetur.

QVID SIT HONOR ET FAMÆ?

DISPV. I.

Tab explanatione obiectorum, de quibus præcipue in hoc quarto tractatu futurus est sermo, initium sumamus. Honor est exhibitio alicui rei alicuius velut in testimonium ac recognitionem boni seu excellentiæ illius. Non dixi: est reverentia quæ alicui defertur, vt multi honorem definiunt. Quoniam superiores reverentiam non deferunt suis inferioribus, & maximè Deus suis creaturis: & tamen superiores honorare dicuntur suos inferiores, quando aliquid illis exhibent veluti in testimonium, & recognitionem boni, quod in eis est, rerumve ab illis bene gestarum: Deusque honorare dicitur suas creaturas libero arbitrio præditas, quando honore sunt dignæ, iuxta illud Ioann. 10. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Cùm enim reverentia reputatio sit cum submissioe eius, qui reveretur, comparatione ei⁹, quod reveretur, quasi maius reputans, quod reveretur, illiq; quasi se submitteus, sanè esse non potest superiorum, qua tales sunt, comparatione sibi inferiorum: sed potius inferiorum cõparatione superiorum, rerumve ad sublimiores attinentium, quatenus ad illos attinent, & in illis reverentia sublimioribus defertur. Quod si signum aliquod exterius accedat, quo exterius etiam reverentia exhibetur,

Tom. 5.

illa dicitur reverentia exterior ad differentiam interioris: soletq; exterior reverentia esse signum & effectus reverentiæ interioris. Ex definitione honoris à nobis tradita facile constat, reverentiam omnem, et internam, (eorum præsertim comparatione quibus est cognita) esse honorem: eo quod sit exhibitio rei alicuius velut in testimonium ac recognitionem excellentiæ eius, cui defertur: non tamen honorem omnem esse reverentiam, sed honorem multo latius patere, quàm reverentia: quippe cùm honor, qui à Deo, & à cæteris superioribus, quin & ab aliis, sine ea reputatione cum submissioe illi cui defertur, reverentia rationem non habeat, sed rationem habeat honoris à reverentia distincti.

Honor verò interdum verbis (sub quibus scripta etiam comprehendit) & interdum factis exhibetur. Quando enim aliquis boni alicuius, aut excellentiæ, quæ in eo sit, in presentia laudatur, aut scriptis, lausque ita ei defertur, honor profectò est, qui illi exhibetur. Vnde laudis sacrificium, quod Deo decantatur, honor est, qui Deo exhibetur, iuxta illud Psal. Sacrificium laudis honorificabit me: & illuc iter, quod ostendam illi: salutare Dei. Quo fit, vt latius honor sit, quando, si honorata exhibetur velut recognitio boni, seu excellentiæ illius. Quando verò laudes solum ordinantur, vt notitia boni aut excellentiæ illius ad aliorum deveniat mentes, tunc laudes famæ aut etiam gloriæ rationem sortiuntur. Est quippe fama notitia boni alicuius. Gloria verò super famam addit, quod ea notitia sit clara, hoc est, multorum, rei que præclaræ cum laude. Quoniam, vt si quis in presentia laudetur, eas laudes illi exhibendo veluti in recognitionem ac testimonium boni illius, quasi illæ ea ratione sint debite, indeque eveniat, vt notitia eius boni in alios diffundatur, qui eas audiunt, & qui in alios notitiam illam ulterius diffundunt, eiusmodi laudes simul habeant rationem honoris, atque in aliorum notitiam diffusæ habeant rationem famæ & etiam gloriæ. Factus verò honor exhibetur, quando alicui statua erigitur, caput aperitur, genua flectuntur, præbetur sedile, variisque aliis modis, quibus velut in recognitionem boni alicuius quod in eo sit, aliquid eiusmodi fit. Et quoniam magistrat⁹, gradus, ac dignitates cõdignis solent conferri, eorumq; collatione velut ostentatio quædam fieri solet boni ac excellentiæ, quæ in eis est, honores appellari consueverunt, eorumque collatio exhibitio est honoris, si tanquam eis dignis conferantur.

Exhibetur autem honor nō solum vivis, sed etiam defunctis. Vt quando eorum corpora honorifice sepeliuntur, funebres orationes in eorum laudem habentur, monumentum illis erigitur, & aliis modis. Exhibetur etiam honor non solum presentibus, sed etiam absentibus. Vt quando ob egregia facta alicuius absentis, hoc in loco illi erigitur statua in illius honore, aut facta præclara illius prædicare publicè decernantur, aut quando in defuncti honore aliis in locis funebri popa sit, laudesq; illius prædicantur. Exhibetur item honor alicui

A non

non solum in sua propria persona, sed etiam in rebus ipsi coniunctis, ad ipsum ve attingentibus. Hæc ratione honor, qui statue aut imagini alicuius exhibetur, in illius cedit honorem: honor itemq, qui Sanctorum reliquiis exhibetur, Sanctis, quorum reliquie illæ sunt, defertur. Et honor, qui fit pro Rege, aut aliis Regis ministris, quæ tales sunt, in honorem Regis cedit, sicut & contumelia illis facta in iniuriam ac contumeliã cedit Regis. Et honor, qui fit vxori aut filio, quatenus vxor aut filius alicuius est, cedit in mariti aut patris honorem: sicut & contumelia illis facta cederet in iniuriam & contumeliã mariti ac patris. Exhibetur verò honor non solum ratione boni virtutis, sed etiam cuiusvis alterius boni, vt nobilitatis ac generis, roboris, pulchritudinis, diuitiarum, scientiæ, dexteritatis in bello, aut in alia arte, ratione dignitatis, aut officij, & aliorum donorum, tam naturalium, quam supernaturalium, & tam acquiritorum, quam à natura inditorum: tamen si præcipuus sit, qui ratione verè virtutis exhibetur. Hæc de honore.


4 Quod verò ad famam attinet, licet variis etiam aliis modis vsurpetur, prout ad aliud aut ad aliud institutum de ea est sermo, quod ad præsens tamè institutum attinet, non aliud est, quam bona de aliquo existimatio, quo ad aliquod illius bonum. Quo fit, vt quamvis aliquis infamia laboret quoad aliqua alia bona, vt quo ad castitatem aut innocentiam, poterit tamen habere bonam famam, quod fur nõ sit: & quamvis infamia laboret quo ad furtum, poterit tamen habere bonam famam quo ad fidei catholicam, hoc est, quod hæreticus non sit, nec de hæresi sit suspectus. Item licet aliquis bonam famam circa aliquid, vt circa castitatem, non habeat coram aliquibus, qui ea de re vitia illius norunt, poterit tamè habere ea de re bonam famam quo ad alios, qui ea illius vitia ignorant. Atque de fama hoc modo sumpta nobis hoc loco est sermo.

5 Porro fama, vt de ea modo loquimur, esse potest de quocunque bono, ratione cuius supra diximus posse exhiberi honorem. Quo fit, vt, qui iniuste infamatus sit, aut aliquem aut aliquam, circa pulchritudinem, vires, ac magnanimitatem in præliando, aut quoad alia bona, tam generis quam alia, siue illa acquisita sint, siue natura indita, cõtra iustitiam peccet, & aliquando lethalius, atq, cum onere restituendi, quantum fuerit infamatus damnum ea via iniuste datum, vt in sequentibus dicitur.

SVMMARIVM.

1. Bona honoris media sunt inter bona corporis & bona externa.
2. Qui seipsum infamat vel interficit, peccat contra bonum reipub.
3. Homo dominus est sue fame.
4. Honor & fama, bona sunt extrinseca, non secus ac diuitiæ: & ideo felicitas non est in honore, quoniam illa intrinseca est.
5. Homo non habet dominium vitæ, sicut fame.
6. Si homo dominus non esset fame propria, non liceret ei se ipsum infamare: quod tamen ei est licitum, vt quando alterius famam lesam cum sui ignominia restituit.
7. Licitum est seipsum pro melius comparanda virtute vitæque aeternæ adipiscenda infamare, & propria scelera detegere, exemplo multorum Sanctorum. Quin Christus in Euangelio aperte docet, famam esse fugiendam & vanam gloriam.

VIRVM HOMO SIT DOMINVS
proprie honoris ac
fame



DISPV. 3.



Ona honoris & fame medium locum quo ad nobilitatem ac præstantiam tenent inter bona corporis & bona externa. Dubium verò est, cum quibusnam computari quoad dominium debeant, num cum bonis corporis, hoc est, cum vita & membris, de quibus tractat præced. Disp. ostendimus, nos nõ esse illorũ dominos, sed Deum: an verò cum bonis externis, diuitiis, de quibus tractatu 2. est comprobatum apud nos esse illorum dominium.

Caiet. 2. 2. q. 73. artic. 2. & in summa verb. de ratiõ, quamvis non dicat, nos nõ esse dominos nostræ fame, quadam tñ ex parte id videtur innuere, dum affirmat, se ipsum infamantem peccare contra iustitiam comparatione ecclesiæ ac multitudine, seu reipub. cuius est pars, teneatq, illi ad restitutionem eius fame: quemadmodum D. Th. 2. 2. q. 64. 2. 5. ait, eum, qui se ipsum interficit, iniuriam reipub. facere, quoniam id, quod ipse est, eius est communitatis, cuius ipse est pars. Ad Caietani sententiam videtur accedere Ioan. Maior. in 4. dist. 15. q. 16.

Quicquid autem hi duo doctores hac de re senserint, communis tñ sententia eorum doctorum, quæ de re disputant, affirmat, hominem dominũ esse sui honoris ac fame, quæ omnino est amplectenda. Eam inter alios affirmat Sotus de ratione regendi memb. 1. q. 3. & lib. 4. de iust. q. 2. 3. conclus. 4. & q. 6. art. 3. ad 4. dub. penult. & vltim. & lib. 5. q. 19. art. 2. C. Adria. de rest. q. 4. inter eas quas de rest. fa. disputat & quod L. 11. q. 1. dit. M. Ledesma. 2. 4. q. 18. art. 2. Nauar. in Manu. c. 18. n. 47. & c. inter verba in commentario Hispano à n. 563. Eandem affirmare videtur D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. vbi ait, hominem constitutum esse dominum sui per liberum arbitrium, & ideo licet de se ipso disponere quo ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, excepto transitu de hac vita ad aliam. Quibus verbis solum dominium corporis ac vitæ censet non esse illi collatum, atq, ad eò necq, membrorum, ex quibus corpus & vita constant. Et q. 73. art. 4. ad 1. ait, in arbitrio hominis positum esse pati detrimentum sue fame, nisi vergat in periculum aliorum: eaq, de causa posse cedere iuri suo, patiens sustinendo detractiõnem aliorum, non defendendo propriam famam, est de defendere eam possit. Teneat tamen defendere famam proximi à detractiõnibus, si commodè possit: sicut tenetur subleuare a finem proximi iacentem sub onere, aut aliud incommodum temporale eius vitare: quia non est in arbitrio ipsius positum, quod patiatur detrimentum fame alterius, sicut suæ. Luce ergo clarius sentit D. Thom. hominum perinde esse dominum sue fame atque suarum diuitiarum.

Rationibus verò hæc nostra sententia probatur. Primò, quoniam honor & fama sunt quædam bona nostra extrinseca, non secus atque diuitiæ: est enim fama opinio aliorum, quæ de nobis habetur: & honor est quid exterius, quod nobis ab aliis exhibetur, vt disputatione præcedente est explanatum: qua ratione Arist. 1. Ethic. cap. 5. probat felicitatem non consistere in honore & fama: quoniam hæc sunt extrinseca quædam bona, quæ facile sine nostra culpa possunt amitti: felicitas verò esse debet bonum proprium nobis intrinsicum, quod facile, nec sine nostra culpa, nobis ve non volentibus, possit amitti, atq, non solum honor & fama sunt quædam bona nostra extrinseca perinde atq, diuitiæ, sed et insuper habent conducẽs, vt eorum dominium potius sit nostrum, quam diuitiarum, q, diuitiæ magna ex parte à Deo procreantur sine nobis, in primatq, rerum constitutione collatæ à Deo fuerunt toti generi humano, postea que homines eas inter se diuiserunt, vt tractatu 2. explanatum.

planatum comprobatumque fuit: at verò precipua fama & honor, vt sunt, quæ ob virtutem & ob alia strenuè à nobis gesta nobis competunt, nos ipsi nostra industria comparauimus nobis, illis effecti digni: ergo quemadmodum diuitiarum, sic longè maiori cum ratione domini sumus honoris nostri ac famæ.

5. Secundò, si non militarent rationes, quibus tractatu præcedente disput. ostendimus, dominium vitæ nostræ non esse apud nos, sed apud Deum, sanè diceremus, Deum contulisse nobis dominium vitæ & membrorum, nõ secus atque diuitiarum, sed nulla earum rationum militat in honore & famâ, vt liqueat illas intuenti ac percipienti: quin potius honorem & famâ nostra industria per liberum nostrum arbitrium, diuina adiurum gratia, nobis comparamus, vt proximè explicatum fuit: ergo perinde sumus domini honoris nostri & famæ, atque aliarum rerum externarum, quin & longè inferiori quadam ratione.

6. Tertio, si homo non esset dominus suæ famæ & honoris, sicut dominus nõ est propriæ vitæ & membrorum, vtig ficut non potest auferre à se vitam, etiam pro salute innocentis, quem morti iniuste obtulit, & ex dictis tractatu præcedente Disp. 1. c. 9. & 10. constat, sic nec liceret sibi se ipsum infamare: sed in multis euentibus non solum id illi est licitum, verùm etiam ad id tenetur sub reatu lethalis culpæ, vt quando falsum testimonium de aliquo dixit, tenetur cum æquali aut paulo maiori sua iactura se ipsum retractare, confiteri quæ fuisse mentium, atque iuramento, si opus sit, id etiam confirmare, vt patebit infra dum de restitutione famæ sermo erit: ergo homo dominus est suæ famæ & honoris.

7. Quarto, si homo non esset dominus suæ famæ & honoris, sicut dominus non est propriæ suæ vitæ, sequeretur, sicut non potest vitam sibi adimere, etiam pro adipiscenda sempiterna vita, vt Disp. 9. cit. ostensum est, ita nec pro meliùs comparanda virtute, tutiusq; ac meliùs comparanda vita æterna, posse famam & honorè abicere aut minuere, se ipsum infamando, suorum scelera detegendo, etiam quando id facere posterius aliorum scandalo ac iactura: quod tamen nullus sanæ mentis concedat, contrariumq; docent exempla Sanctorum: Augustinus enim in suis confessionibus aliqua sua crimina scripta reliquit, & Anselmus suam virginitatem amissam deplorat, & de Ambrosio ferre, feminas in cubiculum adduxisse, ne in Antistite eligeretur. Item Sancti atq; Euangelium docent, posthabere honores: Si quis, ait Christus Mat. 5. se percuisset in dextera, ut axillam tuam, præbe illi & alteram, famamq; & honorem apud homines non querere, etiam ex operibus virtutum, vt pote quæ non leue impedimentum sunt ad virtutem sempiternamque felicitatem obtinendam: Attendite, ait Christus Mat. 6. ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, cyces. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondito. Et Ioan. 6. ait. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, satisque Christus exemplo docuit honores contempnere ac fugere: ergo homo dominus est sui honoris & famæ.

Quintò, idem iudicium in re proposita est de honore & famâ: nullus autem inquam affirmat, hominem dominum non esse honoris, nec posse illum abicere absque cuiusque iniuria: ergo idem est censendum de famâ.

Fundamentum, cui Caietanus nititur, argumètaque alia, quæ aduersus hanc nostram communemque sententiam adduci poterant, commodiùs examinantur inferiùs, dum sermo nobis fuerit, num homo lethaliter peccet se ipsum infamando, & num ad restitutionem famæ, quam seipsum infamando amittit, alicui tenetur.

Tom. 5.

S V M M A R I V M.

1. Varij modi secretorum, quod attinet ad obligationem ea non manifestandi. Aliquando enim oritur obligatio manifestandi ex sola natura rei.
2. Qui prodit secretum, cum proximi famæ lesione, peccat contra iustitiam, licet nulla obligatio interuenierit de illo non prodendo, teneturque ad restitutionem.
3. Qui reuelat occultum alicuius thesaurum, & sine de sursum sequitur, peccat reuelans, cogiturque damnum reparare.
4. Qui prodit consilia exercitus parti contraria, peccat non solum contra iustitiam, sed etiam ad restitutionem obligatur.
5. Non solum in reuelatione secreti peccatur contra iustitiam, sed etiam in manifestatione eius, quod est publicam, si nempe illa manifestatio causa aut causa sit damni iniusti in bonis alterius.
6. Oritur aliquando obligatio seruandi secretum ex eo quod qui id sit, iniuste venit in cognitionem eius, atque adeo peculiariter adhuc obligatur illud non manifestare. Qui inique literas alicuius aperuit, & ea via secretum eius didicit, arctius tenetur illud seruare, quam qui illud sine preiua quoad id iniustitia cognouit.

DE SECRETO QUANTVM ATTINET AD HUNC QUARTVM DE IUSTITIA TRACTATVM Et primò de duobus illius modis, in quibus rationem non habet secreti formaliter aut virtute commissi: Et tamen obligatio est illud non reuelandi, etiam cum onere restituendi damna, si ex reuelatione sequantur.

DISPUT. 3.



Næquam de infamia dicamus, & de iniuriis ac vitiis iustitiæ commutariæ circa bona honoris & famæ contrariis, atque de restitutione honoris & famæ, quando iniuste sunt laesa, dicendum est de variis modis secreti, quantum ad huc quartum de iustitia tractatum spectat, vt meliùs intelligatur, quousque ex manifestatione occulti iustitia commutariæ circa bona honoris & famæ violetur, obligatioque restituendi confurgat, aut non confurgat. Id verò ad alia etiam inferuiet, maximè ad ea, quæ tractatu 5. sequenti dicenda sunt.

Secretorum seu occultorum alii, varij sunt gradus seu modi, quod attinet ad obligationem ea nõ manifestandi alii. Aliquando enim, in primòve gradu, oritur obligatio seruandi secretum, nõ manifestandi ve alii, quo illis est occultum, ex sola ipsa natura rei, non interueniente expresso nec tacito pacto, vel promissione, illud non manifestandi alii: quatenus videlicet vnusquisq; ex natura ipsa rei tenetur, non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia, nihil facere, quo proximus in bonis suis lædatur, siue ea bona honoris sint & famæ, siue corporis, siue externa & diuitiarum.

Hinc primò efficitur, vt qui secretum aliquod seu occultum alii reuelat, ex cuius manifestatione fama aut honor proximi læditur, contra iustitiam peccet illud manifestando, est nõ nullum pactum aut promissio interuenierit de illo nõ manifestando, teneturque ad restitutionem damni in honore aut fama inde alteri iniuste sequuti, non minùs quam fur, aut destructor iniuste rerum externarum proximi, tenetur illi ad caritatem restitutionem. Hac ratione, qui occulta peccata proximi nouit, ad quorum secretum seruandum, illæve non ma-

nifestando aliis, nullo pacto aut promissione se astringerit, si illa sine sufficiente ad id causa reueler, contra iustitiam peccat, ad restitutionemque læsionis famæ illi tenetur; quoniam iniuste, ea detractione illorum peccatorum, illam læsit.

Inde etiam secundò efficitur, vt qui casu nouit thesaurum alicuius latere in aliquo loco, esto nullo se astringerit pacto aut promissione id aliis non reuelare, si tamen id manifestet, atque inde sequatur furtum thesauri, non solum contra iustitiam peccet, sed etiam tenetur restituere rem eo modo furto ablatam, tanquam concausa iniusta eius damni. Agere verò de huiusmodi secreto, de iniustitate manifestatione huius rei aliis occultæ, non ad hunc spectat tractatum, sed ad secundum, in quo de iustitia & damno circa res externas dato sermo est habitus. Satisque est ibi vniuersim dixisse, eum, qui concausa iniusta illius est, & peccare lethali ter, si damnum tamen sit, quod ad culpam sufficiat lethalem, & teneri illud restituere in defectum illius, qui causa principalis exequutrixve illius fuit, vt de hoc euentu particulari, & de aliis similibus, dictum ibi sufficienter censetur.

Inde vterius tertio efficitur, & qui nouit secreta alicuius exercitus aut principis, à cuius parte bellum est iustum, si ea contrariis reueler, non solum peccet contra iustitiam, sed etiam restituere, in defectum tamen causæ principalis, tenetur, si quæ damna inde fuerint sequuta. Et quidem si damna, quæ sequentur, aut quæ inde nata sint sequi, fuerint alicui, aut læsionis alterius in corpore, agere de manifestatione eius secreti, & de obligatione illud seruandi, ad præcedentem atinet tractatum, in quo sermo est de iustitia & iniustitia circa bona corporis. Si verò damna sint bonorum externorum, agere de ea manifestatione, & de obligatione illud seruandi, quatenus inde nata sunt sequi damna, pertinet ad secundum tractatum. Quod si damna simul sint corporis & bonorum externorum, tunc quatenus inde nata sunt sequi damna corporis, agere de reuelatione eius secreti, & de obligatione illud seruandi, ad præcedentem spectat tractatum; quatenus verò nata inde sunt sequi damna bonorum externorum, agere ea de re atinet ad secundum tractatum: quippe cum in reuelatione talis secreti peccatum interueniat, tum contra iustitiam commutatiuam circa bona corporis, tum etiam contra iustitiam commutatiuam circa bona externa: sicut qui pugnando iniuste simul interficit, aut percutit, & depraedatur bona externa, eade destruit, contra vtramque iustitiam peccat.

Illud obserua, non solum in reuelatione eius, quod est secretum, posse interuenire iustitiã cum restituendi onere, sed etiam in manifestatione eius, quod est publicum, si ea manifestatio causa aut concausa sit damni iniusti in bonis corporis aut externis alicuius alterius. Vt, verbi gratia, si vnus querat aliquem, quem nõ cognoscit, ad iniustè illum interficiendum, sanè est ille, qui ita queritur, sit in publico foro, ibique à reliquis omnibus agnoscatur, qui illum manifestaret querenti eum ad illum interficiendum, contra iustitiam peccaret tanquam concausa eius damni, ad restitutionemque tenetur in defectum eius, qui tanquam principalis causa id damnum dedisset. Similiter si vnus interrogaret, quænam esset domus cuiusdam alteri, vt illam iniuste exureret, vtique qui illam ei ostenderet contra iustitiam peccaret, similiterque restituere teneretur damnum ab illo alio in ea datum, estò in eo loco publicum ac notissimum cæteris omnibus; esset cuius esset ea domus. Quia verò quando peccatum alicuius est publicum, ille amissam iam habet in conuictu humano suam famam ea in re, sanè estò aliquis id peccatum illius cuidam manifestet, qui illud ignorabat, non peccat contra iu-

sticiam, quin neque contra caritatem, neque proinde ad villam restitutionem ei tenetur. Cæterum de hac re copiosior in sequentibus erit sermo.

Abiquando autem, atque in secundo gradu, oritur obligatio seruandi secretum, non manifestandi aliis, quod ipsis est occultum, non solum ex natura rei, modo in præcedente gradu explicato, & simul etiam ex eo, quod qui id scit, iniuste venit in cognitionem illius, atque ea de causa peculiarem super se induxit obligationem id aliis non manifestandi, absque villo pacto aut promissione, qua se ad id astringerint. Quemadmodum enim, qui casu rem alienam inuenit, vna tantum ratione tenetur ex iustitia illam restituere, nempe ratione rei acceptæ, quam apud se habet: qui verò furto aut aliter per iniustitiam illam accepit, tenetur duplici ratione eam restituere, nempe ratione rei acceptæ, & ratione iniuste acceptiois, ita qui per iniuriam venit in notitiam peccati alicuius, cuius reuelatio nocua est bono proximi, tenetur ex iustitia id non manifestare, tum quia id postulat natura ipsa rei, iuxta ea, quæ circa præcedentè primum gradum obligationis non manifestandi aliis, quod ipsis est occultum, dicta sunt, in quo hic secundus gradus cum primo conuenit: tum insuper ex eo, quod per iniustitiam venit in cognitionem illius. Hinc fit, vt qui iniuste literas alterius aperuit, eaq; via in notitiam alicuius secreti devenit, arduo vinculo tenetur illud seruare, quam si sine prauia quod ad id iniustitia in notitiam illius deuenisset. Non tamen peccat duplici peccato reuelando id secretum: sicut neque is, qui simul tenetur restituere ex parte rei acceptæ, & ex parte iniuste acceptiois, peccat duplici peccato non restituendo, sed vno tantum. Qui tamen literas iniuste aperuit, & reuelauit secretum in eis contentum, quod tenebatur non reuelare, vno peccato peccauit literas illas iniuste aperiendo, & altero reuelando postea secretum, in cuius notitiam ea via iniuste deuenerat,

S V M M A R I V M.

1. Obligatio seruandi secretum ex pacto, quo quis post agnitum quid promittit se non reuelaturum.
2. Qui pacto promittit se non manifestaturum rem aliquam, vti alia promissionis inducit super se obligationem id non reuelandi, nisi cum peccato. Nisi quando pactum iam inuitum est, postquam illa res à multis cognita est.
3. Licet iudici interroganti derogere aliquam rem, licet delinquenti promiseris pacto non reuelaturum, si videlicet ante semiplena de delinquenti infamia fuerit. Si ante crimen agnitum præcederet promissio de non manifestando, quando per se ipsum in futurum videtur illud patari, tunc tenetur iudici manifestare, si iudicè ab eo interrogatur.
4. Quæuis pactum obligationem inducat, licet tamen virtutem alicuius reuelare: eo quod nullum afferant præiudicium: quin potius reuelatio illa cedit in honorem Dei, & proximi adificationem.

DE TERTIO MODO, SEV GRADU

secreti seruandi, in quo interuenit promissio seu pactum illud seruandi, nec tamen proprie est secretum commissum.

DISPUT. 4.

Liquando, in tertioque gradu, obligatio seruandi secretum quoniam ex promissione aut pacto, quo quis post agnitum aliquid, promittit, sed nõ reuelaturum. Vt vidi, aut alia ratione cognouit



gnoui, aliquem interfecisse hominem, aut commi-
 sisse aliud flagitium, vel eum fecisse aliud, aut eue-
 nisse aliquod, quod non vult sciri: si post agnitum e-
 iusmodi rem illi promittam me illam non reuelatu-
 rum, aut pretio, vel in compensationem pro ali-
 quo alio, pactum cum eo ineam, me non reuelatu-
 rum rem illā, sæpe ea via super me induco obliga-
 tionem id non reuelandi vi talis promissionis aut
 pacti, siue seclusa ea promissione aut pacto fas mi-
 hi esset illud reuelare, siue non, iuxta ea quæ disp.
 præced. circa duos priores gradus obligationis nō
 manifestandi aliis, quæ erant occultum, dicta sunt.

2 Dixi, sæpe ea via induci obligationem id non reuelandi
 vi talis promissionis aut pacti: quoniam est magnopere
 in hac materia advertendum, quod quando prom-
 issio aut pactum nō manifestandi aliquod super-
 uenit post id iam agnitum, esto ea promissio aut
 pactum iuramento confirmetur, non efficiunt,
 vt, qui alioquin teneretur id reuelare, post eā pro-
 missionem aut pactum iuramento confirmata, nō
 possit autē non teneatur illud manifestare. Imō ve-
 rō non secūs teneretur illud manifestare, quā si ea
 promissio aut pactum non aduenissent, & quā si
 iuramento non fuisset cōfirmata. Ea quippe pro-
 missio, pactum, & iuramentum, solum habent vim
 efficiendi, tum vt qui alioquin tenebatur id non
 manifestare, arctius vi eorum ad id teneatur: tum
 etiam, vt qui sine peccato poterat id manifestare,
 & nō manifestare, vi eorum teneretur illud tacere.

3 Exemplis hæc omnia elucidemus. Nouit aliquis
 crimen alicuius, quod duo aut tres testes duntaxat
 sciunt, iudexq; de delinquente sit iam infamia,
 aut semiplena probatio, eum, qui id nouit aut vi-
 dit, iuridicē tanquam testem interrogat, sanē tene-
 tur tunc detegere id crimen eius delinquentis, ni-
 hil impediens, quod delinquenti ipsi, aut cuius
 alteri promiserit, se id nunquā manifestaturum, &
 quod ad id non manifestandum astrinxerit se illi
 iuramento. Ratio autem est, quoniam ille in eo e-
 uentu tenetur sub reatu culpæ id manifestare, se-
 clusa ea promissione & iuramento superuenientibus
 notitia eius culpæ: promissio autē & iuramen-
 tum, cum nō sint vinculum iniquitatis, id est, cum
 non obligent ad illicitum, obligare non possunt ad
 contrarium aut contradictorium eius, ad quod se-
 clusa ea promissione sub reatu culpæ tenetur, hoc
 est, ad illud tunc iudici, interroganti iuridicē, non
 manifestandum. Eadem ratione, si ante crimen ag-
 nitum præcederet promissio, aut etiam iuramen-
 tum, de illo non manifestado, quando per se ipsum
 in futurum videret illud patrari, aut per se ipsum
 illud agnosceret, sanē teneretur tunc illud iudici
 manifestare, si iuridicē modo explicato de illo in-
 terrogaretur. Quoniam promissio ac iuramentum
 in eo euentu essent de re illicita, hoc est, de eo crimi-
 ne non manifestando, quando in futurum obliga-
 tio esset illud manifestandi. Hæc sunt in exemplum,
 quando promissio, pactum, & iuramentum de ser-
 uando secreto, de aliquā re non manifestanda,
 nullam obligationem inducunt.

4 Exemplum autem, quō obligationem omnino
 inducant, esset, quando aliquis sciret virtutem ali-
 quam alteri, quam integrum ei esset manifestare,
 & non manifestare aliis: virtutes quippē regulari-
 ter sic re manifestantur, etiam si occultæ sint, & et-
 iam si iniuriam is sit, cui? sunt: eo quod nullū afferat
 præiudiciū, sicut præiudicium famæ afferit mani-
 festare vitia: quin potius manifestatio virtutum a-
 lienarum cedat in honorē Dei, & in proximorum
 ædificationem. Item exemplum esset, quando quis
 sciret vitium, quod similiter integrum ei esset illud
 manifestare, quia esset publicum: aut quia ipse licitē
 de eo posset accusare: eo quod posset illud probare,
 & in præiudicium suum esset commissum, aut
 alia ratione, & cuius licitē posset prætermittere

Tom. 5.

accusationem ac manifestationem. In his enim e-
 uentibus, & in similibus aliis, si nuda promissione,
 pacto, aut et iuramento, se is, qui illa sciret, astrin-
 xisset ea nō manifestare, induceret super se obliga-
 tionem ea non manifestandi: cum tñ seclusis his su-
 peradditis vinculis, nullā ad ea non manifestandū
 haberet obligationem. Esset autē ex eis vinculis obli-
 gatio ea non manifestandi sub culpa lethali, quo-
 tiescumq; interuenisset iuramentum. Quando verō
 iuramentum non interuenisset, obligatio esset
 sub culpa lethali aut veniali, attendita qualitate rei,
 ad quam non manifestandam quis se astrinxit, &
 attentis cæteris aliis circumstantiis concurrentibus.

Quando autem promissio, pactū, aut iuramen-
 tum, essent de non manifestanda re occulta, quam,
 his vinculis seclusis, teneretur, qui illa sciret, eam
 non manifestare, iuxta ea quæ in duobus prioribus
 gradibus secreti, reive aliis occultæ. Disp. præced-
 te dicta sunt, tunc vincula hæc solum inducerent
 obligationem arctiorē eā non manifestandi, quā
 antea esset. Verūm ea obligatio distincta tunc sit
 specie ab illa alia, quæ erat seclusis his vinculis, &
 num ex illis resulter species alia peccati distincta,
 Disp. 6. explanabitur.

S V M M A R I V M.

1. Quartus gradus secreti est, cum cōsurgit obligatio seruati-
 di id expresso aut tacito pacto, quo secretum est lege ali-
 cui reuelatur, vt illud cuiquam alteri non manifeste-
 tur, sed omnino taceat.
2. Censetur sub tacito pacto secretum non manifestandi ali-
 quid alicui reuelari aut dici, quando ei detegitur, qui re-
 medium potest adhibere: vt quando quædam confessario,
 medio aduocato, & similibus reuelantur, censetur
 illi id ex vi numeris sui cum eo onere accipere, non illud
 detegant. Quando autem quid amico declaratur, vel a-
 licui qui remedium adhibere potest, tutum esset, ante-
 quam detegeretur, promissionem ab illo exigere cui-
 quam non reuelandi.
3. Præcedentia non solum locum habent, quando ipse delin-
 quens sub secreto commissio illud alicui manifestari, sed et
 quando quidam tertius illud idem delictum sub secreto
 commissio similiter alicui alicui manifestat, aut quod alius
 aliud secretum de re ad alterum tunc manifestat, cui-
 dam alteri, sub pacto non manifestandi, illi detegeret. Et-
 iam habet locum id, quando is cui tale secretum com-
 missum est, id contra fidem tertio cuiquam reuelat.
4. Ratio est, quia secretum seruare est ex iure naturali, non
 solum quando necessitate seu veritate aliqua delictum
 commissumque est, sed etiam quando leuitate animi
 delictum commissumque est.
5. Quando quis vi iniuriam, vel secreta auscultatione, aut
 violentia, in notitiam alicuius delicti venit, non minore
 onere tenetur illud non manifestandi, quā si per secre-
 tum commissum illud agnosceret.
6. Non semper est de iure naturali seruare secretum com-
 missum, præsertim in his euentibus, quando scilicet secre-
 tum est circa delictum, vnde periculum rei imminet,
 aut alicui priuato, quod aliter impediri nō potest, quam
 detectione secreti commissi, & cæteris similibus.
7. Manifestari etiam potest, quando is, cuius est secretum, a-
 liter etiam a peccato non potest, quā detegendo pecca-
 tum secretum illius.
8. Quando aliquis prævia sponsione seruandi secretum, aut
 adhibito iuramento, admittitur ad interuentum ali-
 cui delicti, aut ad adiuuandum ad illud patrandum, tunc
 tenetur non secūs detegere, quā si nulla sponsio aut iu-
 ramentum præcessisset.
9. Obligatio seruandi secretum etiam cōsurgit ex lege di-
 uina positua, qua in bonam sacramenti penitentia
 salutisque animæ, cum prohibuit esse illud reuelare.

DE QVARTO GRADV SECRETI,
quod rationem habet secreti formaliter aut
virtute commissi. Et de secreto confes-
sionis sacramentalis.

DISPV. 5.



Liquando in quartoque gradu, con-
surgit obligatio seruandi secretum
ex expresso aut tacito pacto, quo se-
cretum ea lege alicui reuelatur, vt il-
lud non manifestet cuiquam alteri,
sed omnino retineat. Atq; eiusmodi secretum pro-
priè appellatur secretum commissum, fidei videli-
cet illius, cui detegitur: estq; de iure naturali illud
seruare, vt Caicet. 2. 2. q. 70. ar. 1. & communis docto-
rum sententia affirmat, exceptis nonnullis euentibus,
in quibus natura ipsa rei omnino efflagitat
non seruari, vt patebit. Obligatio verò iuris natu-
ralis seruandi hoc secretum vi talis pacti efficit, vt
qui ea tantum via illud nouit, non solum non te-
neatur illud derogere, sed et vt ita non possit illud
reuelare, vt si id reuelat, cõtra iustitiam peccet, re-
stituereque teneatur damna omnia, quæ proximè
aut remotè ex ea manifestatione fuerint sequuta.

Exemplum quoddam adhibeam⁹, quo hæc melius
intelligantur: Reuelauit aliquis crimen suum
secretò alicui, qui alia via illud non scit, v. g. se in-
terfecisse talem hominem, aut flagitium aliud cõ-
mississe, idq; vel inueniente pacto expresso, ea se-
lege id manifestari, vt nemini id diceret: vel inter-
ueniente pacto tacito, ne id cuiquam manifestaret.
Tunc autem censetur sub tacito pacto id non ma-
nifestandi aliquid alicui reuelari, aut dici, quando
ei detegitur, qui minus habet remedium adhiben-
di, & tanquam tali ei detegitur gratia consilij, sola-
minis, aut alterius emolumentum. Quando aut leui-
tate animi id detegeret, non animo vt audiens te-
neretur id non derogere, quia gratia consilij, sola-
minis, iuuaminis, aut alterius emolumentum id diceret,
sed iactans de non eo crimine, aut quauis alia
ratione parui pendens, quòd sciat, neq; de se-
creto curans, tunc neque sub tacito pacto secreti
seruandi censetur id detexisse. Hinc sub tacito
pacto secretum seruandi censetur manifestari,
quæ sequentibus dicuntur: Quæ confessarius in cõ-
fessione audit, quæ aduocato tanquã talia à suo cli-
entulo dicuntur, quæ medicis, chirurgis, obstetri-
cibus, & similibus alijs manifestantur, vt iuxta
suam artem remedium adhibeant, quæ viris doctis
circa causas conscientie, & circa alia, consilij gra-
tia, manifestantur, & circa quæ interrogantur ac
consultantur. Ita Nauar. in Manu. c. 25. n. 24. Hi enim
eo ipso, quòd id minus profitentur, censentur ex
sua parte cum eo onere & tacito pacto id accipere,
ne illud derogant. Quando autem res detegeretur
propinquo, amico, viro prudenti, aut alteri, qui
consilio, solamine, vel quouis alio modo adiuuare
posset, tutum esset, vt antequam detegeretur, pro-
missio ab illo exigeretur, seruandi secretum circa
rem, quam illi vellet manifestare, vt vi fidei, quam
naturali iure seruare tenetur ratione expressæ aut
tacitæ præuiz promissionis, nec teneretur nec licen-
tè ac iuste posset illud manifestare, etiam si à pote-
state publica interrogaretur, idemque manifestare
precepere, quæ de ea re sciret. Fortasse tñ quòdo
sine aliquo ex explicatis intelligeretur, secretò id
dici, estd promissio de secreto seruando non prius
exigeretur, obligatio esset illud nõ detegendi tan-
quam virtute dictum sub secreto commissio, qui nõ
attendit, attendere ve debet, aliquid sub secreto
ipsi dici, quia id postulat natura rei, & is est animus
quasi habitualis dicentis, licet, qui id detegit, non
aduertat exigere prius ab illo promissionem, tene-

Arri sanè videtur, vel id accipere sub secreto commis-
so, vel admonere dicentem, ne id sibi dicat, nisi li-
berum ipsi velit relinquere, vt id derogat. Tamen si
non sim certus, in similibus euentibus obligatio-
nem esse seruandi secretum, quando potestates pub-
licæ iuridicè alioquin interrogant, quasi id ita
sciens non teneatur illud derogere, & quasi pactum
tacitum eo ipso ex parte sua interuenierit, si demp-
tiam suam tacitè dederit, se id non detecturum. Vt verò
ad rem ipsam redeamus, qñ quis suum homicidiũ
aut aliud flagitium alicui reuelauit cũ pacto præ-
uio expresso aut tacito, modo explicato, vt id nulli
manifestaret, sanè estd delinquens infamia eius deli-
cti laboret, aut id delictum esset aduersus ipsum
semiplene probatum. iudexq; alioquin iuridicè in-
terrogaret scientem id delictũ secretò sibi cõmissũ
num sciret quis illud commiserit, aut num sciret
talem, qui verè illud commisit, id commississe, dete-
gere id non posset, qñ alia via non sciret, vt illud
commississe quàm via secreti sibi commissi, quin
potius si id detegeret, peccaret lethaliter contra iu-
stitiam, restituereq; teneretur omnia damna ex ea
destructione sequuta: nisi forte ignoratè inuincibili-
ter excusatus fuisset à culpa, & per consequens ab o-
nere restituendi damna inde sequuta: quod euenire
aliquando potest. Quando ergo is, qui scilicet sub
secreto commissio id nouit, à iudice interrogare-
tur, num id sciret, tunc estd sub iurisdictione inter-
rogaretur, respondere posset ac deberet, se id non
scire, intelligendo ita vt posset licitè illud deroge-
re, in quo solo euentu ac sensu deberet iudex intel-
ligere, si iuridicè intendere interrogare: quid si in
alio euentu ac sensu intelligeret, tunc non interro-
garet iuridicè, ac proinde opus non esset ad mentem
illius respondere, sed satis esset respondere in illo
alio sensu, in quo solo deberet intelligere, si probus
esset, iuridiceque interrogare intendere, vt fufius
hæc omnia tractatu sequenti exponetur.

Illud hoc loco est obseruandum, quæ dicta sunt,
non solum habere locum, quando is ipse, qui deli-
ctum pararat, illud sub secreto commissio modo
explicato alicui manifestaret, sed et quando qui-
dam tertius illud idem alterius delictũ sub secreto
commissio similiter alicui alteri manifestaret, aut
quoduis aliud secretum de re ad alterum artinen-
te, similiter cuidam alij sub pacto expresso aut ta-
cito, quòd illud non manifestaret, illi detegeret. Imò
verò id locum habet, et quando is, qui commissum
est tale secretum, iniquè, cõtra fidemq; ab eo datam
de eo secreto non reuelando, atq; adeo contra iu-
stitiam, illud cuidam tertio manifestat. Et quidem
quando is, qui inique contra fidemq; datam, illud
manifestat cuidam tertio, sub secreto etiam com-
missio illud ei manifestaret, facile constat hunc ter-
tium non minus teneri id secretum seruare, quàm
tenebatur is, qui illud ei iniquè manifestauit: quip-
pe cum & ipse sub secreto cõmissio illud acceperit,
minus teneatur fidem datam de eo non reuelando
seruare ei, qui iniquè sub ea fide illud ipsi manife-
stauit, quàm ille teneretur primo, qui sub secreto
commissio illud ei antea manifestauerat. Quando
autem ille, qui sub secreto commissio illud acce-
perat, iniquè, contra fidemq; datam, illud manife-
stauit, non sub secreto commissio, neque astringen-
do audientè vt illud nõ manifestaret, est dubium,
qui ita illud ab eo audivit, astrictus sit illud nõ ma-
nifestare, ita vt si sciat eum, qui illud sibi reuelauit,
sub secreto commissio illud accepisse, neque ipse alia
via illud sciat, quàm quaten⁹ iniquè ab illo fuit
deriuatum, & à iudice interrogetur (alioquin iu-
ridicè) num sciat, quis illud crimen commiserit, te-
neatur illud ei non derogere. Atque respondendum
arbitror, teneri illud non derogere: Ratio autem
est, quoniam omnis illa cognitio deriuata est pri-
ma manifestatione sub secreto commissio, cede-
retque



recty vterior illa manifestatio, quæ feret ab eo ter-
 tio, in illius iniuriâ, qui primò id sub secreto cõ-
 missio manifestauerat: etenim id nihil aliud esset,
 quam extensio, & ampliatio iniuriæ ac iniustitiæ
 ipsi factæ: à primo iniquo detectore: nullus autem,
 etiam præcipiente iudice, efficere potest id, quod
 in se alteri iniuriâ irrogat, continuatioq; est atq;
 extensio iniuriæ illius. Adde in iudicio id testimo-
 nium, cum solum esset ex auditu, nullam efficere
 fidem nisi dependenter à confirmatione & testimo-
 nio eius, qui id iniquè atq; iniuste detexerat: is au-
 tem teneretur delictum alterius, sub secreto sibi
 commissum, negare in sensu supra explicato, & ex-
 committunt, negare se id dixisse, nisi probari illi pos-
 set, similiter intelligendo suam negationem, vt
 posset id confiteri. Vtrum autem iudex punire pos-
 sit, quæ ei iniq; detegendo secretum commissum
 manifestata sunt, sequenti tractatu dicitur.

Ratio autem eorum omnium, quæ dicta sunt,
 hæc est: Quoniam seruare secretum commissum ex
 se est de iure naturali, non solum quando necessi-
 tate seu vtilitate aliqua detestum commissum que-
 rit, vt ad sumendum consilium, aut ad leuandam
 tristiciam, sumendamq; consolationem, vt sepe e-
 uenire solet, sed etiam quando leuitate animi de-
 testum commissumq; est; iuri aut naturali contra-
 uenire non pot iudicis præceptum, neq; vllam ad-
 uersus illud haber vim. His accedit, in eo quod nõ
 manifestetur, quod præcisè per secretum commis-
 sum scitur, nullum præiudicium reipublicæ fieri:
 eo quod id non tollat manifestari, quod simul alia
 via scitur, quatenus scitur alia via, delictaque per-
 inde relinquuntur inquirenda ac puniendâ à repub-
 lica, atq; si per secretum commissum manifestata
 nunquam fuissent à delinquente ipso, aut à quocũ-
 que alio: quo fit, vt cum seruatio secreti cõmissi de
 iure naturali in se fit, eiusque detectio in iniuriâ
 eius cedat, qm secretum commissi, eiusq; qui inde
 detrimentum patitur, contra iustitiam is peccet,
 qui illud detegit, ad restitutionemq; damnorum
 inde secutorum tenetur.

Illud hoc loco admonerem, cõ secreto cõmissio
 esse computandum secundum gradum secreti *Dis-*
3. explicatum, ad effectum, vt obligatio sit illud nõ
 detegendi, etiam ad præceptum iudicis de re illa
 alioquin iuridicè interrogantis, nempe quãdo ali-
 quis per iniuriâ atq; iniustitiam venit in noticiã
 delicti, aut alterius secreti alicuius, vt aperiendo
 literas illius, aut quia dum ille secretò reuelabat a-
 liquid alicui, clam ipse accessit, idque audiuit, vel
 quia per vim & metum iniuste illata coëgit aliq; re-
 uelare crimen suum, aut quacũq; alia ratione
 similiter iniuste secretum agnouit. Ratio autè est,
 quoniam cum per iniuriâ illud agnouerit, sanè
 non cum minore onere illud non manifestandi ex-
 patura ipsa rei cõsecutus illud agnoscere, quam si per
 secretum commissum illud idem agnouisset: neq;
 enim minus onus inde in se inducit indemnem il-
 lum seruare ex ea noticia per iniustitiam ac iniu-
 riam ita comparatam, qua m si sine iniustitia ipse id
 fuisset manifestatum, ipso prius spondente, se id
 nunquam cuiquam alij manifestaturum: sicut fur
 nõ minorem obligationem habet restituendi rem
 furto oblatam, seruandiq; eum indemnem, à quo
 illam est furatus, quàm si pacto ad id se afrinxisset:
 quo fit, vt estò à iudice (iuridicè alioquin) interro-
 getur circa id, quod ea sola via iniusta notuit, non
 plus fas ipsi sit id illi manifestare, quàm si sponsio-
 ne prauia se id nunquam manifestaturum, cogni-
 tionem illius accepisset.

Dixi supra, de iure naturali esse seruandi secretum com-
 missum exceptis nonnullis euentibus, in quibus natura ip-
 sa rei omnino efflagitat nõ seruari. Euentus autem hi
 sunt, quando secretum est circa delictum, vnde
 periculum reipublicæ imminet, aut alicui priuato,

quod aliter impediri non potest, quàm detectio-
 secreti commissi, vt si contaminanda sit respubli-
 ca, aut aliquis iniuste sit occidendus, vel furrũ sit
 cõmittendũ, aut nõ velit aliquis id restituere, quod
 restitueret tenetur, neq; alia est via similia dãna rei-
 publicæ aut proximi impediendũ, quã detegendo id se
 eretũ cõmissum: tũ enim, si nequitia alicui, qui nõ
 vult à peccato desistere, ea damna imminet, dete-
 gendum est secretum commissum, præcisè quantum
 sit satis vt impediatur, & non amplius. Dixi, ne-
 quitia alicuius, qui non vult à peccato desistere,
 ea damna imminet: quoniam quantum ex pecca-
 to praterito alicuius illa per accidens immine-
 ant, si tamen peccator ille non teneretur iam tunc
 illa impedire, detegi licitè non potest secretum cõ-
 missum vt illa vitentur. Verbi gratia. Petrus iniu-
 ste Ioannem interficit, cuius mors Paulo innocenti
 imputatur, ea que de causâ vita Pauli perdiditatur,
 nisi detegatur non fuisse Paulum, sed Petrum, qui
 Ioannem interficit. Dico, si Petrus alicui reuelauit
 secretò, ipsum fuisse, qui Ioannem interficit, non
 esse detegendum id secretum commissum, nihil im-
 pediente, quod à Paulo innocente vita eripiarur.
 Ratio autem est, quoniam Petrus regulariter non
 tenetur se ipsum prodere, vt cum tãco suo damno
 vitam Pauli innocentis conferuet: ea que de causâ,
 quia Petrus absq; peccato suo præsente permittit
 Paulum innocente mori, detegi licitè non potest
 secretum, quod ea de re ipse alteri cõmisit: eo quod
 in culpa non sit, non impediendum damnum, quod
 per accidens ex peccato suo secreto Paulo inno-
 centi imminet. Quod si Petrus, collocando se prius
 in loco tuto, consilium teneretur vitæ Pauli inno-
 centis, detegendo se fuisse occisorem Ioannis, aut
 permittendo, vt is, cui id secretum commissi, illud
 detegeret, quia ea via sine graui suo periculo posset
 id efficere, liberaretq; Paulũ innocentem à morte,
 quam non commertuit: tunc, si id efficere non vel-
 let, vt teneretur, detegendum esset id secretum, præ-
 cisè quantum esset satis, vt consuleretur Paulo in-
 nocenti: Petro tamen priº admonito, vt tempesti-
 uè se posset collocare in loco tuto. Ratio autem est,
 quoniam iam tunc culpa Petri actuali imminet pe-
 riculum vitæ Paulo innocenti, quod periculum,
 supposita nequitia Petri, à qua desistere non vult,
 impediri alter non potest, quam detegendo secre-
 tum ea de re ab ipso commissum. Quod autem in
 prædictis euentibus detegendum sit secretũ, quan-
 tum præcisè sit satis, vt damno communi aut pro-
 ximi subueniatur, ostendimus latè cum D. Th. &
 cum aliis in hac 2.2. in materia de correct. fratern-
 na, q. 33. art. 8. & continet idem sanctus doctor eadem
 2.2. q. 70. art. 1. ad 2. Atq; eius rei hæc est ratio, quoniã
 talis reuelatio secreti, culpa ac nequitia eius, in cuius
 damnum aperitur, efficitur necessaria ad propul-
 sandam iniuriam quam actu infert, cũ ab ea pos-
 sit desistere, atq; ad desistendũ teneretur, nec desiste-
 re velit: quare cũ naturalis ratio docet, dicere, quin
 & obligationè esse, eripere ac defendere innocentè
 à damno, q; ei paratur ac infertur, etiam cũ iactura
 nocentis, quando aliter nequitia nocentis eripi ab
 eo damno non pot: consequens profectò est, vt in e-
 uentibus explicatis detegendum sit secretũ cõmissum,
 quantum sit satis, vt damnum publicũ vel priuatum
 euertatur ac impediatur: habetq; id verum (vt
 loco cit. cũ D. Th. in resp. ad 2. cit. dicebam) de quocũq;
 secreto, eo excepto quod per confessionem sacramentalè
 scitur, estò quis incurrado se afrinxisset illud non
 detegere: eo quod in eis euentibus obligatio sit
 sub reatu culpe reuelare id secretum, quantum sit
 satis ad impediendâ ea damna: in-
 strumentumq; non sit vinculum inquiratis, ad malũ
 ve non obliget.

Eodem modo (vt in materia de correctione fra-
 ternâ ostendimus) quando is, cuius est secretum e-



rui aliter nequitia illius non potest à peccato, quã detegendo peccatum secretum illius, manifestandum est, quantum factis sit vt eruatur, seruato ordini correctionis fraternæ: quoniam præponendum est spirituale bonum illius bono famæ eiusdem; habetq; id similiter verum in omni gradu secreti, (excepto secreto confessionis sacramentalis) etiam si iuramento confirmatum fuerit nunquam detegere id secretum: quoniam in eo euentu lege caritatis consurgit obligatio illud manifestandi, quantum factis sit ad eruendum eum proximum à peccato: & iuramentum non est vinculum iniquitatis.

8 Illud vltimò circa quartum gradum secreti, de quo loquimur, est obseruandum, ad multos quorundam euentus decidendum. Quando aliquis, præuia sponfione seruandi secretum, aut simul adhibito iuramento, admittitur ad interessendum alicui delicto, aur ad adiutandum ad illud parrandum, non secus tunc teneri detegere id delictum, quam si talis sponfio aut iuramentum non præcessissent. Verbi gratia, quando lege est taxatum frumentum vt non vendatur vltra certum pretium, consueuerunt alicui ea arte vti, ne detegantur postea, quando potestates publicæ inquirunt de iis, qui vltra pretium lege taxatum frumentum vendiderunt, etiam si ij ipsi, qui illud ab eis emerunt, à potestatibus publicis ea de re interrogentur. Prius quàm eis frumentum vendant, ab eis accipiunt iuramentum, se nunquam id detecturos, etiam à potestatibus publicis interrogentur, aliterq; nolunt frumentum eis vendere; accepto verò prius ab eis eo iuramento, frumentum illis venditur vltra pretium lege taxatum. De eiusmodi autem hominibus, qui ita frumentum emerunt, dico nihil impediente ea sponfione ac iuramento, teneri detegere vendentes in euentu, in quo, si talis sponfio ac iuramentum non præcessissent, teneretur illos detegere. Ratio autem est, quoniam aliud est tradere notitiam de delicto iam commissio sola narratione illius, etiam si leuitate animi id efficiat, & etiam si vt is, qui audit, persuadeatur commissum esse, ostendantur illi iudicia; quòd fuerit commissum, vt si ei ostendatur ensis sanguine tinctus, quo quis asserat se interfecisse alium: & aliud longè diucrium est admittere aliquem ad intuitum delicti quando patrabitur aut ad participandum in eo delicto dum fiet. Illud sanè prius est committere illi secretum ea de re, quæ illi detegitur, quando sub sponfione tacita aut expressa, quòd illud non reuelabit, ei manifestatur hoc verò secundum non est committere illi secretum, sed facere illum relem ac inspectorem aut complicem eius delicti, eaq; de causa, nihil impediente sponfione ab eo prælitata, & iuramento, se nunquam illud reuelaturum, teneretur id manifestare iudici, qui, si non interuenisset ea sponfio ac iuramentum, iuridicè interrogaret. Ratio autem est, quoniam ea sponfio adimere non potuerit reipublicæ ius, quod habet ad inquirendum delicta, & vt sibi manifestarentur ad inuentibus illa: neq; sponfio obligat, quando est de re illicita, cõtra iustitiam alterius: & cum eiusdem naturæ sit etiam iuramentum, quod ad illicitum similiter non obligat: consequens est, vt etò ea sponfio confirmata effectu iuramento, teneatur nihilominus is manifestare id iudici, seclusa ea sponfione & iuramento, iuridicè interroganti. Hac eadem ratione, quando multi in idem delictum conspirant, adhibita mutua sponfione ac iuramento, se nunquam id crimen nec complices manifestaturos, sanè si eorum aliquis comprehendatur, iuridicè de complicibus: iuxta ea quæ tractari sequenti dicenda sunt, interrogetur, teneretur illos manifestare: quoniam ea sponfio & iuramentum asserre non possunt præiudicium reipublicæ quo ad ius, quod habet inquirendi ac puniendi delicta, suntq; proinde de re illicita,

si eum euentum comprehendere in illis intenderunt, ac proinde vim non habent ad obligandum in eo euentu.

Aliquando; in quintoq; gradu, consurgit obligatio seruandi secretum, non solum ex natura ipsa rei, quoniam ibi interuenit pactum tacitum, sponfiove tacita illud non detegendi, (qua ratione hic gradus ad quartum præcedentem etiam spectat) sed etiam longè arctius, nullumq; euentum admittens, in quo illud ratione vlla fas sit detegere, idq; ex lege diuina postuua, quæ in bonum sacramenti penitentis, salutisq; animarum, ad quam id sacramentum institutum est, prohibitum est illud reuelare. Quæ enim lege Christus sacramentum penitentis statuit, mortalesq; obligauit ad secretam confessionem sacerdoti in eo faciendam, eadem prohibuit detectionem eorum, quæ ea via scirentur. Cùm autem eiusmodi prohibitio in bonum sit sacramenti penitentis, contrariatq; manifestatio eorum, quæ ibi deteguntur, cederet in detrimentum eiusdem sacramenti penitentis, sane quatenus ea manifestatio postiuua illa leg. diuina est prohibita, peccatum est sacrilegij contra virtutem religionis. Dixi, quatenus ea manifestatio postiuua illa lege diuina est prohibita, peccatum est sacrilegij contra virtutem religionis; quoniam cum id, quod in confessione sacerdoti reuelatur, ea lege & pacto tacito reuelatur à penitente, vt sacerdos id non detegat, vtiq; in eo secreto simul interuenit obligatio quarti gradus, quin & primi, si delictum in se sit occultum. Quæ de causa simul peccare contra iustitiam is sacerdos, qui auditum in confessione reuelaret, ac proinde ad restitutionem teneretur damnorum omnium, tam famæ, quàm cæterorum bonorum, quæ ex ea reuelatione sequerentur. Agere tamen ex professo, de hoc quinto gradu, ad explanationem sacramenti penitentis attinet, aliquidque tractatu sequenti diceretur, quantum ad eum tractatum fuerit etiam necessarium.

S V M M A R I V M.

1. Seruare alicuius secretum, quando ad id tenemur, pertinet ad virtutem fidei.
2. Seruare secretum, absque vlla præuia promissione aut iuramento, sed obligatio illud seruandi consurgit solum ex natura ipsa rei, pertinet solum ad iustitiæ virtutem & non ad fidem.
3. Seruare secretum quando ad id tenemur, si solum interueniat promissio illud seruandi, spectat ad virtutem fidei, & detectio contraria pertinet ad vitium infidelitatis.
4. Seruare secretum commissum pertinet ad iustitiam & simul ad fidem, quæ iustitia est fundamentum: manifestatio verò illius ad iniustitiam spectat, & ad infidelitatem.
5. Qui ex officio tenetur seruare secretum, contra iustitiam peccat illud reuelando: & tenetur ad restitutionem.
6. Seruare secretum confessionis pertinet ad virtutem religionis.
7. Seruare secretum rei propria pertinet ad caritatem, quæ nos ipsos diligere debemus.
8. Ad vitam æternam sufficit seruare mandata, & in præceptis decalogi nullum est præceptum de seruando secreto.
9. Christus reuelauit, peccatum Iudæ in vltima cæna.
10. Præceptum de non reuelando secreto continetur subditauo: Non falsum testimonium dices.
11. Christus in vltima cæna non reuelauit occultum peccatum Iudæ, sed prophetico spiritu prædixit prodicionem futuram.

SERVA

SERVARE SECRETVM, QUANDO ad id tenemur, ad quam pertinet virtutem, & ad quod vitium attinet manifestatio tunc illius. Atq; quo decalogi precepto astringamur secretum tunc seruare.

DISPVT. 6.

Sotus de *tegendō secreto* memb. 1. q. 1. ait, seruare alienum secretum, quando ad id tenemur in omnibus gradibus, tribus precedentibus conclusionibus explicatis, pertinere ad virtutem fidei, de qua *tractatu* 2. *Disp.* 26. 2. loquuti sumus, idq; *conclufione* 1. extendit ad primum gradum *Disp.* 3. a nobis explicatum: ait enim, eum, qui visu aut relatione tertiæ personæ nouit crimen alienum, quamquam expresse non promiserit secretum, censeri tamen virtualiter promississe, propter vinculum & ius naturale; quo quisq; tenetur seruare secretum proximi. Præterea arbitratur cum Caietano. (quem nos ea de re q. 262. citati impugnauius) virtutem fidei, qua tenemur factio promissa adimplere, quando simul ex iustitia tenemur id adimplere, nõ esse distinctã virtutem, à iustitia, sed esse partem iustitiæ subiectam. Item licet q. 1. citata cum Caietano distinguat fidem, qua tenemur, non ex iustitia, sed ex honestate morali factis promissa adimplere, tanquã distinctã virtutem à fide, qua ex iustitia conuenit & promissa implere tenemur: hancque fidem, qua id implemus, quod ex iustitia tenemur, dicat cum Caietano non esse distinctam à iustitia, sed esse partem quandam subiectam illius: illam verò aliam fidem, qua ex honestate tantum morali tenemur factis promissa implere, dicat esse partem potentialem solum iustitiæ: addit amen conclusionem 2. eum quidem, qui promissit seruare secretum sibi commissum, teneri ex iustitia illud seruare, si adis, cui commissum est depositum, tenetur de iustitia illud seruare, vnde innuit, si illud detegat, peccare contra iustitiam. Eum verò, qui vidit delictum alterius occultum, aut, qui illud nouit ex relatione tertiæ personæ, cui non promissit illud non manifestare, ait teneri illud seruare non proprie ex iustitia, sed ex honestate morali: quibus verbis innuit, si illud manifestet, peccare solum contra fidem, vt est distincta à iustitia, hoc est, quæ est pars solum potentialis iniustitiæ, obligans tantum ex honestate morali. Omnes tamẽ professõ affirmãt, hunc peccare contra iustitiam, eaq; de causa restituere teneri famam q̄ iniuste lesit, & damna omnia vltérie ex ea manifestatione sequuta. Neque id, dum de hac re est sermo, negat aut negare potest Sorus. Suppositis autem iis, quæ *tractatu* precedente *Disp.* 26. citata diximus, quibus contra Caietanum perspicuè ostendimus, virtutem fidei, qua vniuersum pacta & promissa adimplemus, etiam quãdo simul de iustitia illa implere tenemur, distinctam specie esse à virtute iustitiæ, atque ex suo genere obligare ex sua parte solum sub culpa veniali, duplicemque rationem formalem vicij internem, vnãnam ex suo genere lethalem, & aliam ex suo genere venialem, quando simul interuenit obligatio ex iustitia aliquid promissum vel conuentum adimplere: illis, inquam, suppositis, quid de priori parte questionis in titulo huius Disputationis propostæ sentiamus, sequentes cõclusiones aperient.

Prima conclusio. Seruare secretum primi ac secundij gradus, de quibus *Disp.* 3. est dictum, & in quibus nullum pactum nullaq; promissio de illo seruando interuenit, sed obligatio illud seruandi cõfurgit solum ex natura ipsa rei modo ibi explicatõ,

A pertinet solum ad virtutem iustitiæ, & nulla ratione ad virtutem fidei: ideoq; qui illud illicitè manifestat, peccat contra iustitiam circa bona famæ, si ea manifestatione fama lædatur, aut circa bona corporis, vel circa bona externa, si ea manifestatione bona corporis aut externa lædantur modis *Disp.* 3. explicatis: estq; id peccatum ex suo genere lethale, eo quod sit contra iustitiam: non verò peccat ille tunc contra virtutem fidei, vitio infidelitatis, atque in vtraq; parte huius nostræ conclusionis à Soroto dissentimus. Conclusio verò probatur, quoniã sicut abstinere à furto, & damno in bonis externis proximo dando, vt ab exurenda sine iusta causa domo aliena, aut à destruendis sine iusta similiter causa segetibus alienis, non pertinet ad virtutem fidei, sed ad iustitiam; contra verò furari aut destruere sine iusta causa domum, aut segetes alienas non pertinet ad vitium infidelitatis, sed ad iniustitiam circa res externas: sic abstinere à detegendo crimine alieno, quando detestione fama illius iniuriam læderetur, non spectat ad virtutem fidei, quãdo nulla sponso nullumq; pactum interuenit de eo crimine non detegendo, sed spectat ad iustitiam circa bona famæ: contra verò, id crimen iniuriam detegere, pertinet ad iustitiam circa bona famæ, non verò ad vitium infidelitatis. Quo loco obserua, me non solum cõtere, abstinere ab ea criminis iniuriam detestione, non pertinere ad fidem, vt distinguitur contra iustitiam, obligatq; solum ex honestate morali, & est pars potentialis solum iustitiæ, vitiumq; contrarium non pertinere ad infidelitatem, vt distinguitur contra iustitiam, vt ex se, quicquid Sorus in contrarium dixerit, est notissimum: quippe cum perspicuè in ea iniqua detestione cernatur iniustitia: sed etiam me contendere, in abstinendo ab ea iniqua criminis detestione non cerni fidem, quæ fundamentum est iustitiæ, & quam Sorus & Caietano cum iustitia confundunt, affirmantes non esse distinctam virtutem à iustitia, atque cuius transgressio semper habet adiunctam rationem iniustitiæ. Ratio autẽ huius, quod contendit, est, quoniam fides non est fundamentum iustitiæ sumptæ in tota sua latitudine, sed sumptæ solũ prout cernitur in pactis & conuentis: quis enim dicat, fidem quæ est fundamentum iustitiæ, frangi quando committitur furum, aut quando iniuste exurunt segetes alienas, vel quando homicidium committitur, & deniq; quando nullum omnino pactum aut promissio interuenit, & nihilominus iustitia commutariua violatur? Certe nulla cum probabilitatibus specie id affirmari potest. Cum enim in similibus euentibus nullum, neq; virtute, antecesserit dictum propriũ eius, qui ita iustitiam transgreditur, cui teneatur sua facta adquare, id dictum opere implendo, sanè in eo, quod is eo modo iniuste operetur, non cernitur fractio fidei proximo date, atq; adeo neq; infidelitas aduersus proximum fidei virtuti cõtraria. Quo fit, vt cũ in euentibus, de quibus nostra conlocuatur, neq; virtute interuenit dictum, quo quis se proximo astringerit non manifestare ea aliena peccata, in qua iniuriam illorum manifestatione nõ cernatur fidei fractio, neq; vt fides est fundamentum iustitiæ, neq; fidelitatis sumptæ, vt solum est contra honestatem moralem, nullam adiunctam habens iniustitiæ rationem: sed solum in eis euentibus cernatur nuda iniustitiæ ratio, qua iniuste proximi fama læditur. Obserua autem, si ratio illa, quam Sorus reddit, cur in euentibus nostræ conclusionis virtute interueniat promissio non manifestandi ea delicta, & per cõsequens cur reuelatio illorum delictorum sit cõtra fidem, vltius esset momenti, quia scilicet, quamquam ille expresse non promiserit non manifestare id secretum, censetur tamen virtualiter id promississe, propter vinculum, & ius naturale,

quo quis tenetur seruare secretum proximi: si, inquam, ea ratio vltius ad id esset momenti, sanè sequeretur, in omni iniustitia aduersus proximum commissa interuenire etiam propter eandem rationem infidelitatem fidei contrariam, atq; adeo iniustitia nuncquam ex Soci sententia esset distincta ab infidelitate, neque fides, quando ad illam seruandam obligatio est iustitiæ, esset pars subiecta iustitiæ commutatiuæ, sed a quibus latè pateret atque commutatiua iustitia: quod tamen probè idem Sorus & Caietanus negant.

Secunda conclusio. Seruare secretum tertij gradus, *Disp. 4. explicati*, quando ad id tenemur, iuxta ea quæ ibi dicta sunt, solum interuenit promissio illud seruandi, spectat ex eo capite ad virtutem fidei, & detectio contraria pertinet ad vitium infidelitatis: *si vero interuenit pactum pro aliquo emolumento*, pertinet simul ad iustitiam & ad virtutem fidei, quæ fundamentum est iustitiæ, vt contraria detectio simul pertinet ad iniustitiam, & ad infidelitatem fidei illi contrariam. Prior pars conclusionis probatur. Quoniam ex virtute fidei tenetur quis factis adquire, implere ve suam promissionem, vt *Disp. 2. 64. citata* explanatum fuit: quare celare secretum, vt nuda promissione si quis ad id abstinuit, ad virtutem fidei spectat, & contraria detectio pertinet ad infidelitatem, ei fidei contrariam. Hoc loco duo obserua: Vnum est, si quis per eam promissionem se abstinuit ad id non manifestandum, quod seclusa ea promissione de iustitia tenebatur non manifestare, vt si erat vitium proximi occultum; quod sine causa ad id sufficiente nefas esset manifestare, tunc simul tenebatur ex iustitia & ex virtute fidei id non manifestare: atq; in contraria illicita manifestatione simul interuenient distincta ratio infidelitatis & distincta ratio iniustitiæ, quæ similiter esset, est de promissio non interuenisset. Alterum verò est, cum per promissionem (vt *Disp. 262. citata*, explicatum fuit) dupliciter possit quis se intendere obligare ad id, quod promittit, nempe ex iustitia, vel ex sola honestate moralis, regulariterq; in re de qua loquimur, solum se intendant homines nuda promissione obligare ex honestate moralis, vtiq; si non ex iustitia se is intendit sua promissione ad id obligare, sed solum ex honestate moralis, tunc transgressio eius promissionis, id secretum manifestando, vt practisè est contra eam promissionem, solum erit contra virtutem fidei, & non contra iustitiam: si autem ea promissione se intendit obligare ex iustitia, tunc transgressio illa ex eo capite erit iniustitia, quatenus cõtrauentum est obligationi ex iustitia, quam ea promissione intendit super se inducere, atq; ipsa induxit, & erit simul peccatum veniale contra virtutem fidei, quatenus verba illius promissionis manifesto non adæquauit, eam non impleuit, vt *Disp. 262. citata*, dictum est. Secunda verò pars conclusionis ex eo probatur, quod transgressio pacti & contractus iustitiæ pertinet ad iustitiã, sicut seruare eũ cõtractũ ad iustitiã spectat, ac, pinde spectat ad fidẽ, prout fides fundamentũ est iustitiæ circa pacta & cõuentia ex iustitia: *Disp. aut. 262. cit. ostẽdimus*, in tali transgressione simul interuenire iniustitię peccatum ex suo genere lethale, & peccatum distinctum infidelitatis ex suo genere veniale.

Tertia conclusio. Seruare quartum gradum secreti, de quo disputat, precedente est dictum, & quod propriè rationem habet secreti commissi ad iustitiam pertinet, & simul ad fidem; quæ iustitiæ est fundamentum: contraria verò illius manifestatio ad iniustitiam spectat & ad infidelitatem fidei virtuti contrariam. Probatur conclusio, sicut probata est posterior pars precedentis conclusionis. Quoniam obligatio seruandi id secretum prouenit ex pacto tacito vel expresso, quo ea lege, & conditione

id secretum reuelatur ei, qui illud non manifestare tenetur, vt teneatur illud non manifestare cuiquã alij: seruare autem pactum, seu contractum illum, ad iustitiam pertinet, & ad fidelitatem, quæ illius est fundamentum circa pacta & cõuentia.

Simili modo, qui ex officio tenetur seruare secretum, vt tabello in aliquibus euentibus, contra iustitiã peccat reuelando id secretum, restituereq; tenetur damna inde subsequuta nõ secus atq; qui ex officio tenetur defendere aliquem, eumq; non defendit, tenetur restituere ei damna ex omissione culpabili eius defensionis illi subsequuta. Eodẽ etiam modo, qui communi lege sibi cum aliis tenetur seruare secretum, ac veluti pacto tacito aut expresso inter eos, vt interdum canonici tenentur circa ea, quæ in capitulo sunt, & tenetur similes alij, contra iustitiam peccant reuelando id secretũ, quod communi ea lege, ac veluti pacto, tenentur serbare.

De quinto gradu secreti, de quo *Disp. præcedente* habitus etiam est sermo, iam ibi est dictum, pertinere ad virtutem religionis illud seruare, vt diuina lege positua ratione sacramenti penitentia, in eius sacramenti atq; in animarum bonum, est iustum seruari; contrariam verò iniquam eius secreti reuelationem esse crimen grauissimum sacrilegij, religionis virtuti contrarium. Dictum præterea est, vt simul interuenit pactum tacitum id secretum non reuelandi, esse peccatum cõtra iustitiam illud reuelare, cum onere restituendi omnia dãna, quæ inde fuerint sequuta. Est præterea peccatum, infidelitatis contra pactum tacitũ, promissionẽq; tacitam, id secretum non reuelandi. Quod si peccata in confessione detecta, occulta sint, ita vt iniustitia esset illa reuelare, si aliunde solum sciretur, sine pacto ac promissione expressis aut tacitis ea non manifestandi, sed solum ex natura ipsa rei, ita vt ad primum etiam gradum secreti pertineant, ex eo etiam capite iniustitia esset illa reuelare, cum restituendi onere, vt *Disputatione præcedente* dictũ etiam est.

Illud est obseruandum, nos hæcenus esse locutos de serere rei alienæ. Seruare verò secretum rei propriæ, quando ita expedit famæ nostræ, ad caritatem pertinet, quæ nos ipsos diligere debemus, curareq; conseruationem nostrã, propriãq; nostræ famæ, aliorumq; honorũ nostrorum, pertinet itẽ ad constantiam ac continentiam linguæ, & coneraria inordinata reuelatio rei nostrę proprię occulte pertinet ad vitia his virtutibus contraria, atq; ad nostræ famæ prodigalitatẽ. Quod si reuelatio cuiusdem secreti rei nostræ proprię in scandalũ etiã aliorum redundet, aut in iniuriam ac damnũ nobis conueniãtorũ, simul ex aliorum caritate tenebimur idem secretum seruare, reuelatioq; inordinata illi cum caritate, quæ eos diligere tenetur, pugnabit. Hæc de primo eorum, quæ in tit. huius disput. sunt propõita.

Quod verò ad secundum atinet, vt illud explicemus, aduersus hæcenus dicta hæc & tribus Disputationibus præcedentibus possumus primò argumentari. Ad vitam æternã consequendam, vitandaq; proinde lethalia peccata, factus est seruare mandata, vt Christus *Matth. 19* docuit: in præceptis autem decalogi nullum est præceptum de seruando secreto: ergo non est peccatum lethale contra iustitiam illud conseruare in euentibus, in quibus dictum est obligationem esse sub culpa lethali illud seruare: præsertim cum ea obligatio, si quæ sit, non sit de iure positio, sed de iure naturali, quæ contineri in præceptis decalogi debet.

Secundo, Christus in cæna, vt habetur *Ioan. 13*, manifestauit peccatum Iudæ occultum, quod eam esset traditurus: ergo reuelare peccatum occultum non est peccatum: alioquin Christus id nõ fecisset.

Ad primum horum est dicendum, præceptum A
de seruando secreto, quatenus contraria manifesta-
tionis fama proximi læditur, reduci ad octauum
decalogi præceptum & in eo contineri, ad illud scilicet: *non falsum testimonium dices*. Quæ admodum
etiam ad illud sextum, *non adulteraberis*, reducit
prohibitio omnium aliarum fornicationum, & in
eo censetur comprehensa: & ad illud quintum, *non
occides*, reducit prohibitio omnium aliarum iniu-
riarum corporalium, & in eo censetur comprehen-
sa. Quando autem iniqua manifestatione secreti læ-
deretur vita aliena, corpusve alienum, aut læde-
rentur bona aliena externa, iuxta ea quæ *Diss.* 3. ex-
plicata sunt, tunc prohibitio eius manifestationis
secreti reduceretur ea ex parte ad quintum & se-
ptimum præceptum decalogi, in eisq; comprehen-
deretur pro qualitate rerum, quibus id iniustum B
dammū ea iniqua manifestatione inferretur. Quæ-
ritis autem seruare secretum effugium habeat præ-
cepti affirmatiui, vim tamen habet præcepti nega-
tiui, videlicet, non deteges secretum alienum: sicut
etiam negatiuum est octauum illud decalogi præ-
ceptum, *non falsum testimonium dices*, ad quod redu-
citur, & in quo comprehenditur. Cū verò reuela-
re secretum contra bonum famæ sit, quod mediū
est inter bona corporis & bona externa, conse-
quens profectū est, vt ex suo genere id sit grauius
peccatum, quàm furtum, quod bona externa proxi-
mi iniuste auferuntur aut læduntur, vt ex suo gene-
re minus graue peccatum sit, quàm homici-
dium, adulterium, quin & quàm simplex fornicatio,
quæ peccata contra bonum sunt corporis. Ex
circumstantiis verò euenire potest, vt furtum ali-
quod grauius peccatum sit, quàm detectio aliqua
iniusta alicuius secreti, & vt detectio aliqua secreti
sit grauius peccatum, quàm fornicatio aliqua sim-
plex, & quàm adulterium aliquod, quin & quàm
aliquod homicidium, vt *hinc* de spirituali aut cor-
porum grauius aliud malum imminet.

Ad secundum verò argumentum, prætermissis
aliis solutionibus, dicendum est cum Adriano quodl.
11. q. 1. ad 1. & cum Soto de *rege. sect. memb. 1. q. 2. ad 1.*
Christum Dominum non dixisse peccatum secre-
tum, quod iam erat in Iuda, sed propheticò spiritu
prædixisse peccatum prodicionis actualis futuræ,
quod publicum erat futurum nequitia Iudæ, sicut
etiam eodem spiritu prædixit peccatum trinae ne-
gationis Petri, quod erat similiter Petri fragilitate
futurum. Detexisse verò illud ad finem redemptionis
nisi ac saluus generi humano, neapè vt intellige-
retur, sua sponte se obtulisse morti: quandoqui-
dè media, per quæ erat futura, & quæ poterat ipse
facile declinare, præseribat. Præter illud detexisse,
vt corda cæterorum discipulorum confirmaren-
tur in fide, dū cernerent, rem euenisse sicut prædi-
xerat. Adde, eam detectionem propheticò spiritu
peccati à Iuda adhuc patrandi adiumento illi fu-
isse, rum vt doleret de iam patrato, dum decreuit
illud efficere, & pactum circa illud cum principi-
bus sacerdotum iniuit, (quod peccatum iam patra-
rum in quo tunc erat Iudas, quodque discipulis e-
rat occultum, Christus non detexit) rum etiam vt
desisteret à peccato adhuc committendo traditio-
nis actualis Christi, nisi sua malicia eo etiam adiu-
torio noluisse adiuuari. Item cū peccatum illud
esset aduersus Christum, in sua vitæ damnum, gra-
uissimamq; iniuriam, *fas* Christo fuisse, etiam vt
personæ priuatæ, illud detegere, vt impediretur ac
puniretur, nedum illud prædicere. Adde etiam, cū
Christus, vt Deus, Dominus esset famæ Iudæ, quin
& vt homo dominus dono patris esse omnium, ma-
ximè quantum expediret ad finem redemptionis
generis humani, salutisque omniua spiritualis, absq;
que vlla Iudæ iniuria potuisse damnum illud famæ
Iudæ inferre.

SUMMARIUM.

1. Qui famam alicuius lædit, peccat contra iustitiam commutatiuam: & etiam qui id attentauit facere.
2. Fama latissime sumpta est estimatio de aliquo, maxime exterius manifestata. Rumor & fama sunt diuersa.
3. Fama, vt est persona, est status illa dignitatis, legibus & moribus comprobatus.
4. Infamia persona est lesio status, dignitatis, seu conditionis personæ alicuius, qua iuris humani dispositione infamis habetur ac deducitur.
5. Illegitimo matrimonio natus esse infamia est facti.
6. Quando pater in testamento aliquid infamæ filio dixerit, qui ibi mature iudicio censetur id dicere, & non trahitur, contrahit filius infamiam facti. Similiter quando de aliquo apud graues viros conspiciatur sinistra opinio quoad mores illius, contrahit ille infamiam facti.

INFAMIA QUID, ET QVOTPLEX
Et de infamia facti.

DISPVT. 7.



Offequenter est dicendum de iis, quæ
contraria sunt iustitiæ commutatiuæ
circa bona honoris & famæ. Et pri-
mò de contrario obiecto illius, hoc
est, de infamia, quæ famæ, circa quam
ea iustitia versatur, est contraria. Atque quæcum-
que lesio iniusta famæ, hoc est, existimationis alterius
circa aliquod bonum, etiam si illum infamem
non reddat, sufficit vt, qui ita iniuste lædit, peccare
dicatur contra iustitiam commutatiuam circa
bona honoris & famæ, & vt, si id damnū famæ
permaneat, teneatur illud restituere. Quin & at-
tentare famam iniuste ledere, est dè effectus non se-
quatur, sufficit ad peccatum contra eam iustitiam
commutatiuam, licet non vt obligatio sit quæ-
dam restituendi: quoniam obligatio restituendi
famam exigit damnū permanens in eo daturū.
Imò verò solum iudicium temerarium merè inter-
num, aut suspicio temeraria & iniusta merè inter-
na, quibus interius apud ita iniuste iudicantem
aut suspicientem læditur estimatio ac fama proxi-
mi, sufficit ad peccatum lethale aut veniale con-
tra eandem commutatiuam iustitiam: tamen si nõ
ad obligationem restituendi: quoniam eo ipso,
quòd à rali iudicio ac suspitione temerariis ac in-
iustis cessatur, vt obligatio est cessandi, nullum re-
maneret damnū.

Quamuis autem quæcumque lesio iniusta fa-
mæ alterius modis explicatis, aut attentare ita eam
iniuste ledere, quin & voluntariè ac iniuste expo-
nere se periculo illam lædendi, iusticiæ ad obiectū
iniustitiæ, iustitiæ commutatiuæ circa bona hono-
ris & famæ contrariæ, siue infamiam inde reddatur
proximus eo vitio offensus siue non, & siue lesio in
illius fama sequatur, siue non: opere pretium tamè
est agere hoc loco de infamia, à qua quis infamatus
aut infamis dicitur: rum vt intelligatur, quando il-
la iniuste vitio cõtrario iustitiæ commutatiuæ cir-
ca bona honoris & famæ inferatur, cum onere re-
stituendi damnū contrariæ famæ ea via iniuste daturū:
tum etiam vt intelligatur, quando detectio
criminis alicuius iis, quibus non erat cognitus,
iniustitia non sit, neque inde obligatio restituendi
cõsurgat: eo quod ille ea de re infamatus iam erat,
famam ve amiserat: tum denique vt intelligatur,
quando aliquis iuris dispositione infamis censetur
ad multos effectus suis propriis in locis expli-
candos, quorum aliquos *Dissputatione* 10. subiicimus.

A fama latissimè sumpta, vt sub se comprehendit bonam & malam famam, est existimatio de aliquo, maximè exterius manifestata: & quoniam fando soler fieri verbis ea manifestatio existimationis de aliquo, à fando dicta est fama, quali fama sit, quod de aliquo dicitur quo ad existimationem, & notitiam, quæ de eo habetur. Fama, vt bonam & malam comprehendit, atque adeo vt sub se comprehendit infamiam, interdum est de facto, aut de qualitate alicuius, vt quod commissum sit tale crimen aut quod talis persona illud commiserit, aut quod bonum aliquod egerit, vel quod legitimus sit, aut illegitimus, quod descendat ex parentibus tali ac tali nota affectus, &c. Atque quo ad aliquos effectus fama bacaliquando sumitur presè, vt à rumore distinguitur, ita vt rumor sit paucorum ea de re dictum. fama verò sit commune dictum in oppido vicinia, aut congregatione aliqua. Prudētis autem arbitrio est relinquendum, vt iudicetur, quando censetur commune dictum & existimatio multorum, ita vt censeri debeat plus quam rumor, transireq; censeri debeat in famam. Atque, quod erit satis, vt fama sit in congregatione domus aut collegij, non erit satis vt sit fama in vicinia, cuius pars est ea domus aut collegium: & quod satis erit vt sit fama in vicinia, non erit satis vt sit communis fama in ciuitate, vel oppido, quod ex multis constet viciniis. Ad aliquos item effectus fama aliquando sumitur adhuc presè, vt distinguitur à vanis vulgi seu populi vocibus, vt fama sit communis existimatio ad dictum ortum habens ex verisimilibus coniecturis: si autem ea existimatio, aut dictum, ex verisimilibus coniecturis ortum non habeat, non dicitur fama ita presè, sed id dicitur vana existimatio, aut vanæ voces populi ac vulgi, vt tractatu sequenti dicitur. Interdum verò de fama, vt se extendit ad bonam & ad malam, est de persona aliqua quoad facta & qualitates illius: vnde dicimus homo ille est bonæ aut malæ famæ, inquiriq; solet qualis famæ aliquis sit.

B Sumpta autem fama vt est personæ, & vt opponitur infamie, quæ personam reddit ac denominat infamem, sic definitur iuxta l. cognitio, §. existimatio ff. de variis extraord. cogn. l. i. tit. 6. part. 7. accommodatè ad Azonem, Speculatorem, & alios. Est status ille dignitatis legibus & moribus comprobatus. Nominè autem dignitatis, vt ibi glossa exponit, intelligitur conditio ipsa humana in se nullo pratio more infecta (intellige, neque nota, quæ iuris humani dispositione infamem reddat) que dignitate super creaturas omnes libere arbitrio minimè præditas. Dum autem status ille illæsus manet, probatusque est legibus & moribus, quia scilicet legibus est conformis, bonisque moribus affectus, existimatio, quæ de eo statu habetur, est fama seu bona fama, quæ de eo homine tunc habetur. Atque eiusmodi fama est omnibus numeris absoluta, in te gra, seu perfecta. Quando autem status esset illæsus sed non probatus moribus ac legibus, vt in eo, qui non peruenisset ad vsum rationis, aut ad eam ætatem, in qua mores elucere possent, tunc vt in illo locum non haberet infamia quo ad mores, sic neque bona fama illi prorsus contraria, qualis est, quæ proximè est definita: esset tamen bonæ famæ secundū quid, hoc est, status illæsi minimè depreuati quo ad mores, tamen bonis moribus non ornat, saltem simpliciter. Intellige, nisi affectus esset nota aliqua, quæ dispositione iuris redderet illum infamem. Vt si esset filius eius, qui de crimine læsa maiestatis humanæ aut diuinæ esset damnatus: tunc enim legibus, quo ad eam notam probatus non esset. Item in adultis bona fama magnam latitudinem potest habere, prout vnus plus alio moribus potest esse ornatus, minusque habere permixtum de malis moribus, aut de nota mala, quæ infamem

A aliquem iuris dispositione non efficiant: neque enim quæcunque morum malorum, aut notæ non bonæ, admixtio infamem aliquem reddunt: tamen si famam ex parte denigrent ac minuant.

Infamia autem personæ, famæ proximè explicata contraria, quæ personam infamem reddit ac de nominat, eum à dispositione iuris humani pendet, quam talem habere ac statuere velit, & non à natura ipsa rei, inconstans omnino est, prout ius humanum stare vult, vel illud, efficere aliquem infamem; eam verò sic possumus definire: Est lætio status dignitatis seu conditionis personæ alicuius, qua iuris humani dispositione infamem habetur ac redditur. Eiusmodi autem infamia duplex est. Quædam facti, alia iuris, vt habetur l. i. tit. 6. part. 7. & affirmant glossa. l. i. ff. de hi qui not. inf. & glossa. c. infames §. porro. verb. infamia 3. q. 7. & doctores communitur.

B Inter infamias facti primo loco lex 2. tit. 6. part. 7. commemorat, genericum esse aliquem non ex legitimo matrimonio. Duæ tamen glossæ proximè citatæ non meminerint huius infamie, dum facti infamiam explicant. Greg. Lopez lege illa 2. ait, eam legem sequitur esse Azonis opinionem, qui illegitimos infames esse dicit, multosque alios: idem Greg. Lopez refert tit. 13. in summa, part. 4. verb. ex vergencia, qui illos infames etiam appellant, atq; tales esse saltem facti infamias; inque præsertim canonicum infames esse reputare. Couar. etiam de pract. qq. c. 19. n. 6. ait, multos eam infamiam facti appellare. Cum autem hæc qualiscunque infamia ex iuris dispositione descendat, non video, cur non potius iuris, quam facti, infamia ea debeat appellari: nisi quia eiusmodi illegitimi non simpliciter censentur infames, neque quo ad omnia infames reputantur, à quibus excluduntur, & ad quæ inhabiles censentur, qui iuris infamia simpliciter infames sunt; sed dicuntur quodammodo infames, quia comparati cum legitimis: longe inferiores illis censentur, & ad multa iuris dispositione inhabiles sunt redditi, licet minus ij, qui illegitimi naturales sunt, quam qui sunt spurij. Vnde in hoc regno illegitimi naturales non excluduntur ab ea patris nobilitate, quæ hidalgia nuncupatur, cum tamen spurij ab ea excludantur, minusque spurij admittantur ad succedendum in bonis parentum, quam naturales admittantur. Denique illegitimi licet inferiores habeantur in existimatione & reputatione, quam legitimi, solam tamen censendi sunt inhabiles & exclusi ab iis, à quibus iuris dispositione ciuilibus, vel canonicis, compertiuntur exclusi, non verò à reliquis, à quibus excluduntur, qui simpliciter sunt infames. Hinc optimè Couar. de pract. qq. c. 19. n. 6. cum Calderino aduersus nonnullos affirmat, illegitimum, etiam spurium, non excludi ab obtinendo, & administrando officio rebellionatus: à quo tamen excluduntur verè infames: quoniam illegitimum non est simpliciter infamis, sed solum affectus nota, ob quam iure canonico & ciuili inhabilis ad multa redditur, de quorum numero non reperitur esse rebellionatus officium: quin potius cum l. generaliter §. spurios, & l. spurij ff. de decurionibus habiles pronunciantur ad decurionatus munus, quod maius est, habiles quoq; proculdubio censentur ad officium rebellionatus, quod est minus, præsertim cum nullibi reperiantur redditi inhabiles ad id munus. Neq; refert, quod §. spurio citato dicatur, si competitorum ad decurionatum habeat aliquem legitimum natum, eum tunc spurio esse præponendum: non, inquam, id refert: quoniam solum probat, illegitimos inferiores reputari legitimis, & maximè si illegitimi sunt spurij: vnde in electione ad munia publica, quæ honoris sunt, & ad quæ illegitimi incapaces non sunt, ceteris paribus, legitimi præponendi sunt natis illegitimè. lu-

mō iuxta ea verò, quæ de illegitimo dicta sunt, cre-
mō, si aliquis, qui descendentiis & ascendentiis
caret, hæredem institueret aliquem extraneum il-
legitimum, vel spurium, non posset agere frater in
stitutoris querela inofficiosi testamēti, vt ipse ob-
tineret eam hæreditatem: quoniam licet ea quere-
la competat fratri testatoris, quando eiusmodi tes-
tator hæredem instituit aliquem infamem iuris
aut facti infamia, iuxta ea quæ tractatu 2. in calce Dis-
159. dicta sunt: illegitimus tamen nō censetur sim-
pliciter infamis, nec iuris nec facti infamia, nec ab
aliis reb⁹ excluditur, quàm ab iis, à quib⁹ iuris di-
spōsitione exclusus competitur: nōn verò compe-
titur exclusus iuris dispōsitione à successione in ta-
li hæreditate.

Quando pater in testamento aliquid infame si-
lio diceret, quia ibi maturo iudicio censeretur id
dicere, & non calore iracundiæ, tunc licet is filius
ea de causā non contrahat infamiam iuris, contra-
hit tamen infamiam facti, qua meritiò apud graues &
probos viros ea de causā minoris æstimationis ha-
beri debet, quasi prauo more sit affectus. Ita habetur
l. ea que pater Cod. ex quib⁹ caus. inf. irrog. Et l. 2. titu. 6.
part. 7. Item si iudex in iudicio (& longè maiori cum
ratione de principe) aliquem reprehendendo, illi
diceret, vt melius viueret, aut aduocato, procura-
tori, aut alteri diceret, vt cerneret deinceps ab ali-
quo calumniosè accusando, id similiter licet iuris
infamiam non irrogaret, infamè tamen illum red-
deret facti infamia: quia similiter apud graues &
probos deinceps ea de causā haberet minoris æsti-
mationis. Ita habetur l. verbum. Et l. interloquutio.
Cod. eod. titu. l. ob hac verba ff. de his qui not. inf. Et l. 2. ti-
tu. 6. part. 7. Deniq⁹ quando de aliquo apud bonos,
& graues concipitur sinistra opinio quoad mores
illius ex dicto fide digni, aut ex aliis non leuibus &
vanis iudiciis, tunc ille eo ipso (vt ex se etiam satis
liquet) contrahit infamiam facti, non tamen iuris,
ergumento l. honori, Et que potantur. l. licet. ff. de obseq. &
lib. Et habetur l. 2. titu. 6. part. 7. atq⁹ affirmant glossæ in-
fames. §. porro. verb. infamia, 3. qu. 7. Et doctores commu-
niter. Non tamen est satis apud viros bonos & pro-
bos concipi sinistra opinionem de crimine, etiā
manifesto, quod in conuictu humano non efficit
hominem prauæ æstimationis attentā illius qua-
litate, & statu, vt si homo aliquis secularis insolens
fir & iracundus, aut in simplicis fornicationes in-
cidat, vel immoderatè iuret, similiæve alia crimi-
na habeat: quoniam hæc humano more, & vt in
conuictu humano æstimationur, accipienda sunt.
Legi inter alios Iul. Clar. §. lib. sent. §. vlt. qu. 14. a num.
9. Idem Iulius Clarus eodem §. vltim. qu. 21. in calce nu-
meri primi, cum Saliceto ait, si infamatus infam-
ia facti de malis moribus per triennium illos
mutasset, & perseuerasset integro triennio integre
ac bonæ famę, censeretur purgasse infamiam facti
præteritam, neque etiā ea noceret, ad quæ infam-
ia facti nocere solet. Item quando aliquis ciuili-
ter agendo conditione furtiua, aut interdicto, vt
de vi, condemnatur, licet non incurrat infamiam
iuris, incurrit tamen infamiam facti, quod de crimi-
ne sit damnatus, ob quod si criminaliter damna-
retur, infamiam incurreret: atque vniuersim in
quibus criminibus excusatur quis ab infamia iuris
ob qualitatem accusati & accusantis, vt si contra
patrem aut patronum ageretur, incurrit nihilomi-
nus infamiam facti, ita habetur l. neque. ff. de vi &
vi arm. l. cessat. ff. de acti. Et oblig. l. 2. titu. 6. part. 7. Et l.
honori ac l. licet. ff. de obseq. à lib. Si enim opinio ea de
re concepta à probis & honestis ex verisimilibus
iudiciis infamem illum redderet infamia facti, vt
dictum est, multo magis illum reddet infamem,
quando res eadem deducta est ad iudicium, & is
condemnatus est de ea, quin etiam si solum proba-
ta sit, nedum q⁹ lara sit sententia, imò verò est fo-

Atm verisimilia indicia eius criminis delata sint ad
iudicium, cognitæq⁹ sint ex ea delatione, estò nun-
dum in iudicio plenè probata sint.

S V M M A R I V M.

1. Mulier coniugata in adultério deprehensa, etiam si condi-
nata in adultério non sit, infamiam iuris incurrit.
2. Vidua ad secundas nuptias transiens intra annum luctus,
computatum à morte prioris mariti, infamiam iuris si-
militer incurrit, itidem pater eius, qui illa sciens nuptias
traderet: item ille qui illum ducit.
3. Vidua, qua sine facultate Regis transibat ad secundas nu-
ptias intra annum luctus, amittet omnia, quæ ei ob-
ueherant ex priori marito, siue ratione matrimonij, siue
testamento illius, illaq⁹ obtinebant filij.
4. Mulier, que intra annum luctus ad secundas nuptias tra-
nsibat, pernittebatur obtinere à Principemissionem in-
famiam.
5. Iure canonico vidua: intra annum luctus habens pena &
infamia soluta est.
6. Easdem penas, que viduis intra annum luctus nubenti-
tibus sanctis sunt, incurrit vidua, que intra eundem
annum cum aliquo fornicatur in Hispania vidua lu-
xuriosè viuens siue in ano luctus siue extra eum annum,
amittit hæredibus mariti defuncti medietatem lucrorum,
que ad ipsam ex eo matrimonio pertinerunt.
7. Easdem penas incurrit vidua, qua suscepta tutela filiorum
prioris matrimonij, prestitoq⁹ iuramento se non transi-
turam ad secundas nuptias, nisi prius tutorem peteret fi-
lius, ad easdem nihilominus transiit.
8. Infamiam ipso facto incurrit, qui vel que bina sponsalia
aut bina matrimonia, aut sponsalia & matrimonium
cum duobus simul contrahit, nōn iussus ab eo, sub cuius
potestate sit.
9. Infamiam etiam facto incurrit lenones & lenæ.
10. Idem histriones & scenici, qui se pretio locant ad sce-
nam: sed itò id modò accidit. Olim quidem apud Roma-
nos & Græcos licebat turpia exhibere.
11. Idem qui operas suas locant, vt pagent cum bestia feræ
& licet de facto non pagent, satis est se ad id locasse.
12. Qui pretio accepto in certamen cum aliquo homine de-
scendit, vel qui pretium accipit vt aliquem interficiat,
aut percutiat, ipso facto infamiam subit.
13. Item quicumque de exercitu est dimissus ignominie cau-
sa ob delictum in exercitu commissum, etiam si dux ef-
ferat: qui autem alia de causa est dimissus, infamis non
est.
14. Item miles qui conducit prædā aliena negotiationis
causa.
15. Item vsurarius.
16. Item qui promissa alicui iurando se aliquid facturū
aut impleturum, neque impletur quando petit, Et iu-
ramentum ad id ipsum obligabat.
17. Item qui sub homagio aliquid in Hispania promittit a-
licui, nec eadem adimplet, cum possit ac debeat. Homag-
ium aliquando includi iuramentum, aliquando non.
18. Item infamiam subit Sodomita.
19. Item in regno Hispanie nobiles, qui in iudicio p⁹ inodiz
cantabant, sed ille euentus hodie locum non habet.
20. Si quis postquam infamiam ipso facto incurrit, ad testi-
monium dicendum accedat, non est testimonium eius vs-
que quaq⁹ admitendum.
21. In iure canonico ipso incurrit infamiam, qui in aliquo
grauè peccatum incidit, vt hæresim, apostasi-
am, schismā, incestum,

INFAMIA IURIS IN QVIBVS E-
uentibus ipso facto iure ante sententiam
incurritur.

DISPV. 8.



Infamia autem iuris in sequentibus
eventibus ipso facto nulla expectata
sententia incurritur. Primò, mulier
coningata, si in adulterio deprehendatur,
à quo cunctis fuerit in eo depre-
hensa, etiam si cõdemnata de eo adulterio non sit,
imò verò etiam si sit absoluta, infamiam iuris eo
ipso incurrit. Si tamen in adulterio non fuit depre-
hensa, estò probetur adulterium commississe, non
incurrit infamiam iuris, donec de eo adulterio sit
condemnata. Facti tamen in famiam iuxta ea, quæ
paulo antea dicta sunt, incurrit. Hæc omnia habentur
l. palam. §. quia in adult. iuncta glossa ibi ff. de rit. nupt.
& l. 3. inu. 6. part. 7. consentitq; communis docto-
rum sententia.

Secundò, de iure civili, quæ mulier vidua intra
annum luctus, computatà à morte prioris mari-
ti, ad secundas nuptias transibat, infamiam incur-
rebat, tam ipsa, quam pater illius, (sub cuius po-
testate de eo iure communi & partitarum erat) si
illam sciens nuptui traderet, atque etiam is, qui, id
sciens, cum ea contraheret per verba de presenti-
misi de mandato patris aut aui, sub cuius potestate
esset, contraheret; id matrimonium; nam tunc pa-
ter aut auus, id ei præcipiens, eam infamiam con-
trahebat, & non filius ipse aut nepos. Ita habetur l. 1.
& 2. C. de secund. nup. l. decreto C. ex quibus caus. infam.
(in qua lege vestes lugubres remittuntur viduæ,
quæ quondam ei præcipiebantur, modò ad secun-
das intra eum annum non transeat nuptias) l. 1. §.
qui eam. l. genero l. liberorum ff. de his qui not. infam. & l.
3. tit. 6. part. 7. Atque ea infamia incurritur ipso fa-
cto nulla expectata sententia, vt notat glossa l. 1. §.
qui eam citat; consentaneè ad textum ibi, & ad l. palam.
§. quæ in adulterio. ff. de rit. nup. & ad alia iura. Incur-
ritur verò ea infamia, etiam si secundum matrimo-
nium esset inualidum ob impedimentum illud
dirimens. Ita habetur l. qui id ergo, §. cum autem factum,
ff. de his qui not. infam. Elapso autem anno, impunè
poterat contrahere secundas nuptias, etiam si an-
tea ignorasset maritum suum mortuum fuisse, vt
habetur l. genero §. vlt. de his qui not. infam.

De facultate verò principis mulier contrahens
matrimonium intra annum luctus enadebat pæ-
nam infamiae & alias penas. l. solet ff. de his qui not. in-
fam. & l. 3. tit. 6. part. 7. & l. 3. inu. 12. part. 4. vidua etiam
contrahens sponsalia per verba de futuro in-
tra annum luctus, nullam ea sola de causâ incurre-
bat pænam. Ita habetur l. solet citata, §. vlt. Sponsa etiam
per verba de futuro, si ei sponsus moriatur, ce-
lebrare potest statim matrimonium l. uxores ff. de his
qui not. infam. & l. 3. tit. 12. part. 4. Sub hac pæna & sub
aliis, quas subiiciemus, iure civili fuit statutum, vt
mulier intra annum luctus non transiret ad se-
cundas nuptias. In primis, quoniam si mulier con-
traheret intra annum luctus, periculum erat, ne
esset dubium, an parens sequutus esset prioris mari-
ti vel posterioris, vt habetur l. liberorum, §. 1. ff. de his
qui not. infam. & l. 3. tit. 6. part. 7. Quando autem Vi-
pianus l. liberorum citata, §. Pomponius, approbat sen-
tentiam Pomponijasserentis, si vidua partum edat
intra annum luctus, posse deinceps intra eum an-
num contrahere matrimonium, intellige ex eo
capite: secus autem ex aliis, quæ causâ fuerunt
motiui eius legis: alioquin, eo etiam ipso, quod
constaret viduam prægnantem relinquere ex prioris
matrimonio, contrahere posset: quoniam sciretur
partum aut abortum esse prioris mariti: item cla-

pso nono mense à morte mariti contrahere posset,
quoniam de partu deinceps edito non posset esse
dubium, an esset ex secundo matrimonio. Deinde
satis innuitur eadem lege liberorum, vnam etiam
de causis motiui sanctionis eius legis fuisse, quoniã
decetbat mulierem id tempus transire in luctu ma-
riti: & ibidem dicitur, quantum maritus dignus nõ
fuisset qui lugeretur, vt si perduellio fuisset, aut se
ipsum interfecisset ex conscientia sui proprii delicti,
vel aliqua alia de causâ, ob quam more maio-
rum defunctus non iugebatur, nihilominus satis
esse causas alias motiui condendæ eius legis per-
seuerare, vt vidua illa intra eum annum transire
non posset ad secundas nuptias: vnde, estò partus
intra annum editus fuisset, si tamen maritus dignus
fuisset, qui lugeretur, indecentia, quæ erat aduer-
sus illum, & sobolem ex ea susceptâ, quod vidua il-
la tam citò ad secundas transiret nuptias, satis erat
vt incurreret penas ob eum transitum statutas.
Alia item causa traditur in authentico de restitutioni-
bus, & ea qua pareret, §. vnum & sequentibus, cur transi-
rus intra eum annum sub illis penis fiteri prohibi-
bitus, quia scilicet eo celeri transitu suspicam ea
vidua se reddidit, & quod non castè vixerit tempore
prioris matrimonij, & quod machinata sit more-
rem prioris mariti: hæc verò ratio motiua eius le-
gis perseuerat, estò duæ aliæ restarent. Lex 3. tit. 6.
part. 7. & l. 5. tit. 3. part. 6. ad hanc tertiam & pri-
mam causas prohibitionis transitus ad secundas
nuptias intra annum luctus Baldus addit quar-
tam aliam, quia scilicet tactus ventris viduæ illius,
coitu secundi mariti, in causa esse posset abortus,
si mulier illa grauida maneret ex prioris matrimo-
nio. Huius tamen causæ eius prohibitionis iura
non meminerunt, & propter eam causam, si illius
esset habenda ratio, prohibitus esset coitus cum
propria vxore prægnante, prohiberive deberet,
quod tamen est falsum. Adde, quando constaret
eam viduam prægnantem non esse, atque adeo post
decimum mensem à morte mariti, prohibitus non
esset transitus eius viduæ ea de causâ ad secundas
nuptias.

Præterea vidua, quæ sine facultate Regis transi-
bat ad secundas nuptias intra annum luctus, amit-
tebat omnia, quæ ei obuenerant ex prioris marito,
sine ratione matrimonij, siue restarent illius, il-
laque obtinebant filij, si qui erant ex eo matrimo-
nio, aut ex alio eius mariti, alioquin ea obtinebant
hæredes alij mariti illius ascendentes quidem ma-
ter & pater, & in horum defectum avus & avia, &
ex collateralibus fratres & sorores eius mariti, &
iuxta glossam lege 1. citanda, fratres & sorores suc-
cedebant simul cum auis, id est æqualiter, eo quod
omnes essent in equali gradu, & qui æquales sunt
in eodem gradu, omnes simul æqualiter succedunt;
deficientibus, verò his omnibus consanguineis
mariti, fiscus succedebat in eis bonis. Item nul-
lus extraneorum poterat eam mulierem instigare
hæredem, vel illi relinquere legatum, si dei com-
missum, vel donationem causa mortis, sed neque
consanguinei ipsius poterant ea illi relinquere,
neque poterat illis succedere ab intestato, nisi es-
sent consanguinei ipsius, vsque ad tertium gra-
dum; nam his ab intestato & ex testamento succe-
dere poterat, & accipere poterat ab eis legatum, si
dei commissum, & donationem causa mortis.
Quæ autem ab aliis essent eis relicta, siue con-
sanguinei illius essent ultra ad tertium gradum,
siue extranei, in eis succedebant alij hæredes eo-
rum, qui id ei relinquebant ex testamento, & in
defectum hæredum ex testamento succedebant
hæredes eiusdem ab intestato. Hæc omnia habentur
l. 1. Cod. de secund. nup. in authentico de nuptiis; §.
primæ siquidem, & l. 3. tit. 12. part. 4. iuncta l. 5. tit. 3.
part. 6.

4 Mulier autem, quæ ita illicitè intra annum luctus ad secundas transibat nuptias, permittetur obtinere à principe remissionem infamiae & cæterarum pœnarum, quas ea de causa incurrerat, absolurè quidem & absq; aliqua conditione, si filium aut filios non habebat ex eo priori matrimonio: si autem illos habebat, non aliter permittetur ei obtinere eam remissionem ac veniam, nisi ex omnibus suis bonis, quæ ipsa habebat tempore, quo posterius matrimonium contraxit, medietatem integram ei filio aut filiis absolurè absque aliqua conditione omnino donaret, non resignando sibi vltim fructum eorum, sed eum in illos etiam transfereudo, atq; ita vt ea medietas bonorum æqualiter inter eos filios diuideretur, si plures vno essent, & vt, si aliquis eorum ex hac vita discederet, perinde ex ea portione posset ex testamento disponere, atque de alijs suis bonis, si autem de illa non dispo- neret, nec filios haberent, succederent in illa fratres ex eodem priori matrimonio: nōq; aliter ea medietas bonorum ad eam matrē deueniret, quàm si omnes ex hac vita discessissent, neque aliter de illa dispoferissent, aut de parte illius. *Hac habetur l. 5. qua mulier C. ad Turpil. & in authentico de nuptijs §. primò sequi dem nuptiæ, vers. dicitur autem infamiam.*

5 Obseruandum est tamen, iure canonico *C. penul. & c. vlt. de secunda nup.* sublatam esse pœnam infamiae sublarasq; esse cæteras alias pœnas viduæ nubenti inera annum luctus, cum iuxta doctrinam Apostoli, mortuo marito, soluta maneat à lege viri, ei que permittat nubere eo ipso qui vult tantum in Domino. Et quamuis glossa & quidam alij contenderint, adhuc vim habere leges ciuiles, in foro seculari, maximè quando ex secundo matrimonio dubium esse poterat, num partus primi an secundi mariti esset, legesq; partitarum vniuersim voluerint, nihil impediens dispositione illa iuris canonici, vim habere in foro seculari pœnas iure ciuili tali viduæ impositas, vt apertè statuit l. 3. titu. 12. part. 4. atque iuxta id statuta etiam sunt l. 5. titu. 3. part. 6 & l. 3. titu. 6. part. 7. nihilominus communis sententia affirmat, dispositionem iuris canonici circa eam matrimonij materiam, & circa libertatem, quæ in eo celebrando esse debet, aufereudo pœnas ei libertati contrarias, derogare dispositionibus illis pœnalis ciuilibus iuris: quæ causa meritò in hoc regno. cum antea in foro seculari staretur legibus illis partitarum relatis, sancita est lex quinta titulo primo lib. 5. ordinam. quæ est lex 3. titu. 1. lib. 5. noua collecti. & sic habet: *Mandamos que las mugeres brudas puedan libremente casar en el año que los maridos murieren con quien quisieren, sin alguna pena y sin alguna infamia ella ni con quien ella casare, no obstantes qualesquier leyes, que en contrario sean hechas y ordenadas: las quales anulamos y reuocamos, y mandamos à los nuestros iueces y alcaldes de la nuestra casa y corte y chancilleria, y de todas las ciudades y villas y lugares de nuestros reynos y señorios, que no atiendan de proceder ni procedan por la dicha causa y razon contra las dichas brudas, ni contra aquellos que con ellas se casaren, so pena de dos mil maravedis para la nuestra camara, y los que lo contrario hiciere, sean emplacados que parezcan antes en la nuestra corte. Idem statutum est lib. 4. L. 1. stat. natum ordinatum titu. 11. Hæc autem omnia adiunge dicit tractatu 2. Disputatiōis 15. 4. §. de iure ciuili.*

6 Tertio, pœnam infamiae, & cæteras pœnas, quæ cōmemoratae sunt statutas esse iure ciuili viduis, quæ intra annum luctus transibant ad secundas nuptias, incurrunr viduæ, quæ intra eum annum luctus cum aliquo fornicantur. *Ita habetur in authentico eiusdem Codic. de secund. nup. & copiosius in authentico de restitutionib. & ex qua ponit §. vltim. iuncto authentico de nup. §. & vers. citatis ac glossa ibi verb. interpositionem, & habetur lege tertia titulo duo-*

A *decimoparte quarta, & lege tertia titu. 6. part. 7.* Atque cum hæc pœna sublatæ non compertiantur iure canonico aut ciuili ab eiusmodi vidua, quæ intra id tempus fornicatur, adhuc vim habent, illasq; incurrit, vt cum multis, quos citauimus, tractatu precedente Disputat. 90. §. vltim. autem adultera in hoc regno, &c. dictum à nobis est. Longè autem diuersa est illa alia pœna, quam etiam vidua in hoc regno incurrit, si luxuriosè viuat, siue in anno luctus, siue extra eum annum, vt scilicet amittat hæredibus mariti defuncti medietatem lucrorum, quæ ad ipsam ex eo matrimonio pertinuerunt, de qua pœna dictum est Disputat. 90. citata, §. citato. & tractatu 2. in calce Disputat. 43. 4. ad quam incurrendam non satis est vna aut altera fornicatio eius viduæ, sed tot requiruntur prudens arbitrio, vt censetur iam luxuriosè viuere, vt locis citatis explanatum est. Atque hoc adiunge iis, quæ illis in locis dicta sunt.

7 Quarto infamiam & cæteras pœnas, quas dictum est iure ciuili statutas esse viduæ, quæ intra annum luctus transibat ad secundas nuptias, incurrit similiter vidua, quæ suscepta tutela filiorum prioris matrimonij, præstitoq; iuramento se non transituram ad secundas nuptias, nisi prius tutorem peteret filius, & rationem redderet, ac solueret, quæ ad illos attinebant, contra id iuramentum ad secundas transibat nuptias. *Ita habetur authentica eiusdem Codic. de secundis nuptiis, & copiosius in authentico de nuptijs, §. si autem tutelam.* Cum autem postea in authentico *de sine prohib. m. tit. §. propterea igitur*, sancitum fuit, vt eiusmodi viduæ iuramentum non præstent, sed solum promittant se illa omnia præstaturas, antequam ad secundas nuptias transiant, dubium est, an hodie eam pœnam incurrant. Glossa item authentica eiusdem citata opinionem in partem vtramq; refert, & in partem negantem; quam secundo loco refert, videtur propendere. Atque si item us in solo iure communi, fortasse probabilior est pars affirmans, quod scilicet, eas pœnas incurrat, si illa quæ sine iure iurando hodie promittit, non adimpleat, idq; propter illa verba §. propterea igitur, citat. *Usur. etiam verò non preberi, sed sufficere abrenunciationem solam Velleiani, & aliorum omnium & de secundis nuptijs, nullo iure intrando de hoc dando. Mortuam vt secundis contraxerit nuptias, vident expelli à tutela. & d. agi, que si eam iurasse contigisset, perferret, semel iudicio mentita, & præponens propria confessioni, & depositioni secundis concupiscentias. Ecce dicit, & ea agi (hoc est, executioni mandati aduersus illam) que si eam iurasse contigisset, perferret. Atque hæc sententiam amplectitur glossa in authentico de nuptijs, verb. interpositionem, supra citata, quæ absolurè affirmat, viduam, quæ illis non seruatis ad secundas nuptias transit, incurtere omnes eas pœnas. Cæterum in his regnis vsu videtur recepta pars, quæ negat, eam scilicet, non incurtere eas pœnas, sed solum amittere tutelam, cui consuecudini consentit libro quinto, titulo decimo sexto, part. sexta, quæ de ea muliere agens, solum statuit amittere illam tutelam, neque vllam de eiusmodi pœnis mentionem fecit, eaque de causis nos de sola ea pœna amissionis tutelæ mentionem fecimus tractatu 2. Disputatiōis 20. §. quando impaberi, huic idem opinioni vsu in his regnis receptæ, consonatque legi illi quimè citata, ad hæretes, quæ vt est benignior, ita potius est cōplectenda. Atque hæc iniunge paragrafo quando impaberi citata.*

8 Quintò infamiam ipso facto incurrit, qui vel quæ bina sponsalia aut bina matrimonia, aut sponsalia, & matrimonij, cum duob; simul contrahit, non iussus ab eo, sub cuius potestate fit: nam si vti infans id fecisset, non ipse, sed qui id iussit, & qui

habens aliquem, vel aliquam, sub sua potestate, non tunc illius eidem facit, vel sit ab eo, qui sub potestate ipsi est, id ipso præcipiente, vel sciente ac permittente, infamiam pœnam incurrit: secus autem si id ignorasset, estd postquam id sciuisset, ratum id haberet esse factum: nam in eo euentu rati habitio nõ retrotrahitur, vt æquiparetur mandato, aut promissioni, ad effectum incurrendi eam infamiam pœnam: quare solus qui celebrasset ea bina sponsalia, aut matrimonia, vel matrimonium & sponsalia, incurreret tunc eam infamiam pœnam. Dicitur autem quomodo simul celebrare cum duobus bina sponsalia, aut matrimonium, & sponsalia, quando nondum dissoluto vno eorum cum vno celebrato, celebrat aliud cum alio, estd non in eodem puncto temporis ea cum diuersis celebret, sed in decursu temporis variis temporibus. Item incurritur ea infamiam pœna, estd prohibita aut inualida sint ea matrimonia aut sponsalia, vt quia erant impedimentum ea inualida reddens, aut eorum aliquod. *Hæc omnia habentur l. in fine, & l. quid ergo in prin. & r. tribus § §. sequentibus. ff. de his qui not. infam.* Porrd quidd dicitur, eum qui in potestate habet ita contrahentem simul cum duobus incurrere pœnam in famiam in euentibus explicatis, locum habere potest in hoc & in Lusitaniam regno, in quibus celebrant matrimonium eo ipso egrediantur patriam potestatem. Et maximè in hoc regno, in quo per matrimonium non fit egressio à patria potestate, nisi accedat velatio coniugatorum. Vnde fit celebrantur bina sponsalia patre præcipiente, aut permittente, aut id efficiunt nomine filii aut filii, aut si prius celebrantur eo modo sponsalia & postea matrimonium, aut in hoc regno post celebratum matrimonium eo modo, necdum sequuta velatione, sequantur alia sponsalia similiter celebrata, vel matrimonium, patet eam infamiam pœnam incurrit.

9 Sexto infamiam pœnam incurrit ipso facto leones & lenæ, vt tractatu præcedente in calce Disput. 97. explanatum fuit. Exceptis, qui in crimen incidunt legis Iuliam de adulteriis modis eadem Disput. 97. explicatis, vt in eodem calce eiusdem disputationis dicimus; hi enim solùm incurrit pœnam infamiam post laram sententiam, vt ibidem explicatum est. Quot autem sint generalium & lenarum, & quas pœnas alias incurrant, eadem disputatione fuscè dictum fuit: eaq; de causa quo ad hæc non plura hoc loco dico.

10 Septimo infamiam ipso facto incurrit histrio nes ac scenici, qui se pretio locant ac scenica spectaculumq; sui corporis exhibendum, non tamen est satis vt eam infamiam incurrant, si se ad id locent, nisi id, ad quod se ita locant, efficiant. *Ita hab. tur l. 1. & l. 2. §. 1. prator, iandã duabus legibus sequentibus. ff. de his qui not. infam. & l. 4. tit. 6. part. 7.* Hodie verò nõ video apud nos, qui hanc infamiam incurrant, nisi fortè isti qui *scasas*, quas Hispani vocamus, in quibus obæcena bonosq; corruptentia mores representant. Etenim tempore Romanorũ ac Græcorũ, dum idola deorumq; multitudine colebatur, turpia & obscena in suorum deorum honorem per vias & in theatris celebrabantur, quæ dij illi à suis cultoribus exigebant, vt Augustinus 2. de ciuit. Dei per multa capita testatur, eaq; ratione frequens inter eos erat vsus eiusmodi comediarum, tragædiarũ, ac ludorum, ad quæ scenici se conducebant. Et cum scenici eiusmodi in pretio apud Græcos haberentur, honoribusq; afficerentur, tanquam qui ea exhiberent, quæ diis suis placerent, & quibus colerentur, vt Augustinus 2. lib. citato cap. vñ. *de iusto air:* à Romanis tamen ob turpia & indigna, quæ efficiebant, infamiam nota affuebantur, vt ex iustibus citatis constat. Vnde Augustinus ibi-

A dem, præsertim cap. 13. eos redarguit, quod eos deos colerent, qui ea sibi exhiberi vellent in cultum, ob quæ, qui illa exerceant, ab ipsis afficiantur nota infamiam; vnde intelligere deberent, dæmonia eos esse, & non deos. Cùm enim Augustinus, cum Scipio ne ex lib. de repub. Ciceronis agens, obieciisset, Romanos ferre circa deos suos, quæ circa homines nõ ferunt, capite 13. sic ait, *Sed responderet (Scipio scilicet) mihi fort ass. si videret: Quomodo nos ista impunita esse nõ emus, quæ ipsi dij sacra esse voluerunt, cum ludos scenicos, vbi talia celebrantur, discedant, actuantur, & Romanis meribus inuixerunt, & sui honoribus dicantur, hiberent, iusserunt? Cur ergo non hinc magis ipsi intellecti sunt non esse dij veri, nec omnino digni, quibus diuini honores deferret illa respublica? Quos enim coli minime deberet, minimeq; oporteret, si ludos expectent agendos conuicti Romanorum, quomodo quasi dij colendi putati sunt? quomodo non detestandi spiritus intellecti, qui cupiditate fallendi inter suos honores sua celebrari crimina poposcunt? Itemq; Romani, quamuis iam superstitione nocia premerentur, vt illos deos colerent, quos videbant sibi posse scenicas turpitudines consecrari, sue tamen dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularum nequaquam honorauerunt more Græcorum, sed sicut apud Ciceronem item Scipio loquitur: cum artem ludicram scenamq; totam probro ducerent, genus id hominum, non modo honore suum reliquerunt carere, sed etiam tribu moteri notatione consortia voluerunt præclara sanè & Romanis laudibus annumeranda præsentia. Sed vellem se ipsa sequeretur, si imitaretur. Ecce enim recte quisquis ciuium Romanorum esse scenicus elegisset, non solum ei nullus ad honorem habebatur locus, verum etiam censori nota tribum tenere proprium minime sinebatur. O animum ciuitatis laudum audum, germaneq; Romanorum! Sed respondeatur mihi, quæ consuetudine ratione homines scenici ab omni honore pelluntur, & ludi scenici deorum honoribus admiscuntur? Illas ibe- aricas artes diu virtus Romana non nouerat: quæ est ad oblectamentum voluptatis humana quærentur, & vitio morum irrepserunt humanorum, dij eas sibi exhiberi petuerunt. Quomodo ergo abicitur scenicus, per quem colitur Deus? Et theatrica illius turpitudinis quæ fronte notatur actor, si adoratur exaltor? In hac controuersia Græci Romaniq; concertant. Græci putant recte se honorare homines scenicos, cùm colant ludorum scenicozum sigillatim deos. Romani verò hominibus scenicos nec plebeiam tribum, quanto magis senatoriam curiam, debonificari sinunt. In hac disceptatione huiusmodi ratiocinatio summam quæstionem absoluit. Proponunt Græci: si dij tales colendi sunt, profectò etiam tales honorandi sunt. Assentiunt Romani: sed nullo modo tales homines honorandi sunt. Concludunt Christiani: nullo igitur modo dij tales colendi sunt. Hæc Augustinus ibi.*

Octauo infamiam ipso facto incurrit, qui operas suas locant, vt pugnent cum bestia fera, satifque est aliquem se ad id locasse, estd non pugnet, vt ipso facto infamiam incurrat. Qui verò se locaret ad interficiendam bestiam, quæ aliis nocuumentum afferret, perniciosã vè esset, aut ad pugnantium cum illa, infamiam ead de causa non incurreret: quoniam id opus esset virtutis, cederetq; in commodum bonum, neque quoddam pretium ea de causa sumat, de honestat id opus. Qui item cum fera, quæ aliis non nocet, fortitudinis gratia pugnet, nullo accepto pretio, non incurreret infamiam: quoniam id non ad abiectum ac vilem animum artineret. *Hæc omnia habentur leg. prima, & item senatus consulto. & §. bestias. ff. de post. leg. quarta, titulo sexto, parte tertia, & lege quarta, titulo sexto, parte septima.*

Nono, qui pretio accepto in certamen cum alio homine

homine descendit, infamiam quoque ipso facto incurrit: quam non dubito incurtere eum, qui pretium accepit, ut aliquem interficiat aut percutiat. Qui vero nullo accepto ad id pretio cum aliquo pugnet, infamiam non incurrit, estque vincendum primum esset positum. Atque qui ita pugnat luctu, aut quouis alio certaminis genere, fortitudinis ostendendae ac victoriz causa, athletae dicuntur, ut ait glossa tituli, consentaneè ad textum ibi l. i. c. de *athletis lib. 11. l. ibi* statuitur, ut qui athletae tres coronas incertaminibus publicis obtinuerint, modò vnam earum in noua aut in veteri Roma obtineant, immunis sit à muneribus onetibusve personilibus. Quòd autem, qui pretio in certamen priuatum descendunt, infamiam incurrent, habetur

l. 2. §. vlt. ff. de his qui nor. infam. cuius verba sunt: Eos

autem, qui questus causa in certamina descendunt: infamiam scilicet incurere. Quamuis autem glossa ibi exponat, cum bestia dentata, & addat, idem esse de pugilibus, hoc est, de eis, qui se locant ad certamen cum alio homine, eosque affirmet infamiam incurere: sanè certamen propriè est cum homine: neque ibi videtur esse sermo de pugna cum fera, de qua re habitus fuerat sermo integer & copiosus l. i. citata ff. de postul. sed de certamine cum alio homine: vnde lege athletas statim sequenti continuo subiungitur, athletas, qui non pretio, sed fortitudinis gratia in certamen cum alio homine descendunt, infamiam non incurere. Atque hanc totam nostram sententiam statuit l. 4. titu. 6. part. 7. ita intelligendo paragrammum illum vitimum & legem athletas, non verò sequendo solum additionem illam glossæ, §. illa vlt. ut ibi Greg. Lopez ait.

Decimo infamiam ipso facto incurrit, quicumque de exercitu aut ex alia militari congregatione, est dimissus ignominie causa ob delictum in exercitu commissum, etiam si dux esset, & quicumque ex autoritate ea de causa esset, hoc est, militaria insignia essent ab eo detracta, ut ense in cingulo illi adimendo ignominie causa ob id delictum, aut calcaria ab illo auferendo, vel illi aliquid tale percussendo, Ita habetur l. 1. in princ. & l. 2. ff. de his qui nor. infam. & l. 4. titu. 6. part. 7. Qui autem alia de causa esset dimissus de exercitu, infamiam non esset, ut constat ex iuribus citatis. Qui iure exautoratus esset, non quidem propter crimine commissum in exercitu, sed quia nomen militie dedit, eo quòd litem cum aliquo haberet, vt e ratione suas partes meliores redderet, infamiam non incurreret, vt habetur l. qui eam, §. exautoratus ff. de re milit.

Vndecim miles, qui conducit prædia aliena negotiationis causa, infamiam ipso facto incurrit l. vlt. ff. de locato, & l. 4. tit. 6. part. 7.

Duodecim infamiam ipso facto incurrit vsurarius l. improbum fenus. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 4. tit. 6. part. 7. & l. vlt. titu. 6. lib. 8. noue collect. diciturque copiosè est tractatu 2. Disp. 334 in princ. Atque, ut ibi dictum est, ea pena comprehendit omnes vsurarios, qui veras vsuras naturali iure & canonico damnatas exercent, estque iure Casareo essent permittæ. Placetque nunc cum Gregorio Lopez l. 4. citata, verò vsurarios, comprehendere etiam vsurarios occultos, est de eorum infamia non sufficienter constat, nisi post latam sententiam, qua pronuntiantur commississe vsuram; neque tunc ex sententia infamiam incurrun, sed ex delicto antea ab ipsis commissio illam iam incurrerant, licet tunc constare incipiat, illam antea incurrisse.

Decimo tertio infamiam ipso facto incurrit qui promittit alicui sub iuramento, se aliquid facturum, aut impleturum, neque impleuit, quò potuit, & iuramentum ad id ipsum obligabat. Ita habetur l. 4. titu. 6. part. 7. iuxta l. si qui maior Codic. de transact. conuenit l. quoties. Codic. de dignitatibus libro duodecimo, & affirmat ibi

A glossa, & glossa leg. Lucius ff. de his qui notantur infam. Neque refragatur eadem lex Lucius; quatenus definit, quando quis egit iniuriam ex scriptura, in qua testes deposuerant; reum ea iniuria illum affectisse: si iudex fidem non adhibeat ei scripturæ, & absoluat reum, testes illos infamiam non incurere. Non, inquam, refragatur definitio illa eius legis. Tunc quia ille non est euentus, de quo modò agimus. Tum etiam, quoniam non eo ipso, quòd illi scripturæ fides non adhibetur, quantum satis est vt condemnentur ille reus, sequitur testes illos conuictos esse falsi testimonij. In hoc autem regio in euentu, in quo dictum est, incurrit eam infamiam, qui non implet id promissorium iuramentum, amittit eo ipso in pena bona omnia sua fisco regis. Ita habetur l. 1. tit. 6. lib. 8. ord. q. que est. l. 1. tit. 7. lib. 8. noue collect.

Decimo quarto de iure huius regni, qui sub homagio (pleito menaje appellatur in hoc regno) aliquid promittit alicui, nec ei adimplet, cum possit ac debeat, infamiam ipso facto incurrit. Ita habetur l. 2. titu. 5. part. 7. eamque infamiam lex illa appellat menaje valer. Quo loco obserua, homagium interdum includere iuramentum, vt multis explicat ac probat Greg. Lopez l. 26. titu. 11. part. 3. gloss. vlt. quando iuramentum quidem includeret, tunc promissio sub homagio non esset euentus distinctus à decimo tertio precedente, neque esset quid peculiarè huius regni. Quando autem iuramentum non includit, tunc est peculiaris euentus de iure huius regni statutus, vt infamia in eo incurritur: & de hoc euentu aperte loquitur lex 2. citata, vbi dicitur in hoc euentu caeren menaje valer segund la collumbre vsada en Hespaña. De decimo autem illo tertio euentu, in quo in tota sua latitudine de communi infamia incurritur, loquitur lex 4. tit. 6. part. 7. cum eo è iure communi, vt satis perspicue constat.

Decimo quinto infamiam ipso facto incurritur incurri ob peccatum sodomitæ l. 4. tit. 6. part. 7. Quò in loco Greg. Lopez verb. contra natura, ait, non reperiri ita expressum de iure communi: ibidemque, & l. 6. tit. 1. part. 6. glossa vlt. citat tres doctores, & inter eos Bart. & Barb. qui idem asseruerunt stando in iure communi. Ego verò non video hæc tenus ius commune, vnde id colligatur. In hoc autem regno l. 1. titu. 2. lib. 8. noue collect. statuitur, vt est aliquis damnentur ac puniatur ob id crimen, descendentes

D tamen eius nullam ea de causa incurant infamiam.

Decimo sexto infamiam incurrebant ipso facto de iure huius regni illi nobiles, quos bidalgos vocant, quando se desdeñan et iuri no por corte, palihodiam ve recantabant, vt habetur l. 2. tit. 5. part. 7. vbi Greg. Lopez verb. el bidalgo, sic addit. Idem de plebeio damnato actione iniuriarum. Duo tamen obserua. Primum est, infamiam, quam tunc incurrebat ille nobilis, esse infamiam ipso facto incurram, & se desdeñas, atque illud erat, quando erat reprobatus, more tunc Hispaniarum, vt constat titulo quarto antecedente: cum autem mos ille septandi hodie locum non habeat, prohibitis duellis, vt hodie sunt prohibita, locum quoque hodie non habet uestitus ille, in quo ea infamia ipso facto aut ipso iure à nobilibus incurrebat. Secundum est, infamiam aliam, quam incurrit plebeius, aut etiam nobilis, damnatus actione iniuriarum, esse non ipso iure, sed post latam sententiam, de qua infamia non erit sermo: neque, si in consequentiam, quòd iniuriam intulerit, falsum aliquid alicui imponendo, damnatus quis sit actione iniuriarum, præcipiatur huius panam, aut in satis actionem ac restitutionem factæ offensi, desdeñarse, incurrit infamiam desdeñarse, sed illam antea incurrit, quando damnatus iniuriarum fuit.

Notat bene Greg. Lopez l. 4. tit. 6. part. 7. gloss. vlt. cum Baldò

Baldo in his omnibus euentibus, in quib⁹ infamia a ipso facto incurritur, necessarium non esse sententiam declaratoriam delicti, vt incurritur, vt de usurario supra est dictum, sed ante sententiam fuisse incursum: si autem notorium non erat, neq³ facti, neq³ iuris notorietate, illum commisisse id delicti, sic consequenter notorium faciet, incursum ob illud antea ab eo fuisse eam infamiam.

21. Vterius etiam cum aliis, quos citat, inde optime notat, quando infamia incurta est ipso facto, si qui illam incurrit, ad testificandum accedat in aliqua causa, illi⁹ obiciatur eam infamiam incurrisse, tunc in eadem ipsa instantia examinandum esse, an eam infamiam habeat iam contractam, commiseritq³ id, ob quod illam iam contraxit, vt videatur, an admitti eius testimonium debeat, vel non. Quãdo autem infamia incurritur post latam sententiam de aliquo crimine, tunc si, qui crimen illud commisit, nondum de eo damnatus sit, accedatq³ ad testificandum in aliqua causa, vtq³ cum nondum infamis sit, causatq³ diuersa sint illa, ad quam testificandum accedit, & ea, quæ aduersus ipsum competit circa crimen, de quo, si damnetur, infamiam incurrit, admitti debet ad testificandum, neq³ in ea instantia examinari debet, an commiserit crimen ob quod post latam sententiam, qua de eo condemnatur, incurrit infamiam, sed seorsum id examinari debet, si ea de re aduersus eum contendere quis vellet.

22. Vterius notant, tam idem Greg. Lop. ibi, Syluest. verb. infamia. n. 11. quàm alij doctores communiter, de iure canonico non solum esse aliquem infamem in prædictis euentibus, in quibus de iure cæsareo communi dictum est infamiam incurri, sed etiam quando incidit in peccatum aliquod graue, vt in hæresim, apostasiam, etiam ab ordine, & à religione, hoc est, à vita regulari, in schisma, incestu, rapinam, furtum, sacrilegium, homicidium, periturium, veneficium, impositionem manuum violentarum in parentes, & in plerisq³ aliis criminib⁹, quæ memorantur, & ratione quorum statuitur incurri infamiam: c. infames. 6. q. 2. c. aliam, & duobus seqq. 2. q. 7. c. 1. & duobus seqq. c. consanguineorum, c. conspiratores, c. omnes clericus. & c. hi qui 3. q. 4. c. constitutum. 3. q. 5. & aliis iuribus, ad eod³ vt communiter doctores dicant, de iure canonico ob quodcunq³ lethale peccatum publicum, in quo quis perseveret, neque ostenderit se esse iam omnino emendatum, incurri infamiam. Et quo grauior & fædior ad diuturnum fuisse culpa, eo maior reputanda esset infamia, difficiliusq³ abstergeretur cessatione ab illa, in bonisq³ perseverando moribus: qui quo meliores essent, eo citius ac magis antecedentem infamiam abstergerent, quæ solum infamaret, quia ex culpa lethali. Atque in congregationibus, in quibus vitæ puritas magis viget, eo lethalia peccata maiorem efficiunt infamiam, quo magis in eis vitæ puritas disciplinaq³ regularis ac ecclesiastica magis vigerit. Quæ enim antiquius mores Ecclesiæ non erant adeo corrupti, vt hodie sunt, illa eo modo fuerunt sancta: hodie verd⁹ in tanta morum perditione fortè illa non cum tanto rigore sunt in praxi recepta: tamen illo rum maxima habenda sit ratio ad admittendum E ad honores ecclesiasticos, beneficiatq³ & ministeria Ecclesiastica, & vt testibus non tanta fides habeatur, quando laborant aliqua tali infamia.

S V M M A R I V M.

1. Damnatus à iudice competente de crimine publico, sumpto crimine publico, vt à priuato distinguitur, infamia iuris incurrit: non verò damnatus à iudice incompetente.
2. Ex sententia arbitri infamia non incurritur, licet delictum sit tale, quod si sententia à iudice ordinario esset circa illud lata, incurretur infamia.

3. In Hispania, si quis appellasset à sententia arbitri, ob quam, si lata esset à iudice ordinario, incurretur infamiam, tunc si confirmaretur à iudice ad quem appellasset, incurretur infamiam.

4. In euentibus in quibus infamia non incurritur nisi lata sententia, id solum intelligitur de sententia, quæ in rem transit iudicatam, non verò de ea, quæ in rem iudicatam non transit.

5. Variæ opiniones de eo, vtrum si aliquis via inquisitionis de crimine aliquo condemnatur, ob quod lata sententia infamiam incurritur, infamiam tunc incurrat.

6. Calumniari est accusare aliquem de falso crimine scienter seu ex intentione: Qui de calumnia est damnatus, eo ipso quod ita damnatus est, infamiam incurrit.

7. Si iudex infiguratorem accusatoris in sententia caliditate argueret, non incurrit infiguratorem infamiam iuris, sed pudorem potius, ac proinde solum infamiam facti.

8. Quando pater filie defunctæ aliquem accusat, quod eam interfecisset, non incurrit infamiam: scilicet quando non malitiose accusauit, sed tantum ex suspitione.

9. Iuris infamiam incurrit mulier lata sententia, quæ sciens se non esse pregnantem ex marito defuncto, fecit semitti in possessionem bonorum mariti, ratione filij: quem à defuncto marito finxit se in ventre portare.

10. Si quis damnetur, quod præuicator fuerit, tunc eo ipso incurrit infamiam.

11. Tergiversator, hoc est, qui intentata accusatione circa aliquem de aliquo delicto, non ad penam pecuniariam ipsi applicandam, sed ad quamcunq³ aliam penam, ab accusatione desistit, non interueniente criminis abolitione, incurrit infamiam: idq³ scilicet in iure communi.

12. Item damnatus de furto, rapina, iniuriis, & actione doli.

13. Quicumq³ damnatus est de rapina bonorum, de crimine publico est damnatus.

14. Violator sepulchri, expilator hereditatis, incurrit lata sententia infamiam.

15. Quando aliquis iniuste de furto damnatus est vel de aliquo alio crimine, ob quod dicitur incurri infamiam, infamiam est, si sententia non reuocetur.

16. Non solum infamiam incurrit is, qui re ipsa de aliquo crimine supra dicto damnatus est, sed etiam is qui passus est, ne aliqua earum actionum accusaretur: nisi passum ex iudicio auctoritate esset factum non gratuitum, tunc enim censetur reus crimen confiteri.

17. Quando aliquis ad redimendam suam vexationem passum non gratuitum facit, ne ipsi inrentetur actio in crimine iniusto, enitatur infamiam.

18. In Hispania & Lusitania non liberatur infamia, qui passus est ne ipsi actio intentetur. Infamiam item subit, qui ictibus, aut alia pena publica delicto commiserit, à publicis potestatibus est punitus non precedente sententia et precedente delicto.

19. Aut pena incurritur ipso facto nulla lata sententia, aut incurritur lata sententia condemnatoria, & etiam si tunc iudex maiorem penam pecuniariam imponat, non enitatur infamia.

20. Au deprehenus in delicto, pro quo lata sententia, aut facta transactio, passus ve non gratuito, circa illud infamia incurritur, incurrit infamiam ante latam sententiam.

21. Vt damnatus de aliquo crimine (ex quo lata sententia infamia incurritur) eam infamiam incurrat, necesse est vt damnetur propter factum proprium.

22. Qui actione pro socio damnatur, vt aliquid socio soluat, ratione doli pressè sumpti, vt à lata culpa distinguitur, incurrit infamiam.

23. Qui tutei actione dolo interueniente damnatur, vt aliquid minori aut successoribus illius soluat, infamiam incurrit.

- 24. Qui mandati actione directa damnatur, ut aliquid mandanti soluat, dolo ex parte mandatarij interveniente in eo, ratione cuius solvere mandanti id teneat, infamiam incurrit.
- 25. Qui damnatur actione directa depositi, qua ex deposito compertit adversus depositarium, si dolo intervenit, depositarius ita damnatus infamiam incurrit.
- 26. Ad stellionatus crimen puniendum vel criminaliter agitur, vel agitur civiliter circa id, in quo stellionatus crimen intervenit.

INFAMIA IN QUIBVS EVENTIBVS per sententiam incurritur, aut interveniente aliquo ad iudicium attinente.

DISP. 9.



Infamia autem iuris in sequentibus eventibus non ipso facto commissio crimine incurritur, sed per sententiam latam de eo criminis.

Primus. Damnatus a iudice competente de crimine publico, summo crimine publico ut a priuato distinguitur, eo ipso infamiam iuris incurrit. Licet enim committens crimen publicum, ut prodicionis, falsi, homicidij, adulterij, aut aliud publicum, ipso facto infamiam iuris non incurrat, antecedente tamen sententia iudicis competentis, qua de eo crimine damnatur, infamiam iuris incurrit. Ita habetur l. 1. §. qui in iudicio, ff. de his qui not. infam. & apertius l. infamem, ff. de pub. iud. & l. 5. titul. 6. part. 7. affirmat que communis doctorum sententia. Poterit tamen, qui commisit crimine publicum, ante sententiam incurtere infamiam facti, quin & qui commisit priuatum, iuxta ea que Disp. 7. dicta sunt. Quae autem delicta publica sunt, & quae priuata, tractata procedente Disp. 4. copiose fuerit explicatum, vbi multa dicta sunt, quae hoc loco onere nos leuant.

Dictum est, a iudice competente: quoniam si ab incompetente esset lata in hoc & in sequentibus eventibus, in quibus lata sententia dicemus incurri infamiam, tunc damnatus de illo crimine a iudice incompetenti infamiam non incurreret, etiam si imperator eam sententiam tulisset, vt cum Baldo, Angelo, & Paulo Castrensi affirmat Greg. Lopez. l. 5. citata glossa 1.

Item ex sententia arbitri infamia non incurritur, est delictum sic tale, quod si sententia a iudice ordinario esset circa illud lata, incurreretur infamia. Ita habetur l. quid ergo, §. ex compromisso, ff. de his qui not. infam. & l. 5. titul. 6. part. 7. Et quamuis quando crimen est publicum, aut etiam priuatum, de quo criminaliter agatur, locum non habeat sententia arbitri, si tamen omnino nulla, esto ex ignorantia, quod sit inualida, sit lata, vt habetur l. non distinguamus, §. Iulianum, ff. de receptis arbit. quando autem crimen est priuatum, & agitur civiliter, valida est sententia arbitri, ceterum ex ea non contrahitur infamia, esto, si lata esset a iudice ordinario, ex illa contraheretur infamia in eventibus explicatis, atque est, quod habetur §. ex compromisso citato. At vt Gregor. Lopez. l. 5. citata verb. de auctoritate, cum illis quos citat, ex sententia arbitri infamiam non incurri, esto in compromisso fuisset expressum, quod ex ea sententia infamia incurreretur, & est sententia esset emologata, iuxta ea que tractantur 2. Disp. 55 6. dicta sunt.

Ibidem tamen quaeritur, num in hoc regno in quo l. 4. titulo 1. libro quarto nouae collectionis sancitum est, vt sententia arbitri, aut arbitratoris, si lata sit de contentu compromisso, & intra tempus in eo concessu tunc detur executioni, infamia incurraur

A in euentu, in quo si ea sententia lata esset a iudice ordinario, ea damnat infamiam incurreret. Atq; citat Barr. pro parte affirmante, quod scilicet stante tali statuto, infamia incurrat. Et pro contraria parte, quod scilicet tunc infamia non incurrat, citat Panormitanum, in hancq; sententiam ipse propter det. Quoniam tale statutum non tribuit iurisdictionem, sed, ad obuiandum in commodis, tribuit solum effectum executionis: neq; id statutum ad alium effectum est extendendum, quam ad eum, quem concedit: maxime quando effectus est odiosus & pena, vt est infamia. Neque credo Bartolus contrarium diceret attenda lege illa huius regni, quae nihilominus concedit damnato arbitro appellationem ab ea sententia, dicereq; de nullitate, & nihilominus non impediri eam executionem. Et B fortasse in hoc regno, si quis appellasset a sententia arbitri, ob quam, si lata esset a iudice ordinario, in remq; transisset iudicatum, incurreret infamiam, tunc, si confirmaretur a iudice, ad quem appellasset, incurreret infamiam: quoniam, vt ex lege 4. citata constat, si iudex futurus est ordinarius, ac proinde iam tunc ille damnatus esset a iudice ordinario circa id, circa quod sequitur sententia iudicis ordinarij, infamia incurritur.

In euentibus, in quibus infamia non incurritur nisi lata sententia, id solum intelligitur de sententia, quae in rem transiit iudicatum, non vt de ea, quae in rem iudicatum non transiit. Vnde, si a sententia, quae, si transiret in rem iudicatum, induceret infamiam, appellatum fuerit intra tempus ad appellandum concessu, tunc ad effectum vt incurrat ea infamia iuris, perinde est ac si extincta esset sententia, nunquamq; lata fuisset: qm, esto ad iudicatum, ad quod fuit appellatum, confirmetur, deueniatq; tandem ad sententiam, quae in rem transiit iudicatum, infamia tamen illa iuris solum incurritur vt sententiae, quae in rem transiit iudicatum, & non vt antecedente sententiae, esto sequatur confirmatio illius, pronuncieturq; male ab illa prima fuisse appellatum: atq; de causa infamia illa incurritur a puncto latae vltimae sententiae, quae in rem transiit iudicatum, & nec retrorahitur vt incurrat a puncto primae sententiae: quare si is, qui ita condemnatur, testimonium adhibuisset tempore intermedio inter primam sententiam, a qua fuit appellatum, & vltimam, quae in rem transiit iudicatum, validum esset testimonium, neque inualidaretur, quia praesertim ab infami iuris infamia: eo quod neq; iuris fictione per retroractionem fuisset ille intermedio illo tempore infamis ea infamia, sequuta postea sententia, quae in rem transiit iudicatum. Ita habetur l. farris §. 1. ff. de his qui not. infam. & consentit l. 1. §. vlt. ff. ad senat. consul. Turpill. & l. 6. titu. 6. part. 7. iuncto Gregoris Lopez §. ibi, verb. el en fama veniente. Neque in re proposita locum habet illa regula, quod pendente appellatione nihil innoceat, & quod, si aliquid in nouatum fuerit, sit inualidum: quoniam id intelligitur de iis, de quibus etialis, & de quibus directe lata est sententia: infamia autem de qua loquimur consequitur sententiam, non quamcumq; sed quae in rem transiit iudicatum: quare cum nondum adfuerit talis sententia, nondum fuit ille infamis, de proinde validum est testimoniu, quod illo tempore is dedit, vt ipse datum a non infanti tunc ea infamia, etiam iuris fictione, infamari tunc posset & extenuari posset id testimoniu ex eo, quod etiam tunc infamis esset infamia facti, maxime accedente illa sententia, iuxta ea que Disp. 7. de infamia facti dicta sunt. Quando tamen lata fuit sententia, a qua potuit appellari, tunc si non appelleret ab ea intra tempus ad id iure concessum, transissetq; proinde ea sententia tempore illo elapso in rem iudicatum, retrorahitur infamia, vt censetur incurta a puncto latae sententiae, vt expresse habetur l. farris §. 1. titu. 6. part. 7.

§. 1. citatio: quoniam vi sententia ipsius iam lata incurritur infamia, atque à puncto, quo fuit lata, dependenter tamen ex eo, quod ab ea non appelletur intra tempus ad id iure concessum, tanquam à conditione sine qua, vt ea sententia non transiret in rem iudicatam, ita effectus infamiae ab illo puncto censeretur sequutus. Quare si in eo euentu, in quo appellatum ab ea sententia non fuit intra tempus à iure concessum, medio illo tempore ita condemnatus testimonium præstitit, transiente ea sententia in rem iudicatam inualidum redditur, vt potestatum à iam infami. Quæ dicta sunt de sententia, quando ab ea appellatum non fuit intra tempus ad appellandum concessum, similiter sunt intelligenda, quando fuit quidem appellatum intra id tempus, sed deserta fuit appellatio, eaque deserta sententia, à qua fuit appellatum, transiit in rem iudicatam: tunc enim condemnatus ea sententia, à qua appellauit, censetur infamis à puncto lata sententia, à qua appellauit: quoniam reputatur ac si non appellasset. Ita habetur l. 6. tit. 6. part. 7. in fine Greg. Lopez, ibi verb. *financia infamado por ende*.

¶ Dubium est, verum si aliquis via inquisitionis de crimine aliquo condemnatur, ob quod lata sententia infamia incurritur, infamiam tunc incurrat. Greg. Lopez, l. 5. tit. 1. a glossa 2. hoc dubium mouet, & citat glossam l. 1. §. 3. *præterea* ff. de *sup. iur. Ber. tolum & alios*, ad quos circa id dubium remittit, nec illud definit Iulius Clarus *lib. 5. sent. §. vlt. qu. 72. n. 3.* idem dubium etiam mouet, relictis autoribus in vtramque partem: atque ipse propendet, infamiam tunc incurritur, quando esset præsens & audius: secus autem quando aut esset absens, aut præsens non esset auditus, neque seruata essent seruanda. Dicerent, quando patefacto delicto via inquisitionis, intentata fuisset accusatio aduersus reum, aut iudice ex officio procedente aduersus illum, intentata similiter esset aduersus illum accusatio, illeque condemnatus esset sententia, quæ in rem transiret iudicatam, incurreret infamiam, est ille absens esset, atque ob suam contumaciam, quod accedere non vellet ad se defendendum, esset condemnatus. Si verò aduersus illum intentata non esset, sed iudex ex officio, sine accusatione ac desertione illius, illum damnaret, aut remouendo illum à tutela, aut alia ratione, tunc infamiam iuris non incurreret: id tamen adiumento esset vt incuteret infamiam facti, de qua *Disp. 7.* habitus est sermo. Aque in hoc euentu, quando scilicet iudex ex officio remoueret dolosum tutorem à tutela, propterea quod constaret eum infideliter ac male illam administrare, aut glossa illa citata, fortè tutor ille infamiam non incurreret, lata sententia à iudice ex suo officio, qua illum à tutela remoueret.

¶ Calumniari, vt habetur l. in *prin. ff. ad senat. consul. Turpil.* est accusare aliquem de falso crimine scienter, seu ex intentione: qui enim sciens aliquem innocentem esse de aliquo crimine, aut nesciens aliquem crimen aliquod commisisse, de eo illum accusat, aut denunciatur, præsumitur intendere falsè de eo crimine illum accusare, aut denunciare, eo quod ipso calumnia crimen incurrit. Hoc posito. Secundo loco, qui de calumnia est damnatus, et ipso, quod ita damnatus est, infamiam incurrit. Non itaque sufficit aliquem calumniae crimen commisisse, vt hanc infamiam incurrat, sed necesse est vt de calumnia sit damnatus: per eam enim sententiam hanc infamiam incurrit. Ita habetur l. in *prin. & aperius l. athletea*, §. *calumniatur*, ff. de *hi qui not. infam.* Quando iudex solum accusatori in sententia diceret, non probasti, nec censetur condemnare illum de calumnia: quando verò in sententia diceret, calumniatus est, tunc censeretur illum de calumnia condemnasse, vt habetur l. *ff. ad senat. consul. Turpil.* ac proinde infamiam incurret.

¶ *Leges ob hac verba*, ff. de *hi qui not. infam.* ait Papinianus, si instigator accusatoris, vt accusaret, iudex in sententia diceret: *calido commento videri accusatoris instigator fuisse*: non incurere eum in instigatorem infamiam iuris, sed pudorem potius illius eis verbis onerari, ac proinde solum infamiam facti incurrisse, iuxta ea quæ *Disp. 7.* dicta sunt. Reddit verò rationem Papinianus, dicens: *Non enim, qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.* Ei autem legi contraria videtur *lex 1. §. incidit*, ff. *ad sen. consul. Turpil.* Vbi & mandator, & instigator, atque executor de crimine calumniae condemnatur. Accursius *lib. hac verba, verb. irrogari*, varias responsiones adhibet. Prima, quod lege hæc verba, sermo sit de sententia interloquutoria, & sine causa cognitione, & §. *incidit*, sit sermo de sententia definitiua & cum causa cognitione, iuxta l. *quid ergo*, §. *quantum*, ff. de *hi qui not. infam.* cuius verba sunt: *Quantum ad infamiam pertinet, multum interest, an in causa que agatur, causa cognita ali quid pronunciatum sit*, (per sententiam scilicet definitiuam) *an quædam extrinsecus sint eloquuta*, (etiam per interloquutoriam sententiam) *non in hi* (quæ ita scilicet intrinsecus sunt eloquuta) *infamia non irrogatur*, iuris scilicet: poterit tamen irrogari infamia facti, iuxta dicta *Disp. 7.* Secunda, quod instigator damnatus videatur calumniae, & subinde infamiam incurrat, non quidem iuxta verba senatus consulti Turpiliani, sed iuxta mentem illius: & quod iuxta mentem senatus consulti loquatur §. *incidit*: Papinianus verò lege hæc verba loquatur iuxta verba senatus consulti, nec negare intendat, re vera infamiam incurritur iuxta mentem eiusdem senatus consulti. Tertia (quæ magis explicat probanda est) quod paragraphus incidit, vt in eo patet, non loquatur de quocunque instigatore, sed de eo, qui accusare incepit, ac desistit, aliumque incitauit, vt eandem accusationem intraret: atque hic quæ cum mandante, & cum exequutore calumniae, condemnatus de calumnia censetur per verba illa: *calido commento videri accusatoris instigator fuisse*, & per consequens infamiam incurrat. Papinianus verò lege hæc verba, loquatur de instigatore, qui mandans non fuit, sed tantum consulens ac suadens, neque antea de eodem crimine accusare ceperat ac desisterat. Atque inter hunc & mandantem discrimen constituit, quod in mandante & in exequutore verba illa sententiae sufficiant ad incurrendam iuris infamiam: in eiusmodi verò instigatore sufficiant quidem ad incurrendam infamiam facti, non verò ad incurrendam infamiam iuris.

¶ *Leges vltima ff. de pub. iud.* à numero damnatorum de calumnia eximitur, vt infamiam non incurrat, pater filiae defunctæ, qui accusauit aliquem, quod eam interfecisset, siue seruum generi mariti eius filiae, siue aliquem liberum: idque propter coniunctionem patris cum filia defuncta, & fortasse simul propter dolorem mortis filiae: idque intelligerem, quando non maioriose accusauit, sed temeraria suspitione, sine vilo fundamento.

¶ Tertio loco iuris infamiam lata sententia incurrit mulier, quæ per calumnia ipsius in ventris possessionem est missa, hoc est, quæ sciens se non esse prægnantem ex marito defuncto, quia veliebat se prægnantem non esse, vel esse prægnantem ex alio, ita per calumnia fecit se mitti in possessionem bonorum mariti ratione vtrius, siue sequens defuncto marito finxit se in vtero portare: nemin de ea calumnia condemnatur, eo ipso lata sententia infamiam incurrit. Excipitur, si de iur. communi sub potestate patris aut aui erat, & neque eorum consilio id fecit: nam tunc non ipsi, sed talis pater aut damnatus de ea calumnia, infamiam eam incurrit. Quod si is pater aut avus non constituit, patitur tamen eam filiam, aut nepem, vt ea infamiam,

calumniam, tunc & prægnans ipsa, & pater, aut auus, si damnetur de ea calumnia, eam infamiam incurrun-
 t. *Hæc omnia habentur, l. notatur, & quatuor sequentibus, ff. de his qui not. infam. iuncta glossa ibi, l. non alia, verb. nomine.*

61 Præuaricator is dicitur, qui partem conerariam adiuvat, ut si stando à parte actoris, reum adiuvet, detegendo illi secreta causæ, aut cõsilio, vel si stando, à parte rei, actorem adiuvet. *Ita habetur l. 1. ff. de præuaric. l. præuaricatores, ff. de verb. signifi. l. athleteas, §. item præuaricator, ff. de his qui not. infam. & alius iuribus.* Quarto ergo loco, si quis damnetur, quod præuaricator extiterit, tunc eo ipso infamiam incurrit. *Ita habetur, l. 1. in princ. & l. athleteas, §. item præuaricator, ff. de his qui not. infam.*

62 Stando in iure cõmuni, similiter quinto loco incurrit infamiam tergiversator, hoc est, qui intentata accusatione circa aliquè de aliquo delicto, non ad pœnam pecuniariam ipsi applicandam, sed ad quamcunque aliam pœnam, ab accusatione desistit non interueniente abolitione criminis, vel generali, vel particulari, iuxta ea que tractatu præcedente Disp. 46. conclusionè tertiâ explanata sunt: si enim de ea tergiversatione damnetur, infamiam eo ipso incurrit, vt habetur l. 1. & l. C. si iura cert. temp. & l. 2. C. ad senat. consul. Turpill. atque affirmat glossa l. 1. verb. qui iudicio, ff. de his qui not. infam. Dixi stando in iure cõmuni: quoniam, vt tractatu præcedente Disput. 46. & 47. copiosè est explanatum, neque in hoc regno, neque in Lusitania, neque regulariter in aliis, puniuntur aliquis eo, quod desistat ab accusatione intentata pacto gratuito, aut transactione, vel alia ratione, ac proinde locum non habet incurri eam infamiam.

63 Sexto loco infamiam eo ipso incurrit, qui de furto est damnatus. Septimo, qui vi bonorum seu de rapina est damnatus. Octavo, qui damnatus est iniuriarum actione. Et nono, qui actione de dolo est damnatus. Tunc autem actio de dolo conceditur, ubi interuenit dolo presè sumptus, vt à lata culpa distinguitur, frauðve, quando nulla alia actio nec remedium ei competit, qui dolum est passus: quando enim actio alia aut remedium ei competit, quibus illi subueniatur, actio de dolo ei non competit, nec illi conceditur, vt patet, ff. de dolo per rorum cum titulu. Quod autem in quatuor euentibus explicatis, lata sententia, qua aliquarum actionum quis cõdemnetur, infamiam is eo ipso incurrat, habetur l. 1. in princ. & l. athleteas §. vlt. ff. de his qui not. infam. l. infam. in fine, ff. de pub. iud. & l. 5. tit. 6. p. 7.

64 Cum autem, vt habetur l. 1. ff. de pub. iud. & tractatu præcedente Disp. 44. dictum fuit, vt publica & priuata sint crimina publica, & non priuata: atque in rapina semper vis publica aut priuata interueniat: sanè damnatus actione vi bonorum raptorum, de crimine publico est censendus damnatus, ac proinde infamiam incurrit comprehensam in primo euentu hæc disputatione explicato, nec ea infamia computari debuit inter infamias, quæ incurrun-
 tur lata sententia de crimine priuato, vt sit l. infamem citata, & alius iuribus citatis, in quibus permixtum cum infamia, quæ incurritur ex damnatione de criminibus priuatis, computatur. Hanc difficultatem mouet glossa vlt. l. infamem citata. Et primò respondet, id gratia exempli esse dictum, in exemplis que non requirit veritatem. Secundò melius respondet, quia aliquando reperitur rapina, locumque habet actio vis bonorum raptorum, est vis non interuenire ipsa, vt quando aliquis ingreditur domum alienam animo vim inferendi, si aliquis resistat, & furatur nemine ibi existente, qui resistat, iuxta legem si quis ex domo, ff. de furtis propter eum euentum, in quo competit actio vis bonorum raptorum, neq; crimen illud est publicum, sed priuatum, incurriturque infamia, si raptor ille

A damnatur infamiam incurram ex sententia actionis bonorum raptorum fuisse computatam inter infamias, quæ incurruntur lata sententia circa crimina priuata. De eo autem euentu fuimus nos loquuti tractatu 2. Disp. 683. §. dubium est.

Licet damnatus de furto infamiam incurrat, vt iuribus citatis, & l. si furti, C. ex quibus caus. infam. irrog. constat, si tamen reofurtiua apud aliquem reperta est, atq; condicatur seu vendatur ex illa conditione furtiua, & sequatur sententia, non incurrit infamiam, vt habetur l. si furti citata. & affirmat glossa l. 1. verb. qui furti, ff. de his qui not. infam.

Decimò, qui damnatur actione de sepulchro violato, infamiam eo ipso lata sententia incurrit, vt habetur l. 1. ff. de sepul. viol. iuncta glossa 2. ibi.

Vndecimò, qui damnatur de expila. hereditate, eo etiam ipso incurrit infamiam, vt habetur l. si expilasse, C. ex quibus caus. infam. irrog.

Quando aliquis damnatus esset de furto, quod verè non commisisset, aut aliqua alia sententia ex iis, ob quas dictum est, & diceretur, incurri infamiam, neque tñ id crimen commisisset, de quo damnatur, infamis nihilominus esset, dum sententia non reuocaretur: quoniam sententia, quæ in rem transit iudicatum, pro veritate habetur. Ita affirmant glossa vlt. athleteas §. vlt. ff. de his qui not. infam. glo. in l. non poterit, ff. de furti. glo. vlt. ff. de pub. iud. & Greg. Lopez. l. 5. titul. 6. p. 7. verb. tenet.

14 Lige in princ. & l. athleteas §. vlt. ff. de his qui not. infam. non solum asseritur, eum, qui actione furti, vis bonorum raptorum, iniuriarum, aut de dolo, est damnatus, infamiam incurrit, sed etiam eum, qui pactus est, ne aliqua earum actionum accusaretur, siue pactum ea de re factum esset antequam intentata esset accusatio, siue post illam intentatam. Atque ratio redditur l. quoniam (quæ proximè post paragræphum illum vltimum citatum subiungitur) & l. 5. tit. 6. p. 7. Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur. Imò verò habetur eo ipso pro conuicto de illo, vt habent iura alia, quæ tract. præced. Disp. 46. in casu probationis primæ p. vis veritè conclusionè retulimus. Id quod intelligendum in primis est, stando in iure cõmuni, atque ad effectum vt habeatur pro confesso & conuicto de eo crimine, intelligendum est, quo ad delicta omnia, circa quæ Disp. 46. citata ostensam est, illicitam nullamque esse transactionem stando in iure cõmuni circa ea factam: de quorum numero non est crimen, circa quod vel non potest intentari nisi actio ad pœnam pecuniariam parti applicandam, vel concessum parti est agere, si ita velit, ad eam solum pœnam, nullaque alia imponitur reo pœna in bonum commune, vt esse de iure cõmuni solet actio iniuriarum: tunc enim neque inuvalida neque illicita est transactione, pactura ve, non gratuita circa id delictum, quo aliquid datur aut promittitur, vt ea de re actio non intentetur, aut vt desistatur à iam intentata, vt ibidem ostensum est: ac proinde ex tali pacto circa id delictum infamia non incurretur, vt ibidem etiam dictum est. Quare à delictis commemoratis, de quibus iura citata docent, non solum condemnatos de illis incurritur infamiam, sed etiam eos, qui circa illa paciscuntur, vt actio non intentetur, aut vt ab intentata desistatur, excipiendum est, quando actio, circa quam fuerit id pactum esset solum pecuniaria applicanda parti, aut in potestate eius, qui illam adhuc intèrre posset, si cum esset intentata re actio, ex qua reus solum esset condemnatus pœna parti applicanda: in eo enim euentu ex pacto non incurritur infamia: cum tamen si intentata esset re actio, & reus ex illa fuisset condemnatus, infamiam eo ipso incurritur. Præterea quod iura illa docent de pacto circa illa quatuor crimina, cum limitatione proximè à nobis circa id adhibita, intelligendum similiter est de simili

paçto circa quæcunq̃e alia crimina, ob quæ, si se-
quatur condemnatio, incurritur infamia, quæ do-
cti crimina sunt talia, vt circa eâ prohibita, nullatq̃
fit reddita transactio: si. n. circa talia crimina fiat
similiter pactum non gratuitum de actione ob illa
non intentada, aut vt desistatur à iam intentata, si-
militer eo ipso de iure communi incurritur infam-
ia, sicut si, qui id crimen commisit, damnatus de il-
lo esset, idque propter eandem rationem, vt *Dispur.*
46. conuisione 3. citata comprobatum est. Ob quæ
autem crimina sequa condemnatione incurritur
infamia, in hæc Disputatione explanamus: ob
quæ verò eorū de iure communi prohibita fit trās-
actio, & ob quæ permilla fit, *Disp. 46. citata* copiose
fuit traditum.

Illud verò est obseruandum, quando pactum
non gratuitum iudicis autoritate esset factum, vt
desisteretur ab actione intentata, tunc ex tali pacto
non incurri infamiam, reum ea pactione non gra-
tuita circa id delictum censi illud confiteri. Ita
habetur *l. furti, §. qui iussu, ff. de bu qui not. infam. & l.*
5. tit. 6. part. 7. Legito Greg. Lopez. *ibi verb. sin manda-*
do del. judgador.

Dubium est, vtrum si aliquis ad redimendam
suam vexationem faciat pactum non gratuitum,
ne aduersus ipsum intentetur actio de crimine,
quod verò non commisit, aut vt desistatur ab ea a-
ctione, in euentibus, in quibus dictum est ex eo pa-
cto incurri de iure communi infamiam, quia cen-
seretur confessus id crimen & de eo conuictus, v-
trum. in quâ, tunc euitet eam infamiam, si prober
se non commisisse id crimen, sed ad redimendam
suam vexationem fecisse id pactum. Dicendum est
cum *l. gloss. vltim. l. ab heres, §. vlt. ff. de bu qui not. infam.*
euitare tunc eam infamiam: id quod *Disputatione*
46. conuisione tertia citata latius est à nobis osten-
sum.

Quod dictum est, in euentibus explicatis paci-
ficentem ne aduersus ipsum actio intentetur, aut
vt ab ea desistatur, incurrere de iure communi in-
famiam, non secus atq̃ si de eo crimine esset dam-
natus, intelligendum est id, de pacto non gratuito
pro pecunia, aut pro alia re pretio æstimabili: non
verò de pacto merè gratuito, vt si aliquis precibus
aut interuentu alicuius, aut alia ratione, merè gra-
tuitis obtineat, vt actio aduersus ipsum nō inten-
teretur, aut vt desistatur à iam intentata: tunc enini
nec pro confesso id crimen habetur, nec infamiam
incurrit, vt habetur expressè *l. furti, §. pactu, ff. de*
his qui not. infam. latiusque dictum est Dispur. 46. con-
uisione 3. citata.

Hæc autem, quæ de pacto dicta sunt, quod scilicet
qui in euentibus explicatis pacificatur, pro con-
fesso crimen, circa quod pacificatur, habeatur, &
quod infamiam incurrat in euentibus, in quibus
si damnatus esset de eo crimine infamiam incurre-
ret, locum non habent hodie in hoc & in Lusitaniæ
regnis, in quibus tractatu præcedente *Disp. 47.* osten-
sum est, permitti etiam transactionem pactum ve-
non gratuitum circa crimina inter offensum, & of-
fense, quibus incumbit prosequi illius iniuriam, &
inter delinquentem, in integrumque manere po-
testatis publicis, nihil impediente eo pacto &
remissione criminis, progredi ex officio suo ad pu-
nienda ea delicta in commune bonum: idemque
dictum est esse hodie regulariter in cæteris rebus
publicis.

Vt quædam alia circa hæc tenent dicta examine-
mus, obseruandum est. Duodecimo infamiam
illam incurrere, qui iactibus, aut alia pœna publica
delicto commerita, à publicis potestatis iussu-
ve earum est punitus, non præcedente sententia,
præcedente tamen delicto, in quo ille fuit depre-
hensus, aut quod ille confessus est, quando id deli-
ctum reale, quod de sententia deficiit, quæ de illo

A damnaretur, ipso iure lata ea sententia infamiam
incurreret, iuxta ea quæ dicta sunt, ob criminis ta-
men notorietatem aut confessionem rei, maxime
exigente id rei qualitate, aut ad id adiuantibus a-
liis circumstantiis tunc concurrentibus, sine sen-
tentia alia iussus fuit ea pœna puniri, mandataque
ea pœna fuit exequutioni. Ita communis doctō-
rum sententia iuxta *Lictus fustium, ff. de bu qui not. in-*
fam. & l. fustibus, C. ex quib. caus. infam. irrog. sanc-
tumque est *l. 5. in fine tit. 6. part. 7.* Neque refragatur
l. nullam, C. eod. tit. que non incurri infamiam illam de-
finit, qui causa indagandæ veritatis, vt illam confi-
teretur, iussus est torqueri fustium iactibus: quoni-
am ob torturam ad indagandam veritatem in-
famia iuris non incurritur.

Dictum fuit: *qui iactibus, aut alia pœna publica deli-*
cto commerito fuit punitus: quoniam esto delictum ef-
fet tale, vt ex illo lata sententia infamia incurre-
retur, si tamen propter illud pœna grauior quàm de-
lictum commeretur, esse tunc pro eo imponi con-
sueti, imposita esset iudicis sententia, tunc eo ipso
censeretur quasi transactum inter iudicem & reū,
vt pro illo excessu pœnæ remitteretur infamia, ni-
hil impediente sententia, qua de eo delicto esset
condemnatus, ac proinde tunc damnatus ita de eo
delicto infamiam non incurretur. Vt si pœna ordina-
ria pro aliquo delicto ex cuius condemnatione
infamia irrogaretur, esset pecuniaria certæ bo-
norum partis: & iudex imponeret pro illo pœnam
corporalem, censeretur eo ipso remisisse ei delin-
quenti infamiam. Idem si pro eo delicto imponen-
da fuisset pœna minor corporalis, & imponeretur
grauior. Si tamen imponenda fuisset pro aliquo
delicto pœna pecuniaria leuior; & imponeretur
grauior pecuniaria, non euitaretur infamia, vt si
furtum manifestum, quod solū est puniendum
pœna dupli, iuxta ea quæ tractatu x. dicta sunt, puni-
atur pœna quadrupli, non est censenda remissa
infamia, quam lata ea sententia is fur incurrit.
Censeretur verò, etiam in furto, pœnâ infamiæ re-
missa, si pœna pecuniaria commutaretur in corpo-
ralem, vel corporalem leuior in grauiorem corpo-
ralem. Hæc habentur *l. quid, iugo, §. pœna grauior, ff. de*
his qui not. infam. & l. in seruorum, §. vlt. ff. de pœnis, iun-
ctis glossa vtroque.

Vt verò varia iura concilientur, & res hæc exa-
ctius intelligatur, sic arbitror distinguendum: Aut
pœna incurritur ipso facto, nulla de crimine lata
sententia; & tunc iudex postea pro eo delicto
imponat maiorem pœnam siue minorem, non tolli-
tur infamia ipso facto iam incurfa ante latam
sententiam, neque eam auferre cadit sub iudicis
potestatem. Ita cum Ang. Gregor. *Lopez. l. 6. tit. 6.*
part. 7. verb. es quito el infamamento. Aut pœna infa-
miæ incurritur lata sententia condemnatoria de
crimine, & tunc si iudex imponat maiorem pœ-
nam pecuniariam, quàm imponere debebat, aut
pro pœna corporali imponat pœnam pecunia-
riam, non euitatur infamia, iuxta dicta pauld
ante ex *§. pœna grauior, & l. seruorum, §. vltimo citatis.*
Excipe, nisi pœnam pecuniariam imponeret loco
corporalis grauioris, quia circūstantiæ minuerent
delictum, in quibus id delictum non iudicaretur
dignum maiori pœna, quàm ex pecuniaria: nam
tunc, iuxta eâ, quæ mox subiiciemus, censeretur
remissa infamia. Quando autem iudex sine ratio-
nabili causa pro pœna pecuniaria, quam deberet
imponere, male imponit pœnam corporalem, aut
cum imponere deberet pœnam corporalem mi-
norem, imponit maiorem manifestè, tunc iuris
ipsius interpretatione cauferur remittere, vt infa-
miam ea criminis condemnatione non incurfas,
commutata infamia in illo augmento pœnæ, iuxta
duo illa iura cit. *l. si Pofidonius, C. ex quib. caus. infam. ir-*
rog. l. qui vlt. §. ad tempus, ff. de re mil. l. ordinem, ff. ad
tribuuntur

municip. & l. 6. tit. l. 6. part. 7. Quando autem iudex a rationabili causa auget poenam, subdistinguen- dum est. Quoniam vel id fecit, quia circumstantiæ concurrentes augent culpam delicti, augendoque poenam, imponit eam commensuratam delicto, & tunc non censetur commutare infamiam in id augmentum poenæ, ac proinde ita punitus maiori eadem non excusatur ab infamia. Vel id facit in bonum commune, ut quando ob multitudinem gra- satorum, aut aliter delinquentium, augetur poena; & tunc augmentum id poenæ est in commutatio- nem pro infamia, iuxta iura citata, ac proinde ita damnatus ac punitus infamiam non incurrit, ut rectè Greg. Lop. l. 6. tit. l. 6. part. 7. ubi verbis, *per aliquam rationem deturba*, & habetur aperte l. ord. ff. ad municip. vel id facit ex rationabili causa. Si quidem si id faciat, quia attendit qualitate puniendi, ut quia est persona nobilis, tanta poena in eo est ea minor corporalis, aut pecuniaria loco corporalis, quanta in ignobilis est poena maior, tunc infamiam incurrit: quoniam delictum ad æqualitatem atque iux- ta iuris dispositionem eo modo punitur, neque est tur infamia censenda sit remissa. Si verò poenam minuat, quia circumstantiæ minuunt culpam, ut quia non ex dolo commissum fuit delictum, vel quia delinquens erat minor, vel quia ex aliqua alia circumstantia extenuatur ad eam culpam, ut minori poena, quam ordinaria, aut quam imponi cõsueta, prudentis arbitrio puniri debeat id delictum, tunc damnatus ita de eo crimine & punitus ea leuiori poena infamiam non incurrit, ut habetur l. si gra- uior, & leg. si Possidonium, (iuxta vnam lecturam) C. ex quibus causis infam. irrog. l. ad tempus. ff. de decurionibus, & l. 6. tit. l. 6. part. 7. Obserua tamen, si leuiori poena est imposita, qua ad tempus relegaretur & priua- retur administratione aliqua, tunc intra id tem- pus censetur quoad id infamiam: si vero verò eo tem- pore, omnino finiretur infamia, iuxta l. si cum vno, §. ad tempus. ff. de re mil. l. ord. ff. ad municip. & l. c. si, C. ex quibus causis infam. irrog. Quando item aliquis poena mitiori aut grauiori deportaretur, aut dam- naretur in metallum, tum quia per eam poenam statum amitteret, maneret eo ipso infamis, ut cum Bal. ait Greg. Lop. l. 6. citata verb. ex quinto del. infama- miento. Quando poena misuierit ex circumstantia quod dicit senex, ait Greg. Lopez. l. 6. citata verb. per al- guna razón deturba, illum non manere infamem. Contrarium non dubito esse verum: quoniam se- nex ratione ætatis non minus sed plus delinquit: minuuntur verò illi interdum poenæ: quoniam a- liqua poena corporalis in illo est grauior, quam maior in iuvene, iuxta ea que tractata præcedente Disputatione 37. dicta sunt, vbi & Disputatione 38. & aliis ante edentibus explicauimus, ex quibus causis poena minui debeat.

Nunc quaerit, utrum deprehensus in delicto, pro quo lata sententia, aut facta transactio, pactio non gratuito circa illud, in infamia iuxta hætenus dicta incurritur, ut deprehensus verbigratia in fur- to, incurrat infamiam ante latam sententiam. Et similiter, utrum confessus id delictum in iudicio, incurrat eo ipso infamiam ante latam sententiam. Pars que affirmat, statim videtur aperte l. i. in fine tit. 6. p. 7. in vitroque dubio proposita. Ductique vi- dentur conditores eius legis ex eo, quod is, qui paciscitur circa tale crimen, infamiam incurrit eo ip- so, idque propterea quod, ut habetur l. quoniam. ff. de his, qui not. infam. censetur tali pacto id crimen con- fiteri: ergo qui idem crimen confiteretur formaliter in iudicio, multo magis illam incurrit ante latam sen-

tentiam: quo argumento Azo & quidam alij id af- firmant stando in iure communi. Et idem videtur esse, quare deprehensus fuit in delicto, crimenque est notorium: quoniam ea notarietas æquipollet confessioni eius criminis, neque indiget sententia; ut poena pro eo crimine statuta executioni mande- tur. Contrarium tamen in vitroque euentu est dicendum cum Bart. Panor. & cum cõmuni doctorum senten- tia: Quoniam in penis non valet hoc argumentum: iura disponunt, ut qui paciscitur crimine, pro quo lata sententia incurritur infamia, censetur illud confessus, incurratque eam infamiam est ipso ante latam sententiam: ergo id extendendum est ad eum, qui in iudicio est confessus suum crimen, aut ad eum, qui in eo crimine fuit deprehensus in penis, non valet argumentum ex paritate aut maiore rati- onis, ut poena in eo euentu statuta extendenda ad id sit, ad quod iure non repetitur extenta: odiaque restringenda sunt; & non amplianda & extendenda.

Ut damnatus de aliquo crimine (ex quo secuta sententia infamia incurritur) eam infamiam incur- rat, necesse est, ut damnetur propter factum suum, & non propter factum alienum, cui succedat, aut cuius personæ ipse subeat ac defendat: item que re- quiritur, ut ipse litem suam defendens damnetur, neque satis est, si per suum procuratorem ac defen- sorem ipse damnetur. Et qui in his euentibus excita- ri dicitur ab infamia, damari dicitur nomine alieno, l. furti, §. si quis alieno. ff. de his qui not. infam. Unde si lite contestata cum defuncto actione furti hæres personam defuncti representans, de furtis defuncti damnetur, neque hæres neque defunctus infamiam incurrit. Si item, in quibus euentibus locum habet procuratorem defendere reum circa actionem, ex qua, si alioquin damnatio sequatur, incurritur infamia, si procurator damnetur, neque ipse neque defensus ab eo infamiam incurrit. Si itera curatore aut tutore defendente minorem circa rati- lem actionem, damnatio sequatur, nec minor, nec curatur aut tutor infamiam incurrant. Hæc om- nia habentur §. si quis alieno citato. Hinc si ob deli- ctum mancipij inentata sit noxialis actio cum do- mino illius, ut ob furtum mancipij, & lite cum domino contestata, moriatur dominus relicto mancipio hærede ac libero, sequaturque condem- natio post mortem domini, non incurrit id man- cipium infamiam ex ea condemnatione: quia non nomine proprio, sed nomine domini, cum quo quis fuit contestata, & cuius personam ipse tanquam hæres illius representat, damnetur: cum tamen damnetur ob factum suum, atque si lis cum ipso esset cepita, aut inciperetur, (ut glossa lege citanda ait) & damnetur ipse suo nomine proprio, infamiam incurrat. Ita habetur l. seruus. ff. de his qui not. infam.

Decimoteritid, qui actione pro socio damnetur, ut aliquid socio soluat ratione doli pressè sum- pti, ut à loco culpa distinguitur, infamiam incur- rit. Ita habetur l. in prim. vers. qui pro socio. iuxta glossa ibi. ff. de his, qui not. infam. & l. 5. tit. l. 6. part. 7. Cum autem mortuo vno sociorum societates dissoluatur, ac proinde contractus illæ ad hæres non transeat, etiam si pactum fuerit appositum ut ad hæres transiret, nisi quando societas esset circa vectiga- lia, aut circa alias res publicas conductas, apposi- tumque fuisset pactum ut ad hæres transiret, hæresque idoneus esset, ut tractatu 2. in casu Disput. 412. & Disput. 414. hæc omnia ostensa fuerunt: indò est consequens, ut esto hæres alicuius sociorum da- mnetur ex societate cum defuncto contracta ob do- lum defuncti circa illam commissum, aut ob suum commissum post dissolutam societatem in abso- lundis, quæ ceptra erant tempore socij defuncti, ad quæ hæres tenetur, ut locis citatis comprobatur est, ut in ratione reddenda, & diuidendis bonis so-

20

21

22

societatis,

cietatis, tunc talis hæres infamiam non incurrat, quoniam vel non damnatur nomine proprio, sed defuncti, hoc est, ob factum cum dolo in societate per defunctum, & non per ipsum hæredem: vel si damnatur ob factum cum dolo ab ipso hærede, non damnatur, vt socius: eo quod ipse socius tunc non esset, sed vt gestor loco defuncti, vicemque illius substituens, eorum, quæ ad extrinsecum societatis complementum necessaria sunt: in quo euentu damnatus infamiam non incurrit. Atque hoc est, quod habetur acasserit l. furti 8. illud planè vers. non planè, ff. de his qui not. infam. In euentu autem illo, in quo societas transit ad heredem, si postquam ad ipsum transiit, aliquid circa societatem ipse dolo commisit, actioneque pro socio eo damnatur, tunc quia vt socius id delictum circa societatem commisit, infamiam incurrit: neque de hoc raro euentu est sermo versiculo citato. Idem dic, si tacito aut expresso consensu continetur societas inter hæredem & alios socios, iuxta ea quæ Disp. 414. cit. dicta sunt, & postea constitutam seu de nono tacito aut expresso consensu initam societatem aliquid dolo efficiat, actioneque pro socio condemnetur: quoniam iam vt socius verus, & non vt hæres prioris socii defuncti, condemnaretur.

33 Decimoquarto, qui tutelæ actione dolo interueniente damnatur, vt aliquid minori, aut successoriibus illius, soluat, infamiam incurrit. Ita habetur l. 1. vers. citato, ff. de his qui not. infam. iuncta eadem glossa ibi. S. suspectus autem reuocatus, inst. de susp. tutorib. cuius verba sunt: Suspectus autem reuocatus, si quidem ob dolu, famosus est, si delictum, infamiam incurrit, si ob culpam, non aequè, & l. 5. tit. 6. part. 7. Et quia hæres tutoris tutor non est, sed solum tenetur ad debita tutoris defuncti, & ad rationem tutelæ defuncto in tutelæ reddendam, vrique sive ob dolum defuncti damnatur, siue ob sumum proprium circa rationem tutelæ defuncti reddendam, restituentisque bonis minoris, infamiam non incurrit, sicut etiam de hærede socii paulo antea dictum est. Atque hoc etiam est, quod de hærede tutoris habetur ac doctur l. furti, §. illud planè, vers. non tamen, ff. de his qui not. infam.

Quando aliquis aliquid alicui mandauit, tunc ratione mandati a mandatario succipit competit mandanti actio mandati directa aduersus mandatarium: & mandatario competit aduersus mandantem actio mandati contraria, quam iura vocant, vt tract. 2. Disp. 549. §. quamuis, dictum est, vbi explanatum est, ad quæ actiones illæ se extendant. Illud item obserua, quando aliquis fidei iubet pro alio, tunc contractus, quo is alicui se obligat pro alio, est fidei iuratio comparatione eius, cui ita pro alio se obligat, si ad petitionem eius, pro quo se obligat, id efficiat, vel eo id sciente & tacente, habet rationem mandatarij, vt pro ipso ita fidei iubeat, & is, pro quo ita fidei iubet, comparatione huius habet rationem mandantis: vnde is, pro quo hic fidei iubet, tenetur huic actione mandati contraria, vt tractata 2. Disputat. 539. §. illud est, explanatum reliquimus.

24 Hisita constitutis, decimoquinto, qui mandati actione directa damnatur, vt aliquid mandanti soluat, dolo ex parte mandatarij interueniente in eo, ratione cuius soluere mandanti id damnatur, infamiam incurrit. Ita habetur l. in prin. vers. qui pro socio, iuncta glossa ibi, & l. furti, §. mandati, ff. de his qui not. infam. ac l. 5. tit. 6. part. 7. Et quamuis ex actione mandati contraria seu indirecta, itemque tutelæ contraria seu indirecta, qua minor, aut successores illius, ad aliqua tutori ex tutela tenentur, neque etiam ex actione contraria seu indirecta depositi, (de qua depositi actione mox erit sermo) qua deponens ad aliqua tenetur depositario, etiam sequuta condemnatione ex eiusmodi contrariis seu indi-

rectis actionibus, doloque interueniente, non incurrat infamia, vt habetur l. citata versiculo citato l. furti etiam citata, §. contrario iudicio. (in actione autem pro socio, cum æquales eiusdem rationis & appellacionis sint socij, non ita distinguuntur actio directa & contraria seu indirecta (quamuis, inquam, hæc ita sunt, excipitur tamen in actione mandati indirecta sequens euentus. Si enim aliquis fidei iurasset pro alio, ac soluit loco eius, pro quo fidei iurasset, conueniatque illum postea actione mandati indirecta, & ille condemnetur, in reuemente dolo ex parte mandantis, qui ita condemnat, infamiam incurrit ita damnatus actione illa indirecta. Ita habetur l. furti, §. mandati, ff. de his qui not. infam. vbi hic solus euentus excipitur ab actionibus omnibus contrariis seu indirectis.

Et quoniam, vt tractatu 2. in calce Disp. 552. ostendimus, contractus mandati, re integra non expirat morte mandatarij, sed transit ad heredem, qui tanquam verus mandatarij potest mandare executioni, ac profectus idem mandatarius est confectus, quod si hæres damnatur actione mandati directa ratione eius, quod dolo ipse fecit in executione mandati, aut ratione eius quod dolo omisit in executione eius mandati, damnatur nomine proprio quo ad id, ac proinde infamiam incurrat, secus autem si damnatus ex eo, quod mandatarius defunctus dolo fecit aut omisit. Atque hoc est, quod habetur l. furti, §. illud planè, ff. de his qui not. infam.

Decimosexto, qui damnatur actione directa depositi, quæ ex deposito competit aduersus depositarium, si dolus interuenit, depositarius ita damnatus infamiam incurrit. Secus si deponens actione depositi contraria seu indirecta damnatur. Ita habetur l. 1. in prin. vers. qui pro socio, iuncta glossa ibi, & l. furti, §. contrario iudicio, ff. de his qui not. infam. & l. 5. tit. 6. p. 7. Et quoniam contractus depositi transit etiam ad heredem depositarij, vrique si hæres damnatur actione depositi ob id, quod dolo ipse facit aut omisit, postquam depositarius esse cepit, damnatur nomine proprio, ac proinde infamiam incurrit: secus autem si damnatur ob id, quod dolo fecit aut omisit depositarius defunctus, cui ipse in deposito successit. Et hoc est, quod habetur l. furti, §. illud planè, ff. de his qui not. infam.

Circa quatuor actiones directas, pro socio scilicet, tutelæ mandati, ac depositi, de quibus dictum est, damnatum ex illis, si solus interuenit, infamiam incurrit, obserua, cum actiones ex contractu sint, & non ex delicto, esto, qui illis conuenitur, aut conueniri timet, pactum non gratuitum, nec conueniatur, aut vt ab actione cessetur, celebret, non incurrit infamiam: sicut de iure communi eam incurrit, qui simile pactum celebrat circa eam actionem ex delicto, ex qua si damnatur aliquis, infamiam incurrit: atque ex ratione leg. 1. in princip. ff. de his qui not. infam. commemoratis actionibus ex delicto, ex quibus si aliquis damnetur, infamiam incurrit, addidit, idem esse, si pactum non gratuitum ne accusetur, aut vt desistat ab accusatione, circa illas celebrat: commemoratis verd quatuor aliis actionibus ex contractu, nihil tale adiecit. Quod autem causa eius discriminis sit, & has actiones esse ex delicto, & alias ex contractu, subiungit l. in actionibus, ff. eod. tit. dicens: In actionibus quæ ex contractu proficiuntur, licet famose sint, & damnata notentur, (infamia scilicet) at tamen pactus non notatur. Merito, quoniam ex his causis non tam turpis est pactio, quam ex superioribus, (quæ scilicet sunt ex delicto).

Lex quid ergo, §. vlt. ff. de his qui not. infam. sic habet: Crimen stellionatus infamiam in rogat damnato, quamuis publicum non est iudicium. Cui legi contraria videtur lex 2. ff. de crim. stellionat. quæ sic habet: Stellionatus iudicium factiozuz quidem non est: sed coercionem dicitur damnatum.

ordinariam habet. De eo crimine quid sit, & quibus a penis puniatur, tractatu 2. in calce Disp. 532. dictum est. Vt vero ad concordiam duo iura citata reduncantur, & intelligatur quid ea de re veritas habeat, obserua. Quando interuenit stellionatus crimen, vel posse agi criminaliter ad puniendum crimen ipsum stellionatus vel ciuilliter circa id, in quo stellionatus crimen interuenit. Si agatur criminaliter ad delictum ipsum stellionatus puniendum, tunc damnatus de eo crimine ac punitus infamiam ea de causa non incurrit: quoniam id crimen publicum non est, neq; de numero priuatorum, ob qua; si quis de illis, infamia incurritur, vt constat l. insa. ff. de pub. iud. & ex hac tenus dictis liquet. Atque de crimine stellionatus, quando criminaliter accusatur, loquitur l. 2. ff. de crimin. stellionat. quae negat damnatum de eo crimine infamiam incurere. Quando autem interuenit crimen stellionatus, & agitur ciuilliter circa id, in quo id crimine interuenit, tunc si agatur a actione, de qua damnatus aliquis infamiam incurrit, iuxta ea quae proxime dicta sunt, infamia incurritur interueniente stellionatus dolo: atque in hoc euentu loquitur lex quid ergo, §. vltim. relato. Si vero agatur a actione, de qua damnatus aliquis, etiam si dolo interuenit, infamiam non incurrit, tunc vtrique est crimen stellionatus interuenit, quia ita fuerit damnatus, infamiam non incurrit. Exemplum est, quando aliquis, cum primo non haberet rem aliquam vni creditori obligatam, illum scies & prudens alter etiam obligauit, quae res non sufficiebat vtrique debito inde soluendo: tunc enim si secundus creditor agat ciuilliter aduersus eum debitorem, qui id crimen stellionatus commisit; contraria pignoratitia a actione, vt vel statim sibi aut priori creditori soluat debitum, ita vt ipsi sit satisfactum, aut obligata sibi solimanear ea res; soluet debito priori creditori, vel vt sibi rem aliam pro suo debito obliget, itaque debitor ea contraria pignoratitia a actione damnatur, vt vnum illorum trium posteriori creditori praestet, iuxta l. tutor, §. contrarium, ff. de pignorat. act. & ea quae Disp. 532. circa dicta sunt; sane debitor ille ita damnatus infamiam non incurrit: quoniam ea actio non est de numero earum ciuiliu a actionum, ob quas si aliquis earum aliqua damnatur, infamiam incurrit; etiam si dolo in ea re interuenit, ob quam ea ciuilibis actio competit.

De infamia, quam incurunt, non solum committentes crimen, sed etiam iudices diuinae aut humanae, illegitimes iudices cardinales sanctae Romanae Ecclesiae, aut manus violenter eos iniicientes, fauores & cooperatores ad ea crimina praedictis omnibus, sed etiam eorum filij aut etiam nepotes, dictum est tractatu 2. Disp. 658. & tractatu 3. Disp. 659.

SUMMARIUM.

1. Non est in potestate principis, vel alterius, infamiam facti quoad existimationem, quam alij de re concipiunt, aboleri non solum efficiendo, vt concepta non fuerit, sed etiam iam ab aliorum cordibus annouendo.
2. Remittere in summi iuris aut facti, quoad ea, ad quae impedit, Princeps qui non habet superiorem potestatem & respubliam, quae non agnoscat superiorem: & item Princeps qui alteri feudatarius est.
3. Summus Pontifex summus in temporalibus, comparatione eorum qui sibi in temporalibus sunt subditi, remittit infamiam.
4. Clericus, qui infamiam incurrit, fama restituere ad Pontificem summum spectat, non ad Principem secularem.
5. Cardinales infamiam remittere non possunt.
6. Episcopus directè non remittit infamiam: indirectè vero

- in euentu in quo dispensare potest, vt nihil impediens delicto, ob quod in causa est infamia.
7. Quando aliquis delictum commisit, ob quod infamiam incurrit, tunc princeps remittens crimen aut penam criminis, solum conferretur illud remittere quo ad penam, non vero aboleri infamiam.
 8. Quando princeps crimen tenuit ante latam sententiam, contra eum qui deliquit, tunc conferretur ei omnis pena condonata, & in pristinum statum restitutus.

DE ABOLITIONE INFAMIAE RESTITUTIONEQUE INFAMIS IN PRISTINUM STATUM.

DISP. 10.

Infamiam facti quo ad existimationem, quam alij de aliquo concipiunt, siue iustam causam idita concipiendi atque existimandi de illo habeant siue non, non in potestate principis aut alicuius alterius illam aboleri, non solum efficiendo vt accepta non fuerit, cum ad praeteritum potentia non sit, sed etiam illam annouendo ab aliorum cordibus ac mentibus. Atque in hoc sensu (referente id Gratiano 2. qua. 3. post c. Euphemium, §. hinc colligitur) dixit Gelasius: *Quantquam animas per penitentiam saluare possumus, infamiam tamen aboleri non possumus.* In eodemque sensu l. 6. tit. 6. part. 7. simile quid dixit, illudque idem tradit Panormit. c. cum te, num. 9. de sentent. & re iud. Potest tamen potestas publica per sententiam declarare, contrariam habere rei veritatem, vt homines contrariam de illo habeant existimationem, aliaque media ad id poterunt adhiberi, quae interdum effectum sortientur, & interdum illum non sortientur. Item infamia facti, siue iuste siue iniuste fuerit concepta, ad effectum, vt in futurum ad dignitates obtinendas & ad alia non nocet, mutatione morum, ad meliorem frugem se recipiendo, iusteque ac pie viuendo, tam quo ad id de quo erat ea infamia, quam quo ad alia aboleri ac tolli potest, ita vt, qui antea infamis erat & habebatur, infamis deinceps non censeatur. Neque de abolitione huius infamiae est nobis praecipue hoc loco sermo. Tamen effectum huius infamiae, quatenus illa impedit ad dignitates obtinendas, & ad similia alia, aboleri ac tollere princeps possit, sicut & infamiam iniuris, vt subiudicamus.

Remittere infamiam iuris, aut etiam facti quoad ea, ad quae impedit, non solum ad principem, qui superiorem non cognoscit, spectat, atque ad id spectat similiter ad reipublicam, quae non recognoscit superiorem l. 1. §. cum qui, vers. de qua autem, ff. de post. l. si quis mulier, C. ad Tertull. Imperiale, C. de nupt. l. 6. tit. 6. part. 7. & tradit Panor. c. cum te de sent. & re iud. a num. 10. iuxta textum ibi, & doctores communiter. Et quantum quondam id etiam spectaret non solum ad imperatorem, sed etiam ad senatum Romanum, qui leges etiam condere poterat, vt constat vers. de qua autem citato senatus tamen principum vt hodie habent potestatem condendi leges, sic neque haec alia potestas solet eis a principibus concedi. Inferiores autem, siue summi Pontificis ad spiritualia, vt legati a latere ac nunciij, siue principum secularium, non habent potestatem remittendi infamiam, nisi eis a principibus summis fuerit concessum, & quantum praecise fuerit illis concessum.

Princeps, qui feudatarius alteri est, vt Rex Neapolitanus summo Pontifici, & alij similes, si Regni aut alium principatum acceperunt ad illud omnino administrandum siue dependenter ab illo, cui sunt feudatarij, aut cum ea potestate, remittere in-

famiam possunt, vt ex se est notissimum. Vtrūm, autem principes alij, qui superiorem recognoscunt, prescribere possint potestatem remittendi infamiam. Dicendum est, eam posse prescribere tempore de cuius initio non extet memoria: sicut & potestatem imponendi tributa eodem tempore potest prescribere, vt tractatu 1. Disput. 666. dictum est.

Summus Pontifex cum eorum comparatione, qui sibi in temporalibus sunt subditi, supremus fit temporalis princeps, vt sunt alij Reges, superiorem in temporalibus non recognoscentes in sibi subditos, dubium non est, posse illis remittere infamiam, non solum quatenus illa in iudicio illis est ad spiritualia ac ecclesiastica, sed etiam quatenus est illis impedimentum ad temporalia. Quo ad reliquos vero, qui sibi non sunt subditi in temporalibus, dicendum est, non posse ab illis tollere infamiam ad ea, quæ ad suam iurisdictionem spiritualem non spectant: sed ad principes seculares, quorum sunt in temporalibus subditi, id attinere. Excipitur, nisi id necessarium multum esset ad finem spiritualem, neque prædictum esset id efficere princeps illius in temporalibus: nam tunc posset, iuxta ea quæ tractatu 2. Disputatione 29. 171. & 172. dicta sunt de legitimatione ad temporalia: est enim vtrobiq; eadem ratio, eaque de causa hac de re non plus dico, cõsentit quo ad hæc omnia communis doctorum sententia, quam refert ac sequitur Panor. c. cum te citato, p. 10.

Clericum quemcunque, qui infamiam incurrit, cum de iurisdictione sit summi Pontificis, & non principis secularis, in quacunq; republica seculari ille degat, restitueret famæ spectat ad summum Pontificem, non vero ad principem secularem: restituiturque à summo Pontifice, desinet simpliciter & absolute esse infamis. Si summus Pontifex ab aliquo laico, ad alterius principis secularis iurisdictionem actinente, infamiam tollat, vt sacros ordines ascendat, quod licitè potest esse rationabili causa efficere, tunc ille factis ordinibus initiatus per accidens, amittet infamiam simpliciter & quo ad omnia: quoniam eo ipso, quod sacris ordinibus est initiatus, ad iurisdictionem solam ecclesiasticam spectat: & qui iam ad eum altiore ac digniorem statum ascendit, & à quo quoad id sublata est infamia, integre famæ simpliciter censetur. Ita Panormitanus vbi supra num. 11. & Syluest. verb. infamia, num. 17.

De collegio Cardinalium num remittere possit infamiam, quando illam remittere posset summus Pontifex, neganter est respondendum, quando Sedes Apostolica non vacat. Neque enim collegium illud iurisdictionem habet, vt illam habebat senatus Romanus tempore Imperatorum, in quo perseverabant aliqua exiis, quæ vt reipublice libere quo ad capita illi senatui conueniebant, antequam idem senatus ac republica subiicerentur imperatoribus, de quorum numero erant potestas condendi leges ac remittendi infamiam. Tempore etiam sedis vacantis remittere similiter non potest infamiam collegium Cardinalium, nisi bonum ecclesiæ in aliquo euentu efflagitaret, vt ante electionem summi Pontificis alicui infamia remitteretur: quod raro aut nunquam eueniet. Ita Panor. vbi supra n. 12. & 13. & alij, quos citat.

De Episcopo est dicendum, directe remittere non posse infamiam: indirectè vero in euentu, in quo dispensare potest, vt nihil impediens delicto, ob quod incurta est infamia, vt, verbi gratia, non impediens adulterio, de quo aliquis clericus fuit damnatus, eaque de causa depositus, infamiamque incurrit, ministrat sanè eo ipso quo ita cum illo dispensat, remittit illi indirectè infamiam ex tali adulterio contractam. Ita Panor. vbi supra n. 15. Syluest. verb. infamia, 16. & doctores communiter.

Obserua, quando aliquis delictum commisit, ob quod infamiam iuris incurrit, tunc ex eo, quod princeps diceret, remitto id crimen aut pœnam talis criminis, solum censetur illud remittere quo ad pœnam, nõ verò censetur abolere infamiam ob illud incurtam, neque item condonare bona ob illud ad fiscum delata ac confiscata, vt tract. precedente Disputatione 48. copiose dictum est: quod intellige, nisi aliud adderet, vnde intelligitur abolere infamiam incurtam, aut nisi ex circumstantiis concurrentibus perspicue intelligeretur abolere etiam infamiam, restitueretq; illum in pristinum statum quo ad famam. Quod aut in remissione criminis facta à principe, si aliud non exprimitur, aut si aliunde non intelligatur fuisse mentem principis, infamiam quoque remittere, non censetur facta remissio infamiam incurtam, neque condonatio bonorum ad fiscum delatorum, habetur l. vlt. C. de generalibus abol. l. generalis, C. de sen. passu, concinit l. ad tempus, C. ex quibus causis infam. irrog. Lege alia iura, quæ Disputatione 48. citata ad didimus, & alia quæ ibi dicta sunt. Neque refragatur l. cum indulgentia, C. de sen. pas. Quoniam ibi non est sermo de infamia, sed de pœna confiscationis, quæ specialiter fuerat remissa, concedendo damnato illi proprios lares. Fortasse ratio, cur in remissione pœnæ non intelligatur abolitio infamiae, est: quoniam nota infamiae nõ videtur proprie pœna, quoniam pro aliquibus criminibus ea nota incurritur ipso facto sine sententia, neque dependenter à sententia: in aliis vero incurritur ex sententia condemnationis de crimine, nulla facta mentione de infamia: quia est nota, quæ ex iuris dispositione consequitur sententiam. Quando autem in remissione diceretur, remitto tibi infamiam, aut restituo te in tuam famam, vel in pristinum statum, tunc abolita censetur infamia. Quando autem princeps diceret, restituo te in integrum, tunc etiam infamia censetur abolita, & condonatur ei bona sua, si quæ erant confiscata, vt habetur l. 1. C. de senem. pas. iuncta glossa ibi l. 1. §. cum quis ff. de postul. & alia iuribus, quæ glossa illa citat. Excipitur nisi bona ad fiscum delata sint iam alienata, neque in aliquo fisco ex illis maneat locupletior. Fructus etiam stantes in se aut in aliquo alio, apud fiscum, sunt quoque restituenti, iuxta ea quæ tractatu 2. Disputatione 575. dicta sunt. Lege quæ longè copiosius hac de re Disput. 48. citata dicta sunt.

Legem 2. tituli 32. part. 7. habetur: Quando princeps crimen remittit ante latam sententiã contra eum, qui deliquit, tunc omnem pœnam censeri ei condonatum, restitutumque censetur in pristinum statum, in quo erat ante crimen, ac proinde remissa est illi infamia, ita vt nõ alia maneat, quam ea, quæ in hominum existimatione remanet, quam in potestate principis non est à mentibus illorũ auferre, ac recuperare omnia sua bona, & si a nota ac lequestrata essent à fisco, vt dependenter à sententia ferenda ad fiscum actinere. Et quidem, quod attinet ad eam iuris infamiam, quæ non incurritur nisi lata sententia nullum potest esse dubium: quoniam cum crimen ante latam sententiã remittatur, neq; progredendum iam sit ad sententiam ferendam de crimine remisso, incurtus is est in quens iam non est infamiam ob illud crimen. Quod vero attinet ad eam infamiam iuris, quæ talis erat, vt propter crimen commissum incurta iam esset independenter à sententia ferenda, idem quoq; dicendum videtur iuxta dispositionem eius legis, illam, scilicet cessari remissam & abolitam remisso à principe eo crimine ante latam sententiam de illo: quoniam per eam remissionem, qui ita deliquit restituitur ad statum ex parte principis, in quo ille erat ante delictum commissum. Additur in eadem lege secunda: Quando princeps post latam sententiam de aliquo crimine

Quando princeps crimen remittit ante latam sententiã contra eum, qui deliquit, tunc omnem pœnam censeri ei condonatum, restitutumque censetur in pristinum statum, in quo erat ante crimen, ac proinde remissa est illi infamia, ita vt nõ alia maneat, quam ea, quæ in hominum existimatione remanet, quam in potestate principis non est à mentibus illorũ auferre, ac recuperare omnia sua bona, & si a nota ac lequestrata essent à fisco, vt dependenter à sententia ferenda ad fiscum actinere. Et quidem, quod attinet ad eam iuris infamiam, quæ non incurritur nisi lata sententia nullum potest esse dubium: quoniam cum crimen ante latam sententiã remittatur, neq; progredendum iam sit ad sententiam ferendam de crimine remisso, incurtus is est in quens iam non est infamiam ob illud crimen. Quod vero attinet ad eam infamiam iuris, quæ talis erat, vt propter crimen commissum incurta iam esset independenter à sententia ferenda, idem quoq; dicendum videtur iuxta dispositionem eius legis, illam, scilicet cessari remissam & abolitam remisso à principe eo crimine ante latam sententiam de illo: quoniam per eam remissionem, qui ita deliquit restituitur ad statum ex parte principis, in quo ille erat ante delictum commissum. Additur in eadem lege secunda: Quando princeps post latam sententiam de aliquo crimine

crimine dicit, se illud remittere, aut poenam illius, non id intelligere nisi de poena corporali, ac proinde nec censei remissionem infamiam, neque illi restituenda aut relinquenda esse bona sisco adiudicata, nisi princeps exprimeret, ut redderentur ei delinquenti omnia sua bona, aut nisi diceret, se restituere illum in pristinum statum: nam tunc infamia censei ab eo abolita, reddendaque illi essent omnia sua bona, que apud fiscum manerent in se aut in aliquo alio, in quo fiscus factus esset locupletior, aut nisi aliquid circa consumpta & alienata princeps disponderet, ut scilicet ei quoque redderentur. Tunc tamen videndum esset, an ea etiam concedi illi, maxime alienata, expediret aut liceret: & num recompensa iis esset facienda, ad quas ea bona legitime devenissent titulo. Atque iuxta hæc lex illa 2. intelligere ac interpretari videtur dispositiones iuris communis præcedente paragrapho relatas. Et iuxta hæc tenus dicta intelligenda ac exponenda est lex 6. tit. 6. p. 7. quo ad ea, quæ hæc de re disponit.

Lex quæ tractata 2. Disp. 614. dicta sunt, quousque restitutus in pristinum statum principis gratia, in maioraturo, cuius factus fuerat incapax, succedat: & quæ tractatu præcedente Disputatione 48. copiosius dicta sunt, atque hæc illis adiungit. Quando enim hæc scripsi, recordabar quidem me illa scripsisse, memoria tamen excidit me ea Disp. 48. citata disputasse, omnia tamen consonant.

S V M M A R I V M.

1. Infamis infamia iuris & infamia facti excluditur ab omni dignitate obtinenda.
2. Licet spurij ad dignitates promovantur, quando non est competitor idoneus, qui cum iis de ea dignitate contendat, tamen infames infamia facti ad illas non sunt admittendi: qui olim fuerint decuriones in urbibus, & qui regidores modo in Hispania.
3. Si infamia sit iuris aut facti notoria, inualida est electio ad dignitatem: & infamis qui ita se curat eligi peccat, & puniendus est. Quando verò quis iam in dignitate constitutus esset, & tum infamiam incideret, tunc infamia sit iuris, amittit dignitatem: si verò infamia sit facti, non ideo amittit dignitatem.
4. Quando dignitas est annexa alteri rei, cuius infamis incapax non esset propter infamiam, tunc neque per infamiam iuris amitteretur illa dignitas.
5. Officia, si publica sunt & aliquid auctoritatis habeant, non potest infamis adire, nec etiam beneficia ecclesiastica: si verò ea ad auctoritatem administrantis non spectant, infamis ab iis non excluditur.

INFAMIA A QUIBUS EXCLVDAT inhabilemque infamem reddas.

DISPVT. II.

Infamis, non solum infamia iuris, sed etiam infamia facti, (modo tamè hæc notabilis ac momenti sit, quo ad id de quo agitur, ut tract. 2. Disp. 620. in responsione ad 2. dictum est (excluditur ab omni dignitate obtinenda l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. l. vnica, C. de infamib. lib. 10. l. 7. tit. 6. per. 7. reg. infamibus de reg. iur. lib. 6. cuius verba sunt: Infamibus parte non pateant dignitatum. Quid autem sit dignitas tract. 2. Disp. 620. cit. copiose fuit a nobis explanatum. Quo in loco communium doctorum sententia fuisse ostendimus, quando dignitas annexa est rei alicui, cuius infamis incapax non est, vel titulus marchionatus, ducatus, aut comitatus, vel iurisdicatio, bonis maioratus, quorum infamis non est incapax, sæpe adiuncta sunt, tunc infamiam non excludere ab ea dignitate annexa: cum tamen excluderet, si per se, & non tanquam rei alteri annexæ, in illa esset

Tom. 5.

A succedendum. Legas quæ ibi dicta sunt. Ex eo autem quod spurij admittantur ad decurionatus dignitatem, quando non est competitor ad illam idoneus, qui cum ipsis de ea dignitate contendat, ut habetur l. generaliter, §. spurios, ff. de decurionibus, non sequitur, infames, infamia facti admittendos esse ad dignitates quæ alijs circa illas cum ipsis non contentantur. Quoniam licet aliqui computent illegitimos inter infames infamia facti, ut Disp. 7. dictum est, longè tamen verius est, illegitimos non esse infames infamia facti, sed solum esse incapaces ex dispositione iuris ad aliqua, non quidem ob suum crimen, sed quod geniti non sint ex legitimo matrimonio, culpa in ipsorum generatione interueniente ex parte patris ipsorum: neque ego in iure video aliam infamiam facti, quam etiam, quæ posita est in mala estimatione de moribus alicuius, siue illa ortum habuerit ex moribus prauis alicuius ad multis cogitatis, conspicientibus eos prauos mores aut indicia illorum, siue ex dicto iudicio, aut patris in testamento, siue aliunde, & siue vera sit ea estimatio siue non. Quod si incapaces illa illegitimos ad aliqua ex dispositione iuris infamia esset appellanda, potius dicenda esset infamia iuris ad illa, quam infamia facti. Quo ad reliqua verò, atque iuris dispositione expressum non est, eos esse incapaces, sane incapaces non sunt, sed idonei reputantur, ut ad testimonium ferendum, ad munus tabellionatus, ad dignitates decurionatus, ut de dignitate decurionatus habetur l. generaliter, §. spurios, & l. spurij de decurionibus, idemque est de reliquis, ad quæ incapaces redditi non reperiuntur iuris dispositione, ut rectè hæc omnia affirmat Couar. de pract. qq. 1. 19. n. 6. Neque hanc sententiam impedit, quod merito §. spurios citato sit dispositum, si competitor idoneus adsit, qui simul cum spurio dignitatem decurionatus obtinere contendat, præponendum esse legitimum spurio, ut ex parte hæc omnia Disp. 7. dicta fuerint: quoniam id sancitum idcirco fuit, quod cæteris paribus, ut dignior anteferri legitimus spurio debeat, ut pote spurio dignior a chononorabilior. Porro decuriones, de quibus in eo titulo & C. de decurionib. 16. est sermo, erant, qui in singulis oppidis eligebantur, ut ad consilio regimini essent oppido, tanquam capita illius oppidum cum rectore ac iudice representantia: quibus in hoc regno respondent illi, quos regidores vocant, & in Lusitania illi, quos vocant vercadores, qui annui eliguntur, annui etiam eligebantur in hoc regno, & eliguntur aliquibus locis illi, quos regidores vocant: in præcipuis tamen locis prædici dignitates illæ comparantur ad Regem illas eminentibus, & successoribus ipsorum, illisve ita quos transferre ea volunt, modò tamen nominent successorem viginti diebus ante ipsorum mortem. In alia autè longè diuersa significatione illi decuriones in exercitio dicebantur, qui in ducentis militibus præficiuntur ad denario illo numero decuriones nuncupati illis verò hodie apud nostros respondent, quos casos de esquadra in exercitu appellant.

Notant verò Panor. c. super eo de electione, & c. inter dilectos de excessib. pralat. Couar. de pract. qq. 1. 19. num. 5. presertim conclus. 5. Greg. Lopez l. 7. tit. 6. part. 7. gloss. 1. & 2. & alij, quos citant. Si infamia sit iuris aut facti notoria, inualida esse electionem ad dignitatem, beneficium, aut officium, de quibus mox erit sermo, iuxta regulam infamibus de reg. iur. lib. 6. l. 2. C. de dignit. lib. 12. l. vnica, C. de infamib. l. 6. 10. & c. cum in cunctis de elect. peccareque infamem, qui ita curat se eligi, aut id permitti, ea que de causa puniri, ut patet l. qui vno, §. 1. 2. & 3. ff. de re mil. & l. 2. C. si ferus vel liber ad decur. asp. lib. 10. Quando tamen, qui eligetur, esset indignus, neque illius indignitas esset manifesta, tunc non teneretur ille eam manifestare, ut cum Bart. & Ioan. de Platea ait Greg. Lopez,

Tom. 5.

glossa i. citata in fine. Quado verò aliquis esset iam in dignitate, beneficio, aut officio, de quibus erit sermo, infamiamque incurrit: tunc, si infamia sit iuris, amittit dignitatem, beneficium, aut officium; iuxta *l. infam. C. de decur. libr. 10. l. 7. titul. 6. part. 7.* & alia iura citata, estque ab illis remouendus eo ipso, quod talis infamia probata sufficiens sit. Ait verò Gregor. Lopez. *glossa 2. citata*, non amittere illa ipso facto, sed per sententiam, satilque id innuit *l. 7. citata*, tametsi Gregor. Lopez. addat, si infamia sit notoria, non valere, quæ is infamis exercet, ac proinde innuit cum aliis amittere illa ipso facto. Si verò infamia sit solum facti, nõ propterea is amittit dignitatem, beneficium, aut officium, vt colligitur aperte ex *c. super hi. de accusat. & affirmant doctoris citati.* Ait bene Couar. *concl. 5. citata*, cum plerisque aliis, quos citat: Si infamis eligatur ad dignitatem aut officium, de quibus erit sermo, aut postquam illud obrinuit infamiam iuris incurrit, & si tolleretur, tunc acta per illum valida esse, iuxta *l. Barbarius. ff. de offic. prefid.* Quia facta ad id est, electum ab id fuisse, licet titulus fuerit inualidus, aut ex titulo antea valido obtinuisse munus in quo toleratur, postquam illud infamia omisit ob communem errorem, vt valida sint, quæ in eo munere exercet. Inualida tamen essent, si absque titulo, etiam inualido, munus exercuisset, vt idem auctor cum aliis recte affirmat.

Quando dignitas esset annexa alteri rei, cuius infamis incapax non esset propter infamiam, vt titulus ducatus, machionatus, comitatus, & iurisdicatio, annexa sunt bonis maioratus, iuxta ea quæ in *principio huius disputationis & tractatu 2. Disput. 620.* dicta sunt, tunc neque per infamiam iuris amitteretur ea dignitas: sicut neque ipsa bona maioratus per eandem infamiam amittuntur, nisi aliud habeat annexum, ratione cuius amittantur: ad quod sane attendisse non videtur Gregor. Lopez. *glossa 2. citata.*

Quod ad officia attinet, quæ dignitates nõ sunt, est distinguendum, quoniam si publica sunt, & honoris ac autoritatis aliquid habent, vt sunt officium iudicis, assessoris iudici, postulantis seu patrocinantis in iudicio pro aliquo, tabellionis autoritate publica, quamuis non sint de numero eorum, quos regio, seu *del numero*, vocant, idem de illis est dicendum, quod de dignitatibus est dictum, ab illis scilicet eodem modo reici infames, quo à dignitatibus. Atque idem propter eandem rationem est dicendum de beneficiis ecclesiasticis, quæ dignitates nõ sunt: si vero officia ad honorem & autoritatem ea administrantis non pertinent, & præsertim si ad onus illa administrantium pertinent, in bonumque commune cedat eorum administratio, tunc ab eis infames non excluduntur. Item si munera publica non sint, vt si quis iudex arbitri per partibus ipsi earum electione constituaritur, tunc ab eis muneribus infames similiter non excluduntur. Et quoniam hæc in particulari suis in locis sunt à nobis explicanda, explicandumque item est suis propriis in locis à quibus aliis infames excludantur, aut minus idonei reputentur, ea de causa non plura hæc de re hoc loco dico. Interim legas *legem 7. citatam*, & iura quæ Gregor. Lopez. ibi citat. Ea lex statuit, infames non excludi ab officio tutoris testamentarij, & à contrario sensu à parte docet excludi à munere tutoris legitimi ac dariaui. Contrarium verò refert ibi Gregorius Lopez. ex Barr. & Bald. esse scilicet eos posse etiam legitimos & darios tutores, quando illi, quorum constituantur tutores, non sunt nobiles aliorumque multum notæ comparatione tabum tutorum.

1. *Iniuria est duplex, latè sumpta & pressè. Iniuria latè sumpta est omne quod contra iur sit: pressè sumpta est, prout præiudicat iuri circa bona honoris & famæ præcisè.*

2. *Quando alicui alapa iniuste impingitur, vel simile quid fit, tunc duplex est iniuria, vna contraria iniustitia commutatiua circa bona corporis, vel externa: altera circa bona honoris & famæ, & tunc duplex actio iudicari potest.*

3. *Iniuria seu iniustitia circa bona honoris & famæ interdu fit solo actu interno eius, qui illum re ipsa infert.*

DE INIURIA IVSTITIÆ COMMUTATIUE CIRCA BONA HONORIS & FAMÆ CONTRARIÆ: & quæ sub se continet.

DISPUT. 12.



Explicata infamia, contraria obiecta iniustitiæ commutatiue circa bona honoris & famæ, dicendum consequenter est de vitio in genere eadem iniustitiæ commutatiue circa bona honoris & famæ contrariæ, & de partibus, quas id vitium sub se continet.

Tractatu præcedente *Disput. 40.* cum Vlpiano *l. 1. ff. de iniuria*, & aliis iuribus ibi citatis, duplicem iniuriam distinximus. Vnam latè sumptam, prout iniuria dicitur, quod non iure seu contra ius alienius fit. Et hoc modo quicquid fit in præiudicium cuiuscunque iuris alicuius, siue sit circa bona illius externa, siue bona corporis aut personæ illi coniunctæ, siue circa bona honoris & famæ, iniuria dicitur. Atque iniuria hoc modo sumpta, idem est cum iniustitia latè sumpta, prout iniustitiæ in genere contrariatur. Alio modo sumitur iniuria pressè, prout præiudicat iuri, præcisè circa bona honoris & famæ. Atque hoc modo sumpta, appellatur ab Vlpiano contumelia, sumpto latè vocabulo, prout contumelia id omne dicitur, quod præiudicat honori aut famæ. Quando autem ea contumelia fit contra ius alienius, atque ad eod iniuste, est iniuria contraria iniustitiæ commutatiue circa bona honoris & famæ: in eaque iniuria cernitur iniustitia commutatiue iniustitiæ circa bona honoris & famæ contrariæ, de qua sola in hoc tractatu est nobis sermo, tanquam de propria huius tractatus. Quæ omnia *Disput. 40. citata* copiosè explanata sunt, eaque de causa summam illa hoc loco refero.

Ibidem diximus, quando cum iniuria seu iniustitia circa bona externa aut corporis, in personæve circa honorem & famam, vt quando alapa iniuste impingitur, fuste ignominiosè quis percutitur, per vim & contumeliosè auferuntur ab eo bona externa, & in aliis similibus euentibus, tunc duplicem iniuriam seu iniustitiam simul interuenire, vnam contrariam iniustitiæ commutatiue circa bona corporis aut circa bona externa, & alteram specie distinctam, propriamque huius tractatus, contrariamque iniustitiæ commutatiue circa bona honoris & famæ: duplicemque proinde competere tunc actionem, vt Vlpianus & alij iurisperituli recte docent, siue scorsim duæ illæ actiones interentur, siue simul vna coniunctim cum altera, aut in consequentiam alterius, vt ibidem explanatum comprobarumque fuit. Coacti verò fuimus eo in loco (propter rationem ibi redditam multa in genere stradere de iniuria propria huic tractatui, quatenus coniuncta esse sollet cum iniuria seu iniustitia circa bona corporis, vt explicaremus penas, quibus puniri debeant corporales iniuriæ, quæ infra mortem fiunt.

Vnde;

Vnde, quæ eo in loco diximus, multo nos ostendit A hoc tractatu leuabunt.

Iniuria seu iniustitia, iustitiæ commutatiue, circa bona honoris & famæ contraria, interdum fit solo actu interno eius, qui illam re ipsa infert, vt quando temerariè iudicat aut suspicatur malum aliquod de aliquo: eo enim ipso iniuriam re ipsa illi infert eo solo actu interno circa famam ac existimationem, quæ de illo haberi debet: aut quando immeritò illum actu interno despicit. Et quoniam forum externum de actibus internis non iudicat, neque eos punit, eo quoddam notis externis non sint; neque in eo tribunali probari possint; neque pacem & tranquillitatem publicam perturbent aut impediunt, idcirco iurisperiti de eis non loquuntur. Quia tamè nos forum internum & externum explicamus, de iudicio etiam temerario hoc loco tanquam in sua propria sede dicemus: est enim iniuria seu iniustitia, commutatiue iustitiæ circa bona honoris & famæ contraria. Interdum verò iniuria seu iniustitia iustitiæ commutatiue circa bona honoris & famæ contraria fit actu externo: idque aliquando factò, vt quando alapa impingitur alicui, vel fuste ignominiosè percussitur, & aliquando signis, vt verbis, voce, aut scripto; aliquid ignominiosum aut infamans significantibus: æque quando id scripto fit, id signum libellus infamatorius nuncupatur: alia etiam signa ignominiosa ac infamantia sunt nutibus, & etiam rebus aliis infame aliquid significantibus, vt quando cornua alicui pro foribus appenduntur in signum, quoddam alicui vxore illius fit abusus. Voluntas autem seu consensus internus, aliquid tale efficiendi, etiam si ad actum externum non deueniatur, erit peccatum internum iustitiæ commutatiue circa bonoris & famæ, eiusdem speciei cum eodem consensu, si actus externus ex illo esset sequutus: sicut consensus internus in furtum aut in homicidium peccata interna sunt furti aut homicidij, eiusdem rationis & speciei, ac si furtum aut homicidium haberent adiunctum.

Iniuriam presè, quæ ad hunc quartum tractatum spectat, diuisimus *Disput. 4. c. cit. a. in atrocem seu grauem, & in non atrocem seu leuem*: & quid vtraque sit, & ex quibus capitibus expendendum sit, num iniuria atrox sit ac grauis, ibi copiosè explicabimus.

S V M M A R I V M.

1. Sicut in detractioe, quæ fit verbo aut scripto, iniuste fama proximi leditur: sic actus intellectus, quibus temerariè concipimus sinistrum quid de proximo, habent se instar actuum externorum, comparatione actuum voluntatis, quibus illos imperamus: & sunt contra iustitiæ commutatiuam.
2. Quomodo peccatum non in intellectu sed in voluntate consistit ac consummatur: sic licet cogitationes peruersæ in mente orientur, & tamen voluntas deliberata consensu non acquiescit, non incurritur peccatum.
3. Quando res adhuc in intellectu peragitur, voluntate nondum prebente assensum, non est cur timeatur culpa lethalis temerarij iudicij.
4. Viri timorati raro insidunt in culpam lethalem temerarij iudicij, quia non perueniunt ad consensum, vel si repentinus aduenit consensus, non est deliberatus, ac sufficiens ad culpam lethalem.

IUDICIUM TEMERARIUM, HOC est sine sufficientibus ad id iudicis conceptum, cuius speciei vitij sit actus. Et quando de re graui non sit culpa lethalis, vel quod non consenserit voluntas, vel quod non cum tanta consenserit deliberatione, quanta ad culpam lethalem requiritur. Et multo magis idem de temeraria in re graui suspitione.

Tom. 1.



Rediendum nobis est ab actu interno, in quo solo, sine ordine ad actum externum, quem imperet aut pro obiecto habeat, cernitur ratio iniustitiæ commutatiue circa bona honoris & famæ contrariæ, nempe ad iudicio ac suspitione temerariæ mereque internis. Quo loco obserua, sicut detractioe, quæ fit verbo aut scripto, tanquã actibus externis ad voluntatè imperatis ac elicitis, iniuste legiditur fama proximi, quatenus eis in causa iniuste sumus, vt alij de eis proximis sinistra habeant opinionem, id de illis concipiendo, quoniam detractioe asserim: estque tunc detractio ipsa, verbo aut scripto facta, actus externus eius vitij contra iustitiã circa bona honoris & famæ proximi, actusque voluntatis, quo detractioe imperamus, aut quo detrahere in posterum statuimus, vel quo vellemus detrahere, si adesse aliquis, cui sinistrum quid de proximo dicerem, est actus internus eiusdè vitij, pro obiecto immediato habens actus externos detractioe elicitos aut volutos: non secus atque in furto, homicidio, & in alijs vitijs similiter distinguuntur actus interni & externi eius vitij, internusque actus pro obiecto immediato habens externos actus, vt in 2. copiosè explanauimus: sic in re proposita actus intellectus, quibus temerariè concipimus aut suspicamur sinistrum aliquid de proximo, habent se instar actuum externorum, comparatione actuum voluntatis, quibus illos imperamus, aut eos voluntariè non comprimimus & a nobis arcemus: sunt enim illi actus intellectus iniuriosi proximis quo ad famam seu existimationem, quam de illis habere debemus, atque aded sunt contra iustitiã commutatiuam circa bona honoris & famæ illorum, non minò quam detractio externa, qua causa iniuste sumus, vt aliquis alius sinistrum de eisdem proximis concipiat, it quo fama seu existimatio, quæ de illis habere debet, similiter laeditur. Atque vterque melius intelligas, obserua, quem admodum virtutis studiositatis, & fidei, vt in hac 2. q. 4. a. 3. & in *Concord. q. 1. a. 13. disp. 8.* dicebamus, quo ad actus imperantes, & habitus illis actibus imperantibus respondentes (quo ad quos, & fides est virtus moralis, bonitatemque moralem habet) resident in voluntate: quo ad actus verò speculadi ac statuendi quæ & quomodo oportet, & quo ad actus credendi, assentiendi ve reuelatis, qui actus imperati sunt, & respondent actibus externis aliarum virtutum, resident in intellectu, participantque hi actus intellectus, vt boni moraliter sint, ab actibus voluntatis, quibus imperantur: habetque fidei actus vitiorum alium actum externum ad voluntatè imperarum, quo exterius fidei aut verbo aut scripto consistitur: ita vitium, quo temere iudicamus aut suspicamur sinistrum de proximo, habet in voluntate actum elicatum, quo actus illos malos ac iniustos intellectus imperamus, aut omissione voluntariam actus voluntatis, quo illos eosdè malos actus intellectus colubeam ac abiciamus, vt renemus, & insuper habet actum externum vitierius a voluntate imperatum, quo iudicij temerarij intellectus exprinimus, id ipsum verbo aut scripto exterius iudicando, quoniam intellectu concipimus ac iudicamus. Hic aut actus quatenus causa esse potest, vt qui id audiunt, idem de proximo concipiant ac iudicent, ad detractioe vitium iam spectat, quatenus eo de fama & existimatione proximi apud audientes iniuste detrahimus: iudicio verò interno nostri intellectus solum nos ipsi de existimatione, quæ de proximo habere debebamus, detrahimus, quatenus aliter iniuste de eo concipimus, quæ par erat ac tenebatur. Hinc existimo, iudicium temerarij eiusdem speciei esse cum vitio detractioe, imò verò esse partem quandam eius vitij late sumpti, vt comprehendit detractioe, qua apud alios detrahimus de existimatione proximi, & detractioe, qua apud

Tom. 1.

nosmetipsos detrahim⁹ de estimatione, quam de illo habere debebam⁹: consentitq⁹ B. Iacob. c. 4. *suæ canonice* in r^ossimonia, q⁹ *Disp. 16. in edic^o condy^osi* referemus. In vitis itaq⁹ & virtutib⁹ voluntatis, quod ad actus imperantes, attendendum est, quos act⁹ imperent atq⁹ habeant pro immediato obiecto, num sp^ontentiã externarũ, an verò act⁹ intellectus & aliarũ viriũ internarũ: qñ enim imp^ontant actus potentiãũ externarũ, distinguimus in eis vitis ac virtutibus actus internos & externos: qñ verò imperant act⁹ intellect⁹ & aliarũ viriũ internarũ, nõ distinguim⁹ actus internos & externos eorũ vitiorum ac virtutũ, vt in virtute studioſitatis, in fide, & infidelitate, & in vitio, quo temerariũ iudicam⁹: aut suspicamur aliqd de proximo, sed distinguim⁹ actus imperantes & imperatos eius viciũ aut virtutis: eo quod imperati (qui externis in aliis virtutibus & vitis respondent) interni etiam sint, sicut & actus imperantes. Hoc ita constituto. Quod ad temerarium iudiciũ suspicionemq⁹ temerariã attingit, præ oculis mentis est ante omnia habendum, quod cum culpa ac peccatũ, non in intellectu, sed in voluntate, in qua formaliter est ratio volũtarij, consistat ad cõsummerur, quemadmodũ in hac 2.2. q. 11. a. 2. dicebamus, est d^o offerant intellectuũ tanquam verã cogitationes fidei catholice contrariã cum rationib⁹ ac inductiuis mientẽ inclinantis, eas cogitationes veras esse, interim tũ dum voluntas non consentit plenẽ deliberato cõsensu statuet eas sequi, eis ve adhærere, aut plenẽ deliberato cõsensu statuens habere vt falsas, aut salẽ vt dubias, & minime certas, cõtrarias fidei veritati, nõ incurri peccatũ hæresis, tamen si interuenire possit culpa venialis in illis cogitationibus fidei catholice cõtrariis reprimẽdis, expellẽdis, ac auertẽdis: ita in re propoſita, est d^o intellectuũ offerat tanq⁹ vera sinistra ac temeraria (hoc est, sine iudiciis seu rationibus sufficientib⁹ ad id meritò sibi persuadendũ) cogitatio de proximo eum iudiciis seu cõiecturis inclinantis intellectu ad assensum, quibus sibi perluadere videtur id ita habere: interim tũ dum voluntas cõsensu plenẽ deliberato non cõsensit cum intellectu, id cũ illo statuens ac acceptas tanquam determinatẽ verum: non interuenit lethalis culpa iudicij temerarij, sed vel nulla interuenit culpa, si statim atq⁹ attendere debet sinistra ac temerariam esse eam cogitationẽ, eam reprimere conetur ac auertere rationibus in contrariũ, atq⁹ dõsensu, aut diuertẽdo ad aliã cogitationẽ: quippe cum nondũ cogitatio illa fines egrediatur tentationis, cui sine mora culpabili facta sit competens resistentia voluntatis: vel si aliqua interuenit culpa in negligentia voluntaria ac culpabili volũtatis in expellenda ac superanda ea tentatione ac cogitatione, primo nociuam quo ad famam illius & honorẽ, illa erit culpa solũ venialis. Hæc verò multo magis locum habent in suspicione temeraria, interim dum in ea voluntas cum intellectu cõsensu plenẽ deliberato non consentit, sed vel statim ac voluntaria esse incipit, illã volũtas conatur reprimere aut auertere, vel solũ est negligẽs in illa reprimẽda ac auertẽda.

Hinc primò colligo, quãdiũ res perãgitur solũ intellectu, voluntate nondũ præbenit cõsensum, necq⁹ statuens ac amplectente illud simul cum intellectu, non esse cur timeatur culpa lethalis iudicij temerarij, esto negligentia aliqua sit reprimendi ac expellendi iudiciũ temerarium, quod se offert & est in intellectu, idq⁹ quamuis materia sit grauis. Multoq⁹ magis id locũ habere in suspicione. Colligo secundò, viros timoratos raro incidere in culpam lethalem iudicij temerarij, est d^o sæpe patiantur eiusmodi sinistra cogitationes. Ratio aut est, quoniam vel non perueniunt ad cõsensum voluntatis, vel certè si repentinus aliquis adit cõsensu, non est plenẽ deliberat⁹ ac sufficiẽs ad culpam

lethalem, est d^o res, de qua est ea cogitatio, grauis sit. Vnde hæc regula videtur statuenda. Quando timorati, præsertim scrupulosi, eiusmodi cogitationes sinistra de proximis suis patiantur, & dubitant, an lethaler peccauerint, interrogandi sunt, an si tunc aduerterent, illud esse iudiciũ temerarium ac peccatũ, deliberatẽ voluntate consentirent. Quod si neganter respondeant, censendum est, nõ peccasse lethaler: quoniam vel nullus adfuit voluntatis cõsensu, sed res perfecta est. solũ intellectu, dãmone suggerente & actente eas cogitationes, nõ secus atque quando, Deo id permitte, excitat similes blasphemã cogitationes aut sinistra cogitationes aduersus fidem, in quibus rarissimè est cõsensu deliberatũ, vel scrupulis molestã timoratas animas, vt eas his omnibus viis ad amaritudinem perducatur, pacem animã perturbet, suauitatẽ Spiritus sancti impediatur, & deuotionem ac progressum in virtutibus: vel certè, si aliquis repentinus adfuit cõsensu voluntatis, is non fuit plenẽ deliberatũ ac sufficiẽs ad culpam lethalem, est d^o res, de qua est ea cogitatio, grauis sit. Facilius est d^o in hac materia, quã in aliis, euẽnire potest cõsensu voluntatis non plenẽ deliberatũ propter assuetudinem iudicandi intellectu de rebus obliuiscit, voluntate applicante potentiam intellectuẽ, & concurrente suo imperio cum illa adiudicata. Vnde, vt bene notat Sotus *de iust. q. 4. art. 3.* quando aliquis cõtemplatione aut recordatione rei alicuius quasi rapitur ad sineſtre de ea iudicandum, non est cur lethalem timeat culpam: eo quod desit cõsensu plenẽ deliberatũ, qualis in materia hac ad culpam lethalem est necessarius. Quo loco obseruandum solere vexare valde, inquietosque reddere, atque perducere ad amaritudinem multos timoratos ac scrupulosos, offerendo illis sinistra cogitationes de suis proximis, statimque concutendo ipsorum conscientias timore vano, quod in temerarium iudiciũ consenserint, peccauerintq⁹ lethaler, & quod necesse illis sit ipsos de ea re confiteri. Cum tamen diaboli intentum sit, peccati illorum turbare, ad amaritudinemque illos perducere, vt inquieti & amari, eiusmodiq⁹ cogitationibus ac sollicitudinibus implicati, deuotionem ac attentionem ad spiritualia amittant, illis non iustificanti, & vt quando illis insistant, inſipida illis reddantur, minoremque ad illa habeant applicationem. Quare curandum est, conscientias illorum iuxta regulam propoſitam sedare, eisq⁹ persuadere, ea in re nullam esse culpam lethalem, sed id totum suggestionis esse diaboli, vt eos perturbet & vt, quã cõmembrata sunt, aduersus ipsos obtineat. Quando autem sibi confessarius persuaserit in eiusmodi sinistra cogitationibus non interuenire culpam lethalem, optimum consilium sæpe erit præcipere eis, qui de illis confitentur, vt eis de reb⁹ nec secum nec cum quocunq⁹ alio confiteantur, est d^o diabolus vano eo timore perſtrepat. Interdum etiam sanum consilium est, confessioes de eis rebus ex illis audire, atque si aliud non confiteantur, quod absolutione indigeat, mittere illos absque absolutione ad sacram sumendam Eucharistiã: quoniam interdum ita melius sedantur ipsorum conscientia, audacioresq⁹ fiant ad eiusmodi vanos timores superandos, dum vident confessarios, audicis eiusmodi scrupulis, eos paripendere, mittereque eos ad sacram Eucharistiã absque absolutione sumendam.

S V M M A R I V M.

1. Aliud est timere a iudicio sinistro de proximo, aliud vero statuere iudicium aliquod de proximo: timere licet, statuere non licet. Vnde exempla ad id probandum.
2. Timere licet ad remedium adhibendum, quod & aliquando necessarium est: nimietas tamen eo in genere est vitanda.

AD PRUDENTEM CAUTELAM QUOVIS A illi purgatione, vel pœnam arbitrariam, pro quantitate verisimilitudinis, & qualitate ac gravitate delicti: prælatas, paterfamilias, & alij, quib⁹ cura aliquorum incumbit, dum verisimilitudo est, aliquid sibi subditorum commississe aliquod delictum, potest illum arguere ac reprehendere, obviando illi quantitate verisimilitudinis, quæ est, ipsum id delictum commisisse: quin & aliquam pœnam poterit illi aliquando imponere: eaq³ de causâ illi prohibere aliquid, eum in cautelam, eum etiam interdum in pœnam arbitrariam, prout recta ratio reiq³ circumstantiæ id efflagitaverint. Hoc autem intelligo, non solum quæ costat aliquid esse delictum, & non esse certum, quis illud commiserit, sed etiam quæ constat aliquid fecisse aliquid, quod speciem habet mali, neq³ omnino constat esse delictum, sicut tamen indicia ac verisimilitudo id esse delictum, ut si subditus loquatur aut inveniatur cum muliere, ita ut non levia indicia sint id esse in malam partem. Hoc autem dico propter Caiet. ubi suprà, qui contrarium videtur asserere.

DISPVT. 14.

Illud etiam ante mentis oculos in rebus de iudicio & suspitione temerariis est habendum, quod D. Th. in hac 2. 2. q. 60. art. 4. ad 3. Caiet. ibi, Socus 3. de iust. q. 4. art. 4. ad 3. & Dd. communiter observant. Nempe aliud esse, timere aliquid finistram de proximo ad damna vitanda, quæ inde possent sequi, aut ad remedium vel medicinam adhibendam, et culpam, si qua intervenisset, puniendo: aliud verò statuere ac iudicare finistram aliquid de proximo. Sæpe enim quæ nefas temeritasq³ esset, statuere ac iudicare aliquid de proximo, eo quod sufficientia indicia non essent ad id iudicandum, fas atq³ prudentia erit id timere, aut (vt D. Th. ait) id supponere ac si esset, ad damna vitanda, aut ad medicinam vel remedium adhibendum. Imò v. fas erit expendere, inquirere, & examinare indicia, & quantum probabilizatus sit, id esse aut non esse: modò tñ nihil temere statuatur ac definiatur, seu iudicetur, sed solum inquirentur & expendantur indicia, expendaturq³ probabilitas, quæ iuxta eâ indicia est, id esse aut non esse, ut damna vitentur, aut ut remedium, vel medicina, debitaq³ pœna adhibeantur. Exempla rem hanc elucidabunt.

Vides hominem, cuius habit⁹ atq³ aspectus, verba, aut opera, indicium seu inductivum ingerunt, licet leue, suspicandi, ne forte sit fur: sanè tunc, quantum nefas sit iudicare, illud esse fur: fas tñ atq³ prudentia erit, timere ne forte fur sit, eaq³ de causa fas est, eum in domo tua non recipere, aut marsupium in loco tutiori collocare. Imò estò nullum indicium ac inductivum videas, unde suspicari possis, illum furem esse, prudentia est accipere marsupium, illudq³ in secretiori ac tutiori loco reponere, ne forte sit fur.

Item habes filiam aut vxorem: sanè quamvis fas non sit iudicare ac statuere finistram aliquid de illa aut de proximo tuo, dum non adfuit aperta sufficientia indicia, quæ id omnino persuadeat: fas tñ tibi est, prohibere ac impedire colloquium illi⁹ cum aliquo, non solum quæ aliquid est indicium, licet leue, mali alicui⁹, sed et quæ nullum est tale indicium: prudenter timendo ac præcauendo mala, quæ inde possent evenire. Tãz tñ esse potest excessus in vxore prohibenda & in præcauendo mala, vt si non temerarij iudicium, zel⁹ tñ nim⁹ atq³ indiscret⁹, timorq³ inordinatus, eum iniuria ac grauamine iniusto miseræ ac innocetis vxoris, possit faciliè interuenire. Aliud accipe exemplum. Est pater, aut materfamilias, aut alius, cui cura aliquorum incumbit, inuenit furtum aut aliud delictum ab illis commissum: fas illi est indicium inquirere, quis illud commiserit, indiciaq³ expendendo iudicare, non quidè absolute huc vel illud id commisisse, quæ indicia ad id non sunt sufficientia, sed quantum probabilitatis verisimilitudinisq³ sit, hunc vel illud id commisisse vt tandem rei veritas quoad heri possit, inueniatur, damniumq³ resarciatur, & malefactori puniatur in ipso & in aliorum bonis, ne iterum quid simile fiat, omnesq³, qui ipsius curæ sub sunt, in officio cõtineantur. Imò v. fas aliqñ erit, obicere id delictum ei, de quo verisimilitudo sit, illud commisisse, ipsum interrogando, quasi illud commiserit, aut illud agerendo, quasi illud commiserit: id quæ absq³ mendacio heri oportimè potest, nihil incertum asserendo, sed colloquendo eum illo in modum supponentis, eum id delictum commisisse, vt eâ viâ melius veritas pateat. Quo loco obferua, sicut iudex, dum res est dubia, non potest punire eum, de quo est veri similitudo, id delictum commisisse, pœna ordinaria: nihilominus, si sint aliqua vigentia indicia potest illum torquerè, si delictum dignum sit vt ad torturam deueniatur, aut imponere

illi purgatione, vel pœnam arbitrariam, pro quantitate verisimilitudinis, & qualitate ac gravitate delicti: prælatas, paterfamilias, & alij, quib⁹ cura aliquorum incumbit, dum verisimilitudo est, aliquid sibi subditorum commississe aliquod delictum, potest illum arguere ac reprehendere, obviando illi quantitate verisimilitudinis, quæ est, ipsum id delictum commisisse: quin & aliquam pœnam poterit illi aliquando imponere: eaq³ de causâ illi prohibere aliquid, eum in cautelam, eum etiam interdum in pœnam arbitrariam, prout recta ratio reiq³ circumstantiæ id efflagitaverint. Hoc autem intelligo, non solum quæ costat aliquid esse delictum, & non esse certum, quis illud commiserit, sed etiam quæ constat aliquid fecisse aliquid, quod speciem habet mali, neq³ omnino constat esse delictum, sicut tamen indicia ac verisimilitudo id esse delictum, ut si subditus loquatur aut inveniatur cum muliere, ita ut non leuia indicia sint id esse in malam partem. Hoc autem dico propter Caiet. ubi suprà, qui contrarium videtur asserere.

Alia subiciamus exempla: Es tu priuata persona ex quo aliquid furto est acceptum. Fas tibi est, vt quantum est, recuperes, indicium inuestigare ac inquirere, quis illud furto acceperit. Et quantum nefas tibi sit, absolute iudicare ac statuere, quis id furtum commiserit, interim dum non sufficientia indicia, quæ prudentis arbitrio id omnino persuadeant: fas tñ tibi est, expendere ac iudicare, quantum probabilitatis ac verisimilitudinis ex indicio sit, hunc vel illud id furtum commisisse, vt quantum est, recuperes, delictumq³, si opus sit, in commune bonum, iustamq³ tuam vindictam, puniatur.

Item habes famulum, qui curam habet emendi tibi & familiæ necessaria, aut expendendi multam pecuniam quantitatem: qua in re, si velit, & propria poterit onerare conscientiam, & tibi multum furripere. Quamuis nefas tibi sit, interim dum prudentis arbitrio non sunt ad id sufficientia indicia, absolute iudicare, illum aliquid tibi furripere; fas tamen tibi est, vereri ne aliquid tibi furripiat, atq³ ad id sciendum debitas moderatas adhibere cautelas, exigendo rationem ab illo, & si quid carius emptum atulerit, rationem exigendo cur tanto pretio emptum sit, atq³ ab aliis interrogando aliqua, vt de rei veritas constare possit: modò tamè adhibita ea prudentia id fiat, vt famulus sit coram aliis non infametur, qui tuis interrogationibus existiment illum furem esse, aut te credete, vehementer ve vereri, illum furem esse.

Itè habes subditos, quorum mores ad te spectat corrigere, & circa illos vigilare, ne quid inordinatè efficiant. Fas sanè tibi est vigilare, & vereri illorum facta, ne aliquid finistram committant. Atq³ ad indicia attendere, & ex illis conijcere ac iudicare, quantum probabilitatis ac verisimilitudinis sit illos aliquid mali commisisse, quod corrigas. Imò priuata etiam personæ in bonum spirituale sui proximi, vt malum impediatur, ipsimque à peccato eruat, dum aliquid videt, quod speciem habet mali, aut indicia aliqua ipsi occurrunt peccati proximi, fas ei est, ad illa attendere, ex illisq³ iudicare, quantum verisimilitudinis sit ac probabilitatis peccati alicuius, vt proximum corrigat, aut vt malum impediatur, quod alteri inde sequitur impediatur. Cauere tamen debet, ne aliquid temere absolute, iudicet ac statuatur. Ratio autem horum omnium, est, quoniam hæc non sunt temere iudicare, sed prudenter damna propria aut proximatorum tueri, illisq³ velle remedium aut medicinam prudenter, viâque iusta adhibere: quod non solum licet, sed etiam aliquando est expeditissimum, quin, & necessarium, vt id fiat. Semper tamen nimietas est vitanda, & curandum, ne dum bonum intenditur, maius malum

sequatur. Atq; erga subditos sic progredi ac vigilantes esse debent superiores, ad impedienda, inquirenda, precauenda & punienda mala, ne nimia vigilantia, & nimia suspicio ac cautela, fame subditorum intemerito deroget, eosq; ad nimiam amaritudinem ac perurbationem facile adducat, occasioq; nimietate sua sit, vt dū cauere ac corrigere vult maiora, maiora inde mala sequantur.

S V M M A R I V M.

1. Quatuor sunt gradus ex parte intellectus in iudice comparatione sententię ferendę, qui omnes sunt infra euidente cognitione, sub cognitione euidente id est cōprehensio, quod euidens est sensu. Primus gradus est dubietas, qñ intellectus iudicis est anceps, in neutra parte se inclinādo: secundus suspicio, qñ iñ intellectus in altera parte inclinatur pp iudicię & inductiua, licet valde debilitet: tertius est opinio, quando iudex propter inductiua maiora sibi iā persuadet alteram partem: nec tamen firmiter, sed adhuc dubie: quartus gradus credulitas est, quādo propter iudicię tamen firmiter adheret, vt amplius non dubitet.
2. Quomodo credulitas ab opinione distinguatur.
3. Quomodo hi tres gradus inter se distinguantur.
4. Minora inductiua requiruntur ad non temere suspicandum, quam ad non temere opinandum.
5. Credulitas & opinio vel suspicio duplex est, temeraria & rationalis.
6. Presumptio est existimatio ex iudiciis, inductiua de re, que neque in se est euidens existimanti de illa, neque est illi plene probata a testibus, neq; reus legitime est eam confessus.
8. Presumptio duplex, rationalis & irrationalis: item rationalis in leuem, in vehementem, & violentam diuiditur, quid sit leuis, vehemens, ac violenta presumpcio.
8. Quomodo hic differat presumpcio a suspiciōe.
9. Presumpcio rationalis late sumpta diuiditur in presumpcionem iuris & in presumpcionem hominis.
10. Presumpcio iuris subdiuiditur in eam, que dicitur presumpcio iuris de iure, & in eam que dicitur iuris tantum.
11. Quid sit presumpcio hominis.
12. Quo grauius crimen est, maioriq; pena puniendam, eo presumpcio maior esse debet, & iudicia vehementiora, vt presumpcio violenta censeatur.
13. Maior presumpcio requiritur ad aliquem damnandum criminaliter, quam ad damnandum civiliter, id alteri adiudicando, de quo inter eos est contentio.
14. Vna presumpcio emertat aliam, que erit in contrarium.
15. Iudicia inuicem se inuicem.
16. Datur latitudo in leui presumpcione, vehementi, & violenta.
17. Potest quis ex parte intellectus, concurrente consensu voluntatis in existimando de aliquo quod fama illius praedicit, se habere, vt dubitet primo de bonitate aut de aliqua bona qualitate illius, neutri parti adhuc inclinādo.
18. Potest esse ita affectus, vt assentiat alteri parti, non tamen firmiter, sed adhuc hesitans.
18. Vel potest esse affectus ita, vt sine hesitatione vlla alteri parti assentiat.

PRIMI GRADVS DISTINGVNTVR quibus iudex circa existimationem de delicto ex iudiciis & probationibus potest esse affectus ad iudiciū publicum sententiamq; ferendam: & quando in illis erit temeritas, quando non item Varii etiam alii gradus distinguuntur a theologis in priuatis hominibus ad iudiciū priuatum: & quando in illis erit temeritas, & quando non erit.

DISPUT. I.

Deinde in lucem eorum, que dicenda sunt, variis gradus existimationis de aliqua re obin-

adicia & inductiua, que ad id sunt, distinguuntur, idque in singulis esse poterit temeritas; si prudentia arbitrio iudicia & inductiua ad eam existimationis gradum sufficientia non sint: & poterit nulla esse temeritas, si ad eam existimationis gradum sufficientia sint. Et quoniam distinctio graduum habet de re, que ad iuris peritis ad iudiciū publicum sententiamve publicam ferendam adhibetur, lucem afferre potest ad ea, que de iudicio priuato de quo solo nobis hoc loco est sermo dicenda sunt, ab illa ordiemur, deinde verò distinctionem theologorū subiciemus.

Iuris periti cum Bart. l. admonendi. ff. de iureiur. l. 7. 15. quatuor quasi gradus ex parte intellectus, non excludendo voluntatis imperium ac consensum; distinguunt in iudice comparatione sententię ferendę: qui omnes sunt infra sententiam, hoc est, infra euidentem cognitionem, sub cognitione euidente comprehendendo id etiam, quod euidens est sensu. Quo pacto dicimus eum, qui testificatur se vidisse aliquid, testificari ex scientia: quoniam, quod vidit, euidens illi est per visum. Dicimus etiā eum, qui testificatur, se audiuisset heresim aut blasphemiam, ex ore alicuius, testificari etiam ex scientia: quoniam, quod audiuit ex ore illius, euidens ipse est per auditum illum id dixisse. Eum verò, qui ex ore alicuius audiuit quendam tertium aliquid mali fecisse, non dicimus testificari ex scientia malum, quod illis tertius fecit, sed ex auditu: quoniam ex eo, quod id ipse audierit, non est sibi euidens, illum tertium id malum fecisse. Infra scientiam ergo ita late sumptam distinguunt iuris periti cū Bart. quatuor gradus ex parte intellectus ad iudice comparatione sententię ferendę, quos appellant dubietatem, suspensionem, opinionem, & credulitatem.

Primus gradus, hoc est, dubietas, est, quando intellectus iudicis est anceps, neutram in partem se inclinando. Ad quod necessarium non est interuenire probationem aliquam. Statim enim atq; actor aliquid opponit, & reus illud negat, incipit iudex dubitare quousq; iudicia inductiuaq; ad huc, quis ipsum in alteram partem inclinet.

Secundus gradus, nēpe, suspicio, est, quando iam intellectus in alteram partem inclinatur, propter iudicia ac inductiua, admodum tamen infirmiter ac debilitet, ita vt multum dubietatis remaneat, idq; suspicio nūcupatur, estq; (vt Bart. ait) primus probationis seu credulitatis gradus: quoniam iam propter probationem ac iudicia adherere incipit iudex alteri parti, debili tamen atq; imperfecte quadam credulitate, seu potius quadam tendentiā ad perfectam credulitatem.

Tertius gradus, i. opinio, est, qñ iudex propter iudicia atq; inductiua maiora ac vehementiora sibi iam persuadet alteram partem, non tamen admodum firmiter, sed cum admixta aliqua dubietate, vacillatione, ac formidine, ne forte contradictorium verum sit. Atq; hic gradus opinio a iuris peritis dicitur, propter illam formidinem ac dubietatem admixtam. Est aut iam secundus probationis ac credulitatis gradus. Quo loco obserua appellari et vehementer suspiciōem, ita vt præcedens gradus leuis suspicio dicat, hic verò dicatur suspicio vehementer. Vtque tñ gradus suam habet fatitudinem. Leuis quippe suspicio esse potest maior aut minor, prout iudicia ac inductiua leuiora fuerint, aut minus leuia, & probatio maior aut minor. Vehemens similiter suspicio esse poterit maior aut minor, prout iudicia, inductiua, ac probationes maiora vel minora fuerint infra plenam probationem, que ad credulitatem atq; condemnandū pena ordinaria, aut consueta pro eo delicto imponi, sufficiat. Quo sit, vt neutra harū suspiciōnū sit satis ad condemnandum ac puniendum pena ordinaria, aut consueta imponi pro eo delicto plene probato. Atque ita intelligo:

telligi. *Abfentem. ff. de penis*, dum in ea dicitur, fufpicionibus neminem debere damnari, contentiunt *et nota nos de coh. cler. & mul. & alia iura*.

Quartus gradus, *credulitas* facit, est, quoniam propter indicia, inductiua, ac probationes, tam firmiter ad heresi iudex vni parti, vt dubietatem prorsus depellas, quia videlicet probatio attingit iam limites plenae ac perfectae probationis, iuxta id quod iura praescribunt, aut viri prudentis arbitrio. Diciturque hic gradus a iurisperitis *credulitas*, estque tertius de sumptis praecedentes, prout probatio, intra limites plenae atque integre probationis, maior aut minor fuerit. Obserua autem, hunc gradum non distingui ab opinione late sumpta, vt a philosophis sumitur pro assensu ineuidentis, cui non repugnat ex qualitate ac natura cognitionis subesse falsum. Fieri quippe potest, vt testes, qui iuxta iuris dispositionem ad plenam probationem sufficiunt, mentiantur, aut decepti fuerint, ac proinde fieri potest, vt iudex eorum testimonio fallatur in existimatione sua, atque in sententia iuxta eam probationem ferenda. Distinguitur verò hic gradus ab opinione presse sumpta, vt a iurisperitis sumitur, hoc est, a vehementi praesumptione, qua iudex ita altera parte eorum traditionis sibi persuadet, vt iuxta indicia ac probationes, regulasque iudicandi, admixta habeat dubitationem, seu vacillationem, ac formidinem, ne forte contrarium aut contradictorium verum sit, ob eam admixta dubietate ac vacillationem: vnde aliter sumitur formidum in re proposita, atque in definitione opinionis tradita a philosophis: in re n. proposita sumitur, pro dubietate admixta, seu aliqui vacillatione in definitione v. opinionis late sumpta, a philosophis tradita, sumitur, pro non certitudine assensus ex natura ipsius, quatenus evidens non est, neque alia ratione est certus, cui proinde ex eo capite, quod certum ex natura sua non sit non repugnat subesse falsum. Distinctio credulitatis ab opinione presse sumpta, vt a iurisperitis sumitur, habetur expressè *L. 3. idem quoque ff. de test. quo in loco euidia iudici, inter alia, ita rescribitur: Hoc solum scribere possit, non ad vnam probationem spectat cognitionem statim aliquam debere, sed ex sententia animi tui te existimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris*. Distinctio v. omnium trium graduum probationis, qui traditi sunt, colligitur *ex l. 1. in prin. ff. de qu. dum dicitur, ad questionem tormenti seruorum deueniendum esse, quoniam suspensio est reus, & aliis argumentis ita probationi admonetur, vt sola confessio deesse videatur, ad plenam probationem ac credulitatem. Quo in loco primus gradus traditur suspicio, secundus, quoniam ultra suspicionem vehementiora argumenta, quae accedunt proximè ad integram ac plenam probationem. Atque hic est, qui appellatur opinio, in eodemque textu appellatur vehementer suspicio, dum subiungitur, a suspensissimo debere incipere tormenta, ab eoque, a quo facillimè posse se verum scire iudex crediderit. Tertius v. gradus traditur, quoniam, accedente confessione, ad est integra ac plena probatio. Circa hos gradus probationis, atque existimationis iudicis ex iudiciis & probationibus, duo obseruanda sunt: Primum est, minora indicia, inductiua, minorumve probationem requiri ad non temere suspicandum, quam ad non temere opinandum, & minora requiri ad non temere opinandum, ad non temere vehementer suspicandum, quam ad non temere credendum credulitate, quae omnem asserat dubitationem seu vacillationem, in sensu supra explicato, quaeque proinde sufficientes sit ad omnino damnandum, imponendamque penam ordinariam. Quo fit, vt minor probatio minoratque indicia ac inductiua sufficiant ad mercedem ac iustitiam damnandum aliquem de leuiter suspecto in fide, quam sufficientiam ad mercedem ac iustitiam damnandum aliquem de vehementer suspecto in fide, quam ad mercedem ac iustitiam damnandum de haeretico. Haec omnia*

ex se & ex dictis sunt notissima, receptissimaque ab omnibus sunt.

Secundum est, tam credulitatem, quam opinionem, ac suspensionem, distingui in temerariam, & in rationabilem seu non temerariam. Quando in iudicia, inductiua, seu probationes, sufficientia sunt iuris dispositione, aut prudenter arbitrio, ad aliquid absque dubitatione credendum, aut ad aliquid opinandum, vel ad aliquid suspicandum, tunc credulitas, opinio, aut suspicio, ex eis sufficientibus ad id inductiuis ac probationibus concepta & habita, rationabilis minimeque temeraria est, estque absque culpa, quoniam nulla iniuria reo fit in eo, quod ita de eo concipiatur atque existimetur seu censeatur, Quando v. spectata qualitate criminis & personae, spectatisque ceteris omnibus circumstantiis concurrentibus, leuia insufficientiaque sunt, ad id ita concipiendum, existimandum, ac censendum, tunc credulitas, opinio, aut suspicio, temeraria est, ac, proinde culpabilis; quoniam iniuria fit proximo, quod absque sufficientibus ad id iudiciis ac inductiuis finistrum aliquid de illo suspicetur, opinetur, aut semota o. dubitatione omnino credatur, praesertim ad ea de causa illum damnandum.

Adhuc quod ad forum externum acinet, obseruandum est consentaneum ad Panot. *c. nota de praesumpt. c. 3. loco de probat. & ad plerosque alios; Praesumptionem, tenui meo iudicio, esse existimationem ex iudiciis, inductiuis, ac coniecturis de re, quae necque in se est euidens existimanti de illa, neque est illi plenè probata testibus omni exceptione maioribus, neque reus legitime est eam confessus. Quando enim res est euidens, aut plenè probata testibus, aut reus legitime est eam confessus, non dicitur iudex eam praesumere: sed quando alius iudicis ac inductiuis (in eis comprehendendo testimonia non omni exceptione maiora, nec sufficientia ad plenam probationem) eam conicit, ac existimationem de illa elicite, tunc dicitur illam praesumere. Hinc intelliges, praesumptionem comprehendere in primis duos priores gradus probationis supra ex Bart. traditis, videlicet suspensionem leuem, suspensionem vehementem, seu opinionem. Ex tertio verò gradu, hoc est, ex credulitate, non comprehendit eam, quam iudex ex eo habet, quod res sit euidens ac notoria facti notorietate: neque eam, quam habet, quando res plenè ac integre attestacionibus est probata: neque item eam, quam habet ex legitima rei confessione: comprehendit tamen quandà aliam, quae in iure praesumptio violenta nuncupatur, quae sufficit ad condemnandum, vt subiiciuntur. Atque obserua, praesumptionem interdum etiam sumi pro iudicio ac inductiuo vnde aliquid praesumitur, traslado atque extensio praesumptionis nomine ad id etiam significandum, quod praesumptionem efficit. Vnde dicitur, aliquem in tota antea facta vita probum fuisse, praesumptionem esse (hoc est, praesumptionem efficere) num etiam probum esse. Dicitur etiam, aliquem reperitum fuisse solum cum sola, & nudum cum nuda in eodem lecto, esse violentam praesumptionem fornicationis cum illa.*

Praesumptio late supra primò diuiditur in rationabilem seu discretam minimeque temerariam, qualis est, quae sufficientibus iudiciis seu coniecturis est concepta ac elicita: & in temerariam, seu irrationabilem ac indiscretam, qualis est, quae insufficientibus ad id iudiciis ac coniecturis est concepta ac elicita. Rursum rationabilis, discreta, minimeque temeraria praesumptio diuiditur in leuem, vehementem, atque violentam: (Eadem diuisio suo modo fieri potest de temeraria atque irrationabili praesumptione. Ita vt leuis praesumptio sit rationabilis quaedam praesumptio, at tamen modica propter exiguitatem iudiciorum ac coniecturarum, quibus est rationabiliter concepta & elicita, quae efficere rationabiliter non sufficiunt nisi leuem suspensionem ac praesumptionem.

Vehe-

Vehemens præsumptio (quæ inquisitioni de sententia excommuni probabilis etiam nuncupatur) est rationalibus præsumptio, quæ infra sufficientem persuasivonem ad sententiam condemnatoriam simpliciter ferendam, pertingit ad limites opinionis ac vehementis suspicionis ob magnitudinem iudiciorum indiciuorum aut ad id persuadendum. Vt si quis comminatus aliqui fuit in rixa, aut propter odium ac inimicitiam, quam cum illo habebat: posteaq; is, cui comminatus fuit facta, inuenitur mortuus, nesciturq; a quo fuerit interfectus, tunc enim præsumptio vehemens est, ab illo, iussive illius, qui illi fuerat comminatus, interfectum fuisse.

Violenta præsumptio est rationalis præsumptio, quæ propter magnitudinem vrgentiamq; magnam in iudiciorum ac inductiuorum, ad irrationabiliter ita omnino persuadendum, pervenit ad credulitatem, integramve persuasivonem id ita habere: Talis fuit illa præsumptio 3. Reg. 3. quæ refertur c. afferre de præsump. Cum enim mulieres duæ coram Rege Salomone contenderent de puero quodam, cuiusnam earum esset filius, iussissetque Salomon puerum scindi medium, dimidiumq; tradi vni, & alterum dimidium alteri, vrgentissimum tunc atque a pertum iudicium fuit, illam fuisse matrem illius quæ dixit: *dote illi infantem vivum*: addente altera: *Neg, mihi, neque tibi, sed dividatur*: meritoq; id sibi Salomon omnino persuasit, nullaq; expectata assa probatione, protulit continend sententiam, vt illi traderetur, quam aded vrgens ac violentum iudicium veram esse matrem pueri illius indicavit. Indicia itaq; ac inductiva, quæ sui magnitudinis ac perspicuitate merito, seclusa omni dubietate, iudicem prudentem omnino persuadent, efficere dicuntur violentam præsumptionem: quoniã quasi violentè iudicem ac credulitatè omnimodamq; persuasivonem pertrahunt.

Quod si interroget, in quo in re proposita differat præsumptio à suspitione. Respondeo, in hoc differre, quod d. (sumpris vocabulis vt sumi communiter consueverunt) latius patet præsumptio, quam suspicio, sola quippe leuis aut vehemens præsumptio appellari consuevit suspicio. Dixi, *sumpris vocabulis vt sumi communiter consueverunt*: quoniam aliquando violenta etiam præsumptio, quæ sufficit ad sententiã simpliciter ferendam, violenta & certa suspicio nuncupatur, vt constat c. literis de præsump. Sûpro verò tam latè vocabulo suspitionis, in nullo suspicio ac præsumptio differunt.

Diuiditur præterea præsumptio rationalis minimeq; temeraria, latè sumpta, in præsumptionem iuris, & in præsumptionem hominis. Præsumptio iuris est, quæ in iure inuenitur, atq; iuxta quam dicitur ius aliquid præsumere: quãdoq; quidem violentè, quandoq; vehementer, seu non modicè, vt habetur c. super eo de testib. & quandoq; aliquoties, seu leuiter. Ex eo n. quod iudæis dicentibus Christo Ioan. 8. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* Christus solùm responderit; *Ego demonium non habeo*: non est vehemens, sed aliquis, valdeq; debilis præsumptio, quod consentire in sensu aliquo voluerit se esse Samaritanum: potuerunt enim esse alia, ob quæ Christus ad illud aliud non respondit. Hoc verò tanquam præsumptio leuis adducitur in iure c. nonne de præsump. iuxta expositionè beati Greg. in homilia in eũ locũ.

Rursus præsumptio iuris subdividitur in eam, quæ à iuris peritis appellatur præsumptio iuris, & de iure, & in eam, quæ ab eis dicitur præsumptio iuris tantum. Præsumptio iuris & de iure est, quando ius nõ solùm præsumit aliquid, sed etiam ob eam præsumptionem statuit aliquid, tanquam verissimũ sit, quod præsumitur ea præsumptione. Eaque de causa aduersus eam præsumptionem nõ admittitur probatio, sed cum primũ constat de re, ob quam

A aliquid præsumitur, fertur sententia circa id, quod ita præsumitur, non admittit probatione in contrarium eius, quod eo modo præsumitur, idque siue eius exprimat, quod ea probatio non admittatur, siue nihil tale exprimat, vt Panor. notat. c. super eo de præsump. n. 2. Exempla sunt. Capite accusatus, s. ille quoque de heret. lib. 6. relapsus censetur, & vt talis iubetur puniri, qui post hæresim abiurata, de qua constat eum in illam incidisse, hæreticos recipit, deducit, visitat, siue associat, aut dona vel munera eis donat vel mittit, seu fauorem eis impendit, qui excusari nõ possit: quoniam illa violentè præsumuntur ex abiurata iam ante errore provenire. Alia præsumptio iuris & de iure habetur c. filij eod. tit. a. aduersus quãtibi præcipitur non admitti probationem. Item. c. u. qui de sponsalib. statuitur pro matrimonio esse habendum, quando quis post sponsalia celebrata cum aliqua eam carnaliter cognouit: quoniam præsumitur materiali animo ad illam accessisse, additq; textus, contra eiusmodi præsumptionem admittendam non esse probationem. Multa alia exempla sunt in iure. Hoc tamen vltimum locum hodie non habet post concilium Tridentinum, quo est redditum nullũ matrimonium aliter celebratum, quàm præsentè parrocho, aut alio sacerdote ex facultate parrochiani ordinarij, & duobus alijs testibus. Obserua etiam quãdo iura in fauorem aut vilitatè alicuius inducuntur præsumptionem aliquam iuris & de iure, licet non alias probationes admittant aduersus id, quod ita præsumitur, admittere tamen probationem contrarij eius, quod ita præsumitur, per confessione eius, in cuius vilitatè introducta est. Vnde si sponsa illa ante conciliũ Tridentinũ confiteretur, sponsum non accessisse ad ipsam maritali animo, iudicaretur sponsum nec consummasse nec celebrasse matrimonium nec illa eo accessu ad illam. Regula hæc colligitur ex authentica necesse C. d. donat. ante nupt. ibiq; doctores illam notant, notat etiam eam Panor. c. quia pleriq; de summa. eccl. n. 23. & alias sæpe.

B

C

D

Præsumptio hominis est, quãdo iudex in aliqua causa aliquid pro aliquo vel contra aliquem rationaliter præsumit. Neq; enim præsumptiones omnes in iure continentur, sed plurima arbitrio prudentis iudicis relinquuntur. Eiusmodi fuit illa Salomonis præsumptio supra commemorata, ob quã Salomon sententiam tulit, cuius illarum duarum mulierum filius esset puer ille, de quo contendebatur. Plurima aut præsumenda atq; arbitranda iudicum prudentia relinqui docetur c. si testis. 4. q. 3. & l. 3. ff. de testib. vbi habetur, iudicem sui animi motum informare debere ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora esse comperit & verò proxima, ipsi sumy melius scire posse, quanta fides adhibenda sit culy testium spectatis omnibus circumstantiis, quàm scriptis doceri possit: neq; posse certò definiri, quæ argumenta ad quem modum probandæ cuiusq; rei sufficiant: sed id iudicis arbitrio esse committendum spectatis circumstantiis concurrentibus. Hoc ipsum confirmant c. in presentia derenuciat. & c. causam de sent. & de iud. Quamvis autem certa regula tradi non possit, quid in particulari sufficiat, vt rationaliter leuis præsumptio concipiatur ac habeatur, & quid vt concipiatur & habeatur vehemens, quid item vt concipiatur, & habeatur violenta, sed prudentis arbitrio sit id iudicandum: confere tamen ad id arbitran-

bitrandum attendere, quid in iure tanquam violenta, vehemens, aut levis præsumptio alicuius in euentibus habeatur, atque ad eorum normam ac imitationem cætera definire: itemq; attendere ad exempla aliqua, quæ à doctoribus traduntur. Tametsi forte aliquando in iure, vel in odium delicti, vel in fidei fauorem, aut rei alterius, vt matrimonij, aliquid tanquam violenta præsumptio iuris & de iure in commune bonum statuatur, quod extra eos euentus non est iudicibus imitandum, antequam à re ipsa statuatur ac decernatur. Atque hæc de causa, solum quando præsumptio est iuris & de iure, non admittitur probatio in cõtrarium. Eadem ratione statui non potest certa regula, quæ præsumptio quæve indicia sufficiant ad sententiã absolue ferendam, puniendumq; pœna ordinaria, conseruare imponi pro eo delicto plene probato. Itemq; quæ indicia ad torturam sufficiant, aut ad iniungendam purgationem, vel ad suspendendum ab officio, aut à beneficio, vsque ad sufficientem à delicto, de quo est præsumptio, purgationem. Præterea quæ indicia semiplene probent, eo quod æquipolleant vni resti omni exceptione maiori, & quæ plusquam semiplene probent, aut sufficientem ad tantam vel tantam pœnam arbitriariam iniungendam. Vnde hæc omnia arbitrio prudentis pensanda ac iudicanda sunt.

12 Nonnulla tamen in maiorem horum lucem notanda sunt. Primum est, quo grauius est crimen, acerbioriq; pœna est puniendum, eo præsumptione debere esse maiorem ac vrgentiorẽ, indicia debere esse vehementia ac aptiora, vt præsumptio violenta censetur, hoc est, sufficiens ad sententiam de eo crimine ferendam, illudq; puniendum pœna ordinaria. Id quod aperte colligitur ex *c. literas de presump.* quo in loco Innocentius tertius de quodam valde suspecto de heresi ait, se propter solam suspicionem, quamvis vehementem, non velle eum de tam graui crimine damnare. Quibus verbis satis innuit, plus requiri ad damnandum de maiori crimine, quam ad damnandum de minori: idq; Panor. ibi notat.

13 Secundum est, maiorem præsumptionem requiri ad aliquem damnandum criminaliter, pœnamq; illi iniungendam, quam ad eum damnandum ciuilitè, id alteri adiudicando, de quo inter eos est contentio: quare, quod aliquando est sufficiens, & violenta præsumptio ad hoc secundum, non est violenta & sufficiens præsumptio ad illud primũ. Exemplum est in illa Salomonis præsumptione, ob quam adiudicant puerum illum, quæ vera erat illius mater: vt enim notant Panor. & alij. *c. afferre de presump. Caiet. & Sotus art. 3. citato*, præsumptio illa sufficiens fuit ad damnandum ciuilitè eam, quæ non erat vera pueri illius mater, filium alteri adiudicando: non verò sufficiens ad damnandum eam criminaliter pœna ordinaria, quæ propter id delictum erat digna: vnde non legimus, Salomonem talem pœnam illi infixisse. Exemplum verò violentæ præsumptionis ad damnandum aliquem pœna capitis est, si euaginato ense sanguineq; conperso, conspiciatur fugere de loco, in quo relinquatur aliquis interfectus. Imò verò iuxta Panor. *c. tertio loco de probationib. & Barr. l. fur. ff. de fur.* violenta erit præsumptio, si solum conspiciatur egredi fugiens ense stricto de eo loco. Item violenta præsumptio adulterij, & subinde vt pœna capitis imponatur, est: si quis nudus reperitur in eodem lecto cũ nuda aliea vxore. Atque hæc sunt indicia sufficientia ad condemnationem, de quibus est sermo *l. sciãti. Cod. de prob.* Mitiora verò alia, vt quod comminatus prius fuerit aliquis alicui mortem, qui postea reperitur interfectus, quamuis ad torturam sufficientem, aut ad pœnam arbitriariam, & ad vehementem præsumptionem, non tamen suffi-

unt ad damnum pœna ordinaria.

Tertium est, vnam præsumptionem eneruare aliam, quæ erat in contrarium: Vt præsumptio honestatis naturalis, quæ est inter consanguineos, eneruat præsumptiones, quæ argumenta ac inductiua sunt inter eos copulam interuenisse. Quo fit, vt maior probatio vehementiorq; præsumptio (sumpta pro indicio ac inductiuo vnde aliquid præsumitur) requiratur ad probandum, violentorve præsumendum, copulam inter consanguineos, quam ad illam inter alios probandam, violentorve præsumendam: id quæ, quod inter alios est violenta præsumptio copulæ, aliquando non erit præsumptio violenta copulæ inter consanguineos. Atque hoc probat *l. si quis adulterij C. ad leg. Iul. de adult. cuius verba sunt: Si qui adulterij fuerint accusati, & ob-* tentia proximitatis intentata depulerint, per commemoratorem necessitudinis fidem derogando, dum existimatur non debere credi, quod allegatur, vel non potuisse committi. Quibus verbis, iunctis sequentibus, satis aperte habetur, consanguineos, qui de eo crimine accusantur, sæpe ex ea circumstantia à crimine absolui, quando ea circumstantia preclusa condemnarentur, quia id esset violenta præsumptio seclusa ac circumstantia. Probat etiam *l. cum qui C. de Epif. & cler. illis verbis: Hæc tantum eis (clericis scilicet) facultate concessa, vt matres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil sui criminis existimari, sedus naturale (id est, consanguinitatis vinculum) permittit. Idem validè confirmant *c. cum in iuuentute de presump. & c. penal. de cohabit. cler. & c. nulle. & affirmat communitis doctorum sententia, & quam Ant. Gom. *l. 30. Tauri, n. 16.* refert ac sequitur. Inde verò *n. 17.* mouet dubium, num si consanguinei nudus cum nuda in eodem lecto reperiantur, censetur ea violenta præsumptio copulæ inter eos, ita vt sufficienter probata censetur, posintq; de incestu damnari. Et licet quosdam referat, qui id negant, ducti furibus citatis, asserentes, quamvis præsumptio illa violenta sit copulæ inter extraneos, iuxta *c. literas de presumptionibus*, non tamen esse violentam copulæ inter consanguineos; ipse nihilominus cum Panor. Fel. & alijs violentam esse asserit, etiam inter consanguineos, excepto, si ascendentes & descendentes sint. Idem ego intelligerem inter collaterales in primo consanguinitatis gradu, vt si frater & soror reperiantur in eodem lecto nudus cum nuda: quoniam *l. cum qui Co. de Epif. & Cler. etiam collaterales in primo gradu commemorat*, parsque quoad eam suspicionem eos facit cum ascendentibus & descendentibus: & quoniam natura ipsa rei docet, eum consanguinitatis gradũ, etiam in eo euentu, multum enervare præsumptionem, quando simul non adsunt alia vrgentia indicia, quæ illud indicium, in extraneis violentum, corroborent. Excipit etiam Ant. Gom. alios consanguineos & affines, si non secretè & occultè in latebrisque, & horis ad id quæritis nudus cum nuda in eodem lecto reperiantur: nam caput literis citatum de affinitibus loquitur, & quando in latebris locisque, & horis ad id accommodatis nudus cum nuda in eodem lecto reperiantur, pronuntiatque eam præsumptionem violentam, & sufficientem ad diuorrium inter maritum, & vxorem eo modo reperiã cum consanguineo mariti. Ego verò non adeo id extendendum censeo, quando non aliæ circumstantiæ, vñ cum consanguinitate aut affinitate, adessent, quæ eneruaret ex parte eam præsumptionem: quoniam quando sola consanguinitas aut affinitas in tertio aut in quarto gradu interueniret, imò & in secundo, parum admodum eneruaret adeo vehementem violentamq; præsumptionem.**

Quod autem masculi extranei nudi reperiantur

anctur in eodem lecto, bene Anto. Gom. subiungit A
non esse violentam præsumptionem copulã sodo-
miticã inter ipsos, quin neque levis præsumptio
erit, nisi adsint indicia alia, quæ suspitione augeat.

Quartum esse, indicia se inuicem adiuuare: inde-
51 que emanat regulam illam iuris peritorum *singula*
33 *la, quæ non profunt*, (id est, quæ non sufficiunt) *solle-*
33 *stantur*: intellige, vel ad integram probationem,
vel ad semiplenam, vel ad plus quàm semiplenam.
16 Quintum deniq; est, sicut supra dictum est, dari
latitudinem in suspitione, opinione, ac credulitate
certa in re præposita esse dicendum, dari latitudi-
nem in leui præsumptione, in vehementi, & in vio-
lenta. Quo fit, vt sicut intra limites leuis præsum-
ptionis esse pot vna præsumptio leuis maior, quàm
alia: & intra limites vehementis potest vna præsum-
ptio vehemens esse maior, quàm alia, ita intra limi-
tes præsumptionis violentæ, esse potest vna præ-
sumptio violenta maior, quàm alia.

His omoiibus ita circa forum externum iudici-
umq; publicum explanatis, que sicut ad sequentem
quintum de iustitia tractatum magis quàm ad huc
quartum attingerent, idcirco tamen hoc loco infer-
ta sunt, quoniam in iudicio priuato, su-
spitione priuata, atq; in priuata dubietate de deli-
cto, aut existimatione de re alia, quæ alterius famã
minuit, melius conicere ac diiudicare poterit, qñ
temeritas interueniat, quando non item, vnde
pendet cognitio, num in ea existimatione culpa in-
teruenit, an non: quoniam si temeritas adfuit,
culpa proculdubio interuenit, eo maior aut mi-
nor quo temeritas maior aut minor fuit: si v. teme-
ritas non adfuit, nulla sanè interuenit culpa, saltẽ
qua iniuria illata ei sit, de quo ita est existimatum:
his, inquam, ita circa forum externum, iudiciumq;
publicum, explanatis, accedamus cum theologis
ad iudicium priuatum.

Vno è tribus modis potest se quis habere ex par-
te intellectus, concurrente consensu, aut imperio
17 voluntatis, in existimando de aliquo, quod fama
illius præiudicet. Primò, dubitando de bonitate,
aut de aliqua alia bona qualitate illi, vt num peccat-
um commiserit, animũm ve habeat illud com-
mittendi, num labem habeat, quæ maculat genus
illius, aut dubitando de alia re simili, neutri parti
cõtrarietatis aut cõtradietionis assentiẽdo, sed du-
bitatiũm se habendo, siue ad sit inclinatio aliqua ex
parte intellectus in partem alteram, absque con-
sensu in illam, idq; ob inductiua, quæ in eam par-
tem sollicitent, atque inclinent intellectum, si-
ue nulla talis adsit inclinatio intellectus in v-
nam partem magis, quàm in aliam. Quamuis autem
in eiusmodi dubio actus aliquis intellectus cernatur,
in quo eo modo dubitans differt, non solum ab eo,
qui nihil de eo proximo cogitat, sed etiam ab eo,
qui oblata sibi cogitatione circa eam
qualitatem proximi suspendit omnino actum, et-
iam dubitationis deliberatæ aut voluntariæ circa
illum, vel expellit eam cogitationem: quia tamen
in eo dubio nullus assensus intellectus in partem al-
teram interuenit, sanè id dubium limites non in-
greditur iudicij, siue temerarij, siue non temerarij.
Soler verò eiusmodi actus, quando ad est inclina-
tio intellectus in partem deteriorem, sine consen-
su tamen, appellari suspicio, cum hoc tamen addi-
to quasi diminutive, ne forte commiserit tale pec-
catum, aut ne fortè talem labem in genere suo ha-
beat, &c.

18 Secundò potest quis ita esse affectus, vt assentia-
tur alteri parti, non tamen firmiter, sed cũ hæsitati-
one ac vacillatione, dubioq; admixto, qualis as-
sensus his verbis exprimitur, videtur commisit ta-
le peccatũ, sed res non est omnino explorata intra
limites opinionis, sed est ex parte dubia. Atque
eiusmodi actus appellatur suspicio simpliciter sine

addito diminutive, & est mediũ actus inter du-
bium, de quo proximò sumus loquuti, & inter iu-
diciũ adhesionemve omnino alteri parti sine du-
bio admixto, tametsi opinione & credulitate hu-
mana, cui ex natura assensus ac cognitionis non
repugnat subesse falsum, id quod quilibet prudens &
doctus, etiam si assensum eliciat opinione & cre-
dulitate humana omnino determinata sine vacil-
latione, hæsitatione, seu dubio admixto ex parte
plus ita assentientis, facillè confitebitur ex natura
talis assensus, quò ita rem sibi omnino sine hæsi-
tatione admixta persuadet, non repugnare subesse il-
li falsum. Hinc quando Caiet. 2. 2. qn. 90. art. 3. ad se-
cundum gradum explicatum ait pertinere illum,
qui assentitur quidem ac iudicat aliquid finitum
de proximo suo, non tamen ita firmiter, quin si se
ipsum tunc interrogaret, an crederet existimati-
onem suam fortè esse falsam, responderet, simul se
credere posse esse falsam, est distinguendum. Quo-
niam si id quidem responderet, quoniam non fir-
miter adheret, sed cum vacillatione & hæsitatio-
ne, verum sanè affirmat Caietan. si verò id respon-
deret, quia videt, opinionem & credulitatem hu-
manam, esse determinata ac sine hæsitatione in
dubio admixto concepta ac formata sit, esse talem,
cui non repugnat subesse falsum, falsique ita opi-
nantem ac credentem, falsum profectò Caietanus
affirmat: quoniam tunc id verè est iudicium ple-
num, à suspitione distinctum, eoq; magis temera-
rium de re, sinistra absolute & sine dubitatione ad-
mixta ex parte illud elicientis formatum, quo de-
bitoribus indicij formatum est; ob quorum de-
C 19 bilitatem, si reflectat supra se ipsum, seque interro-
get, num credat eam suam existimationem falsam,
fortè esse, facillè respondebit, simul se credere pos-
se esse falsam, longè proculdubio facilius, quàm
qui sufficientibus indicij idem iudicium sine vlla
temeritate formaret. Circa huc secundum mo-
dum existimandi, quo quis potest esse affectus, qui-
que suspicio sine addito diminutive dicitur, ob-
serua. Quòd cum latitudinem, vt supra dictum est,
habeat, possitque plus aut minus de hæsitatione ac
dubio habere admixtum, si maius de hæsitatio-
ne ac dubio admixtum habeat, dicitur suspicio le-
uis: si verò parum de hæsitatione ac dubio habeat
admixtum, dicitur suspicio vehemens. Vtraq; au-
tem suspicio suam etiam habet latitudinem, vt su-
pra etiam dictum est. Et leuis esse potest magis aut
D minus vehemens, & vehemens esse potest magis aut mi-
nus vehemens, prout vnaqueque intra suos limi-
tes plus aut minus habuerit de hæsitatione ac du-
bio admixtum.

Tertio potest quis ita esse affectus, vt sine hæsi-
tatione, vacillatione, dubiove admixto, credulitate
plena ex parte assentientis alteri parti assentiatur,
credens ita omnino habere. Atq; hæc est, quæ appel-
latur iudicium distinctum à dubio & à suspitione,
etiam vehementi.

Illud dicendum est vniuersim circa hos tres mo-
dos, quibus aliquis ex parte intellectus, concurrente
assensu aut imperio voluntatis, potest esse affe-
ctus in existimatione de re aliqua, quæ fama alicuius
existimatione, quæ de illo haberi debet, præ-
iudicet. Tunc in vnoquoque eorum esse temerita-
tem, atque ad eò iniuriam proximi lethalem aut
venialem, quando actus cuiusvis horũ trium gra-
dum elicitur sine sufficientibus ad eam indicij:
quando verò ex sufficientibus indicij seu inducti-
uis ad id de eo concipiendis au elicitur, tunc vt nul-
la in eo cernitur temeritas, sic nulla in eo formãdo
ac eliciendo sit ei proximo iniuria. Maiora autẽ re-
quituntur indicia ac inductiua ad non temere iu-
dicandum aliquid finitum de proximo aliquo,
quã ad nõ temere suspicandũ illud idem de illo, &
maiora

maiora ad id nō temere de illo suspicandum, quam ad non temere dubitandum illud idem de eo. Quæ autem in vnoquoque euentu sufficiant ad non temere efficiendum aliquem illorum actuum, statui non potest certa regula, sed prudētis arbitrio est id relinquendum. Tamen si non adiūent parum ad id melius statuumdum ac cōsēndum, quæ hæcenus dicta sunt. Illud tamen est admonendū, minores probationes minōraque indicia ac inductiua sufficere ad non temere iudicandum aliquid iudicio priuato, quam ad non temere iudicandum illud idem iudicio publico. Si enim vir vnus, de quo nullā ratione esset verisimile eū mentiri, mihi narraret, se vidisse aliquos adulterantes, aut aliud flagitium illos cōmississe, idque narraret, vel animō, vt per me melius corrigeretur, vel forē leuitate sua mihi & alijs id manifestaret, sanē temeritas nulla esset id credere, neq; qui id ita crederet, vilam iniuriam ei faceret, imō potius iniuriam faceret viro illi fide digno, si crederet illum falsum narrare, nihil impediēte, quod cerneret, ita illū facere id ira narrādo. Id tamen testimoniū, etiam testis omni exceptione maioris, & iuramento confirmari, atque in iudicio publica auctoritate susceptum, sufficiens non esset ad sine temeritate iudicium publicum ea de re ferendum, damnandumque illū, de quo id esset restitutum. Ratio autem est quōniam sicut plus requiritur ad damnandū aliquem criminaliter, quā ad damnandū eum de causā illū civiliter, & plus ad damnandū eum de maiori crimine, vt supra explanatum, cōprobatumq; fuit: sic plus requiritur ad sententiam publicam, iudiciumque publicū, maximē quando in eo agitur de damno illi reo exterius ea de causa inferēdo, quā requiratur ad iudicium priuatum internum.

SVM MARIVM.

1. Is qui in re graui, & cum sufficienti deliberatione voluntatis temere dubitat circa sinistrum quid de proximo, id que non firmiter, sed vasilanter, non peccat lethaliter, sed is qui firmiter iudicat, sine vlla hesitatione.
2. Iudicium temerarium, de re que proximi fame præiudicat, ex suo genere est culpa lethalis.
3. Vt iudicium temerarium peccatum mortale sit tria requiruntur.
4. Primò vt sit voluntatis actus planè deliberatus.
5. Secundo vt sit in re graui, que tantum præiudicat famæ eius, vt id ad lethalem culpam in materia iustitiæ iustificat.
6. Tertio, vt tanta interueniat temeritas in eo iudicio firmando, ac eliciendo, que prudentis arbitrio ad culpam sufficit lethalem, illa temeritas tripliciter accidit.
7. Aliud est iudicare probabiliter quæ est ex iudicis, aliud est iudicare aliquem id fecisse, aut velle facere.
8. Quando iudicium temerarium est circa rem, quam non tenere quis iudicat in esse alicui, licet temere iudicet illam in se esse culpam lethalem, aut aliquid aliud infamans, cum tamen ex ignorantia erret, non est culpa lethalis.
9. Ob magnitudinem iudiciorum & inductiuorum ad id credendum aliquando temporarij temeritatis est in aliquo iudicio temerario, vt licet sit de re graui, ad culpam non pertingat lethalem, sed solum sit culpa venialis.
10. Suspicio de re graui, licet aliqua in eo interueniat temeritas non est culpa lethalis: esse tamen aliquando potest.
11. Dubitatio de aliquo circa aliquod sinistrum, etiam si temeritas adsit, quando ad limites suspicionis non pertingit, regulariter non est culpa lethalis.
12. Quænam sit dubitatio de qua hic agitur.

Tom. 5.

12. Examinatio bonitatis alicuius persona bono fine, nullum est peccatum.

**IUDICIUM TEMERARIUM AN
culpa lethalis sit. Et nunc etiam in suspicionem
& dubio temeraria, lethalis culpa
pa aliquando interueniat.**

DISP. 16.



Aiet. 2. 2. q. 60. art. 3. in summa verb. iudicium temerarium, & verb. suspicio, vniuersim affirmat, neque eum, qui in re graui & cum sufficienti deliberatione ac consensu voluntatis, leuibus ac vasilantibus ad id iudicij ac morius, ac proinde temere dubitat circa sinistrū aliquid de aliquo, aut id iudicat, ceterum non firmiter, sed cum hesitatione, vacillatione, seu dubio admixta, peccare lethaliter, sed solum eum, qui firmiter, hoc est, sine hesitatione admixta, id iudicat, peccare lethaliter. Addit Caiet. (& in eo Sotus 3. de iust. q. 4. art. 3. etiam consentit) Diuum Thomam in eo articulo 3. nomine eius, qui leuibus iudicij de bonitate alicuius dubitat (quod Diuus Thomas veniale esse affirmat pertinere que ad tentationem humanam, sine qua hæc vita non ducitur) comprehendere, non solum eum, qui ita dubitat, vt nullū assensum eliciat, sed etiam eum, qui quamuis assensum eliciat, non tamen ita firmum eum elicit, quin admixtam habeat hesitationem. Qui assensus, ait Sotus, suspicio nūcupatur: id quod latius constat ex dictis disputatione præcedente. Confirmant verò Sotus & Caiet. Diuum Thomam, nomine eius, qui leuib' iudicij de bonitate alicuius dubitat, vtrumq; illorum comprehendisse: quoniam & explicando statim iudicium temerarium, quod de re graui ait esse culpā lethalem, esse dicit, quando quis pro certo estimat malitiam alterius ex leuibus iudicij. Cui sententiæ cōuenit glossa in illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quæ est Aug. tract. 90. in Ioan. quam Diuus Thomas in confirmationem suæ sententiæ citat, & sic habet. Si suspensiones vitæ non possumus, qui homines sumus, iudicia tamen, id est, definitiua firmasque sententias continere debemus. Hæc glossa illa Cum Caietano consentire videtur Nauar. in Man. 18. n. 9. Alij verò aliter interpretantur Diuum Thomam, censentē in suspitione & dubio de re graui interuenire culpam, lethalem cum quibus ex parte consentiūt Sotus vbi supra, & Victoria in Commentarijs manuscriptis in eundem Diui Thomæ articulum.

Quid de hac re sentiamus, sequentes conclusiones aperient. Prima conclusio. Iudicium temerarium de re famæ, existimationisve, quæ de proximo haberi debet, præiudicante: ex suo genere est culpa lethalis. Conclusio hæc est Diui Thomæ art. 3. in 2. & communis doctorum. Probatur, quoniam fama, bonasq; existimatio in mentibus aliorum inter bona nostra computatur altioris ordinis ac valoris, q̄ sint bona externa: ergo qui temerarie ex leuib', minimēq; sufficientibus iudicij ac inductiuis sinistrè de aliquo iudicat, contra iustitiam peccat iniuriæque illi facit in re, quā iure optimo plus estimat, quā externa bona: cum ergo peccatum cōtra iustitiam ex suo genere sit culpa lethalis: præiudicareque proximo per iudicij temerarium in bona famæ existimationisve, quā de illo habere debet gratius ex se & ex sua natura fit, quā illi præiudicare in bonis illius externis, meritisq; is, cui ita præiudicatur, grauius illud fecit, plusq; æstimet, quā si in externis bonis esset ei præiudicatus: consequens profectū est, vt iudicium temerarium ex suo gene-

re culpa fit lethalis. Item, qui falsum testimonium alteri dicit de re præiudicantē bonæ existimationi alicuius, aut peccatum occultum illius alteri dēre- git, lethali ter peccat ex omnium sententia, quatenus iniusta causa est, vt is, qui id audit, sinistrè cōcipiat de eo, de quo id dicitur, fama q̄ seu existimatio illi⁹ apud eum legatur, etiam si periculum non sit notitiam illam diffundēdam esse ad aliquem alium: sed non min⁹ iniuriā quis alteri facit in eo, quōd impse temere de eo id malū iudicet & cōcipiat, quā in eo, quōd detegendo crimen secretum illius, aut falsum testimonium de illo dicendo in causa sit, q̄ aliter similem existimationem de illo concipiat: ergo iudicium temerarium culpa est ex suo genere lethalis. Item, qui temerè de aliquo iudicat, illū sine iusta causa apud se cōtemnit, vel certè eo ipso se exponit periculo temere atq̄ iniuste illum contēnēdi, ac iudicandi eum indignum muneribus, benefi- cius, ac dignitatibus: ergo iudicium temerarium ex suo genere culpa est lethalis. Confirmatur ex illo

Mat. 7. & Luc. 6. Nolite iudicare (temere scilicet iudicio interno, aut etiā externo ore vltērius prolato)

& non iudicabimini (iudicio videlicet condemnatorio ob eam culpam. Vnde statim subiungitur) Nolite

condemnare (temere ac iniuste) & non condemnabimini (pena videlicet iusta ob id delictū) in quo enim

iudicio iudicaueritis (id est, pro qualitate iudicij, quo inique proximos vestros iudicaueritis) iudicabimini

(pena competentē vobis ea de causa imposta) Et in qua mensura mensi fueritis, remittetur vobis. Vnde cōtinuè addit, expedire magis, vt vnusquisq̄, pprios defectus cōsideret, eosq̄ corrigere ac deplorare stu-

deat, vt ab eis purgetur ac mōdeatur, quā alienos inquirere ac iudicare: indignumq̄ esse, vt quis, ne-

glectis maioribus suis delictis in minoribus alienis inquirendis ac iudicandis se occupet, etiam si ob-

tendat, se id efficere gratia illos corrigēdi: min⁹ aptum esse ad sincere inspiciēdos minores a-

lienos defectus, eosq̄ corrigēdos, qui maioribus est affectus, eosq̄ corrigere non curat: sic enim ad-

dit: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabe-

benim in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, frater, sine eijam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est

in oculo tuo? Hypocrita egre primum strabem de oculo tuo,

& tunc videbis egere festucam de oculo fratris tui. Et La-

colus Epistola sua Canonica c. 4. cum de detractio-

ne, quæ ex suo genere culpa est lethalis, coniungit temerarium iudicium, dicens: Nolite detrabere alteru-

rum fratres mei. Qui detrabit fratri, aut qui iudicat fratrem suum detrabit legi, deficiendo scilicet ab imple-

tionē illius sc̄q̄ subrahendo ab obseruatione illi⁹. Addit, & iudicat legem, suum scilicet iudicium præ-

ferendo iudicio & mandato legis, quæ non temere iudicare cum præiudicio famæ proximi præcipit.

Secunda conclusio. Vt temerarium iudiciū peccatum sit lethale, tria necessaria sunt simul concurrant. Primum, vt concurrat voluntatis actus plēnè deliberatus, quantum in quavis alia materia suffici-

ere solet ad culpam lethalem. Secundum, vt sit de re graui, quæ tantum præiudicet famæ eius, de quo tale iudicium haberetur, vt id ad lethalem culpam in materia de iustitia ac iniuria sufficiat. Et tertium, vt interueniat temeritas tāta in eo iudicio formādo ac elicendo, quæ prudēdis arbitrio ad culpam sufficiat lethalem.

Quod adinet ad primum ex his trib⁹ necessarijs, vt temerarium iudicium culpa sit lethalis, satis sūt quæ diximus Dissut. 13. vbi copiose explicauimus, quando iudicium peragatur solo intellectu non interueniente consensu voluntatis, & quando consensu voluntatis cēnseri debeat non plēnè deliberatus, atq̄ adeo quando iudicium temerarium cēsendum sit carere culpa lethali ex eo, quōd ad illud non concurrat actus voluntatis plēnè deliberatus.

Quod verd ad secundum adinet, vt scilicet sit de re graui, quæ tantum præiudicet famæ eius, de quo tale iudicium haberetur, vt id ad lethalem culpam in materia de iustitia ac iniuria sufficiat, multi hanc regulam tradunt, quōd quādo aliquis temere de proximo suo iudicat, quod in eo proximo esset culpa lethalis, tunc id temerarium iudicium fit culpa lethalis: quando verd aliquid aliud temere de proximo suo iudicat, tunc id iudicium non fit culpa lethalis. Probe verd Sotus art. 3. citato, post Victoriam, & multi alij post illos censent eam regulam nō esse vniuersam veram. Primò, quoniam si de iuvene amoribus inhonestis dedito, aut de aliquo alio, qui parum curet se existimari amoribus inhonestis dedito, aliquis temere iudicet, illum sinistra intentione mulierem aliquam aspicere, & ut ad se eam afficere curet, sane tale iudicium temerarium, hoc est, sine sufficientibus tunc iudicij deliberate conceptum, non erit culpa lethalis: quoniam modica aut nulla iniuria eo illi infertur. Arque idem censendum quo ad iudicium temerario, quo quis iudicaret de aliquo, ipsum velle digladiari cum alio aut velle fumere de illo vindictam, aut aliquod aliud crimen, quando is nihil curaret, aut non multum ægre ferret, talem de ipso haberi existimationem. Idem esset de eo, qui famam omnino perditam haberet quo ad aliquod vitium, in quod sæpe incidisset, & à quo non esset emendatus, si de illo temerarie iudicaretur, commisisse actum inuimie eius vitij, vel velle illum committere, eisdem ille proptaret, nō talem de ipso haberi existimationem: quoniam ad eum infamato de eo vitio, parum nocet quo ad existimationem de illo circa id vitium ac cōtrariam virtutem, existimatio temeraria, quōd vnū aliud peccatum eiusdem speciei etiam commiserit. Quo ad peccata etiam venialia, quæ considerato statu, & existimatione sanctitatis, quæ de illo haberetur, multū detraherent de existimatione illius, & non leuiter illum famam denigrarent, ita vt merito ille ægrius ferret, talem de ipso haberi existimationem, quam si iactura iniuria in bonis ipsius externis fieret, quæ ad culpam sufficeret lethalem, verisimile satis est, iudicium temerarium quo ad illum, quōd in ea incidere peccata, aut detractio de illo, quōd ea commiserit peccata, culpam esse lethalem, ob notabile detrimentum, quæ ea via famæ & existimationi, quæ de eo haberi debet, inferretur; vt si de illo temere existimaretur, aut detraheretur, mē dacem esse, vel intemperatum valde esse in cibo & potu, aut cālij culpæ venialibus esse deditum, q̄ notabiliter, attenta qualitate status, & existimationis, quæ de illo haberetur denigrarent famam ac existimationem illius. De eo q̄ temere iudicaret, natum honesto loco, esse de genere hebræorum aut fara cenorum, q̄dam dicunt, id culpam non esse lethalem: qm̄, inquit, apud Deum, & apud recte sentientes, id in famē non est, cum in eo nulla ipsius interuenerit culpa. Fatentur verd detractio nem, quæ ad alteri significetur, esse culpam lethalem. Non tamen video, cur esse causam iniustam, quōd alius de illo habeat eam existimationē de re, quæ nulla est culpa ita infamari, neq̄ apud Deum & homines recte sentientes vlla est infamia, culpa fit lethalis: & non fit culpa lethalis habere temere & iniuste eam existimationem ac iudicium de illo; cūm ille, de quo temere id iudicatur, non min⁹ ægre ferat haberi id iudicium & existimationem de ipso ab eo, quid temere iudicat, quā ab alio, cui id detractio fit significatum: & cūm non min⁹ eadē de causa ipsum interius, in sua quæ reputatio ne, ipsum contemnet ea de causa, quid temere de ipso iudicat, quam is, cui detractio id significatum sit. Quare tale iudicium temerarium de eo aut de alia simili re grauem iniuriam eum Soto vsq̄ præ & cūm alijs quo ad honorem & famā huius seculi reputo, quam ægrius quisq̄ ferret, quā si tanta læsio in bonis externis esset ei facta, qua suffice-

re graui, quæ tantum præiudicet famæ eius, de quo tale iudicium haberetur, vt id ad lethalem culpam in materia iustitiæ ac iniuriæ sufficiat; multi hanc regulam tradunt, quōd quādo aliquis temere de proximo suo iudicat, quod in eo proximo esset culpa lethalis, tunc id temerarium iudicium fit culpa lethalis: quando verd aliquid aliud temere de proximo suo iudicat, tunc id iudicium non fit culpa lethalis. Probe verd Sotus art. 3. citato, post Victoriam, & multi alij post illos censent eam regulam nō esse vniuersam veram. Primò, quoniam si de iuvene amoribus inhonestis dedito, aut de aliquo alio, qui parum curet se existimari amoribus inhonestis dedito, aliquis temere iudicet, illum sinistra intentione mulierem aliquam aspicere, & ut ad se eam afficere curet, sane tale iudicium temerarium, hoc est, sine sufficientibus tunc iudicij deliberate conceptum, non erit culpa lethalis: quoniam modica aut nulla iniuria eo illi infertur. Arque idem censendum quo ad iudicium temerario, quo quis iudicaret de aliquo, ipsum velle digladiari cum alio aut velle fumere de illo vindictam, aut aliquod aliud crimen, quando is nihil curaret, aut non multum ægre ferret, talem de ipso haberi existimationem. Idem esset de eo, qui famam omnino perditam haberet quo ad aliquod vitium, in quod sæpe incidisset, & à quo non esset emendatus, si de illo temerarie iudicaretur, commisisse actum inuimie eius vitij, vel velle illum committere, eisdem ille proptaret, nō talem de ipso haberi existimationem: quoniam ad eum infamato de eo vitio, parum nocet quo ad existimationem de illo circa id vitium ac cōtrariam virtutem, existimatio temeraria, quōd vnū aliud peccatum eiusdem speciei etiam commiserit. Quo ad peccata etiam venialia, quæ considerato statu, & existimatione sanctitatis, quæ de illo haberetur, multū detraherent de existimatione illius, & non leuiter illum famam denigrarent, ita vt merito ille ægrius ferret, talem de ipso haberi existimationem, quam si iactura iniuria in bonis ipsius externis fieret, quæ ad culpam sufficeret lethalem, verisimile satis est, iudicium temerarium quo ad illum, quōd in ea incidere peccata, aut detractio de illo, quōd ea commiserit peccata, culpam esse lethalem, ob notabile detrimentum, quæ ea via famæ & existimationi, quæ de eo haberi debet, inferretur; vt si de illo temere existimaretur, aut detraheretur, mē dacem esse, vel intemperatum valde esse in cibo & potu, aut cālij culpæ venialibus esse deditum, q̄ notabiliter, attenta qualitate status, & existimationis, quæ de illo haberetur denigrarent famam ac existimationem illius. De eo q̄ temere iudicaret, natum honesto loco, esse de genere hebræorum aut fara cenorum, q̄dam dicunt, id culpam non esse lethalem: qm̄, inquit, apud Deum, & apud recte sentientes, id in famē non est, cum in eo nulla ipsius interuenerit culpa. Fatentur verd detractio nem, quæ ad alteri significetur, esse culpam lethalem. Non tamen video, cur esse causam iniustam, quōd alius de illo habeat eam existimationē de re, quæ nulla est culpa ita infamari, neq̄ apud Deum & homines recte sentientes vlla est infamia, culpa fit lethalis: & non fit culpa lethalis habere temere & iniuste eam existimationem ac iudicium de illo; cūm ille, de quo temere id iudicatur, non min⁹ ægre ferat haberi id iudicium & existimationem de ipso ab eo, quid temere iudicat, quā ab alio, cui id detractio fit significatum: & cūm non min⁹ eadē de causa ipsum interius, in sua quæ reputatio ne, ipsum contemnet ea de causa, quid temere de ipso iudicat, quam is, cui detractio id significatum sit. Quare tale iudicium temerarium de eo aut de alia simili re grauem iniuriam eum Soto vsq̄ præ & cūm alijs quo ad honorem & famā huius seculi reputo, quam ægrius quisq̄ ferret, quā si tanta læsio in bonis externis esset ei facta, qua suffice-

ret

ret

ret

ret

Te ad culpam lethalem, aut quam si temere de ipso iudicaretur ipsam incidisse in culpam aliquam lethalem, ac proinde lethalem culpam in eo iudicio, si valde sit temerarium, insequere existimo. Nulla ergo melior regula aequi potest ad iudicandum, quando iudicium temerarium ad culpam lethalem ex eo pertingat, quod sit de re graui, quam attēde- re, num inde tanta iniuria ac lesio in fama & exili- matione illius sequatur, quæ prudentis arbitrio ad culpam pertingat lethalem.

Ex dictis colligo, si quis in re graui temere iudi- cetur, aliquem in determinate commisisse aut com- mittere esse aliquod delictum, nullum in particu- lari hominem contempnendo ac designando, nō pec- care lethali ter: quoniam nulli in particulari face- ret iniuriam: Nisi forte id iudicaret de religioso a- licuius monasterij in particulari, in quod iudicij illud in contempnū & peruersam existimationem religiosorum illius monasterij aut religionis redū- ceret.

Colligo deinde, si quis in re graui temere iudica- ret de aliquo determinate in singulari, quem à lon- ge videret, aut de nocte inueniret, neq; eum agno- sceret, neq; agnitus esset, neq; ille esset, non pec- care lethali ter. Quoniam modicam illi iniuriam ac- lationem in sua fama id efferret, nullusq; agere- notabiliter ferret, talē de ipso haberi sinistram ex- istimationem. Hęc de secundo eorum, quæ necessa- ria sunt, vt iudicium temerarium de aliquo culpa- si lethali sit.

Quod verò attinet ad certium, nempe vt tanta interueniat temeritas in eo iudicio formando ac e- xecutando, quæ prudentis arbitrio ad culpam suffici- at lethalem, obseruac Diuus Thomas 1. 2. q. 7. art. 3. tri- plici ex capite enenire interdum solet, quod quis temere de proximo suo aliquid iudicat. Interdum eni enenit ex parte iudicantis, qui qualis ipse est, tales alios iudicat: ex sua conscientia alios affir- mans, sicut dicitur iuxta illud Rehebraicū 0. 19. *ut stultus iudicauit, cum ipse sit insipiens, omnes iustas estimat: interdum verò prouenit ex preiudicio affectu ad eum proximum, puta ex odio, inuidia, aut aho- sialia affectu matillan. Voluntas quippe vicia ma- gnam habet ad flectendum intellectum, iudicium- que rationis peruerrendum: eaque de causa, qui parue ad alium est affectus, facile leuibis iudicij- madum de illo suspicatur ac iudicat. Interdum eti- iam prouenit ex longa experientia. Quæ ratione Ar- rist. 2. Rh. 7. ait, senes esse multum suspiciosos, eo- quod multoties experit hinc aliorum defectus. (sæ- meti alias etiam rationes coadiuuantes reddat, cur suspiciosi sint.) Et quidem, quando temeraria suspi- cio aut iudicium temerarium ex aliqua duarum pri- orum causarum enenit, plura culpa, cæteris paribus, habet, quam quando ex tertia causa prouenit, qua- renus experientia, quod cum paruis iudicijs, quin & sine illis, deprehendit id malum solet: ea enim expe- rientia conducit ad temeritatem ex parte excusan- dam.*

Obseruandum deinde est, aliud esse iudicare pro- babilitate ac verisimilitudinem, quæ est ex iudi- cijs, vt aliquis sinistrū, quid fecerit, aut effecere ve- lit, aut vt labes aliqua in eo sit, & aliud iudicare id fecisse, aut velle facere, vel in eo esse talem labem ac defectū, quando enim iudicia sufficientia non sunt ad absolue aliquid horum iudicandum: sunt ta- men talia, vt prudentis arbitrio, verisimile ac pro- babile id efficiant, tunc nulla est temeritas iudicare verisimilitudinem ac probabilitatem, que iuxta ea iudicia est, vt id sit. Quare non solum ad sufficien- tiam cautelam, & ad subueniendum malis, fas est iudica- re eam probabilitatem, vt Diss. 14. explanatum co- piose fuit, sed etiam absq; vlla temeritate idem iudicat, quæcunq; alius, qui sine tali bono sine id iudi- cat, & absq; vlla iniuria eius id facit, de quo id iudi-

caur, quippe cum non plus iudicetur verisimilitu- dinis & probabilitatis, quam sufficienter ea iudicia acque inductio persuadent.

Illud præterea est obseruandum cum Caiet. 2. 2. q. 6. art. 4. & cum plerisque alijs, quado iudicium te- merarium est circa rem, quam non temere quis iu- dicat inesse alicui, licet temere iudicet illa in se esse culpam lethalem, aut aliquid aliud infamans, cum tamen ex ignorantia erret, pascit id in se non sic, re- gulariter non esse culpam lethalem. Vt si quis, arbi- tratus ex sua ignorantia imprecari malum iumen- to culpam esse lethalem, cerens se que aliquē iumen- to malum imprecari iudicet illum peccasse lethali- ter, tale temerarium iudicium non esse culpa lethali- tis: quoniam id non cedit in grauem iniuriam eius, de quo ea de causa existimatis peccasse illum lethali- ter: cum illius ignorantia id imputetur, facitque quiuis contemnat ex ea ignorantia aliquem arbi- tratum esse, ipsum peccasse lethali ter.

Illud deniq; est obseruandum, cum peccatum le- thale in iudicio temerario expeditur, licet ex quan- titate iniurie, quæ proximo fit, id temere de ipso iudicando: & quo minora ad id iudicandum sunt iudicia, eo plus temeritatis & iniuriæ sit finitum a- liquid de eo iudicare, quo verò maiora iudicia ad id iudicandum sunt, eo minus temeritatis & iniu- riæ in eo iudicio sit: consequens profecto esse, vt al- quando ob magnitudinem iudiciorum ac inductio- norum ad id credendum tam parum temeritatis sit in aliquo iudicio temerario, vt licet sit de re graui, ad culpam non pertingat lethale, sed solum sit cul- pa venialis: qua de causa recte Sotus affirmat, al- quando non posse certo definiti, an iudicium al- terius quod temerarium culpa sit lethale, an verò solum venialis. Id verò multo magis habebit locum in sus- picione, esto in illa aliquid temeritatis interueni- at.

Tertia conclusio. Suspicio de re graui, licet aliqua in ea interueniat temeritas, regulariter non est cul- pa lethalis: esse tamen potest de re adeo graui, & ta- ra in ea interuenire poterit temeritas, vt sit culpa lethalis. Prior pars est glossæ ex Aug. desumptæ tra- ctatu 90. in Ioan. 14. praque relatæ, & Diui Thomæ 2. 3. q. 7. art. 3. qui regulariter sunt intelligendi, in eamque consentiunt Caiet. & Sorus locis citatis. Probari au- tem potest. Quoniam in primis, si vel nulla ratioe sit, voluntaria esse libera, vt in suspicione longe fa- cilis potest enenire liberam in esse, quam in iudi- cio, tunc neq; culpa erit venialis, esto materia valde le- uis: quoniam sine libertate esse non possit ratio peccati, etiam venialis. Si item nulla in ea inter- ueniat temeritas, quia nō maior est suspicio, quam iudicia, in quibus id iudicant, tunc nulla iniuria in ea sit proximo, vt de iudicio, in quo nulla inter- ueniat temeritas, dictū est, ac proinde nullum pec- catum contra iustitiam, etiam veniale, in ea inter- uenit, esto plene deliberata sit, & de re graui. Quod si vilius sit, neque aliquid honesto, iuxta ea que Diss. 14. dicta sunt, ea suspicio elicitur, tunc opus erit hon- nestum, & nec veniale peccatum in ea interueniat, si autem vilius & sine honesto careat, ad summum esse poterit culpa venialis, taquam otiosum minimeque vile opus. Porro si non plus quis suspicetur quam iuxta quantitatem probabilitatis, quæ pru- dentis arbitrio sit, attentis iudicijs ac inductioijs, iuxta ea que supra dicta sunt, nulla erit temeritas in ea suspicione: si vero plus vehementius suspi- cetur, tunc temeritas erit iuxta augmentum solum maioris suspicionis, quam pro quantitate iudicio- rum ac inductioiorum eorum sit id suspicari. Deinde verò suspicione, etiam si interueniat aliqua temeritas, quia maior est suspicio, quam iudicia me- rito persuadent, & etiam si de re sit graui, (nam de re prudentis arbitrio non graui dictum est iudicia temerarium non esse culpam lethale, & multo ma-

6

10

21

7

8

9

ndis (suspicio erit culpa lethalis) atq; etiam si interueniat libertas, regulariter non esse culpam lethalem probatur. Quoniam licet de iudicio temerario de re graui, interueniente plena deliberatione, & magna temeritate, attenta qualitate indiciorum, ostensum sit esse culpam lethalem; non tamen cernitur tanta iniuria proximi in vno duntaxat tali iudicio interueniente, vt non possit facile aliquis dubitare, nisi tanta iniuria eo fiat, que ad culpam lethalem sufficit: cum ergo in suspitione, ceteris omnibus paribus, maxime si non sit adeo vehemens, vt ferè nihil de dubio admixta habeat, vt regulariter esse non solet, ex vna parte sit longe maior iniuria proximi, quam in iudicio temerario; & ex alia minus libertas esse soleat in illa, quam in iudicio plene deliberato; eo quod facilius & violentius rapi soleat intellectus ac voluntas ad suspicandum ex indicijs, quam ad determinandè iudicandum; & quando in illa temeritas interuenit, esse soleat modica, quoad excessum, comparatione quantitatis suspitionis, quam absque iniuria proximi poterat idem suspicatus formare pro qualitate & quantitate indiciorum, consequens perfectè est, vt regulariter suspicio de re graui, etiam si in ea temeritas aliqua interueniat, non sit culpa lethalis: præsertim cum de iudicio temerario de re graui dictum sit, aliquando non pertinere ad culpam lethalem propter modicam temeritatem, que in illo interuenit. Vnde in præxi confessionis non est ratio habenda suspitionum, quasi in illis culpa interueniat lethalis, quando non sunt de re admodum graui, atq; tunc cum indicijs admodum leuibus, nisi quis in baratrum scrupulorum incidere velit, perturbareq; penitentes, in quibus confessionum plus iusto reddere graue sibi ac penitentibus: præsertim cum quando suspiciones admodum sunt vehemens, que modicum dubium habeant admixtum, penitentes distinguere nesciant illas à iudicijs temerarijs, atq; pro iudicijs temerarijs illas soleant cõfiteri, vixq; confessarij examinando penitentes discernere possint, num suspiciones vehementissimè sint, an potius iudicia temeraria. Quod si doctus aliquis confiteatur, qui iudicium à vehementi suspitione discernat, ipse id aperiet, atq; fortasse sub dubio cõfitebitur, num suspicatus id tantum vehementer fuerit, an deuenit ad iudicium temerarium. Adde sepe non esse tantam temeritatem, etiam in vehementissima suspitione que ad culpam sufficit lethalem: eo quod vehementia iudiciorum, que id vehementer suspicari efficiunt, auferat multum de temeritate eius vehementis suspitionis.

Posterior verò conclusionis pars, esse s. posse suspitionem de re adeo graui, & in ea posse interuenire tantam temeritatem, vt sit culpa lethalis, ex eo cum Soto & Victoria probatur. Quoniam in iudicio & suspitione temerarijs, ex quantitate iniuriæ que sit proximo temerarie iudicando, aut suspicando de illo sinistram aliquid, expendendum accensendum est, num id iudicium, aut ea suspicio, culpa sit lethalis vel venialis: sed maior sit iniuria alicui, quod ex leuibus omninoq; insufficientibus indicijs opineris de illo cum vacillatione ac dubio admixto, seu suspicetis, illum hæreticum esse, aut patriæ proditorem, sodomiticum, vel concubitum habuisse cum matre, quam si plene iudices temere de illo commississe fornicationem cum muliere communi, aut delictum aliud, quod non leuiter præiudicet famæ ac stirpationi, que de illo haberi debet: consequens profectò est, vt suspicio non leuis in re illa adeo graui, pleneque deliberata, si leuibus indicijs concepta elicitæque sit, culpa sit lethalis.

Quartè conclusio. Dubitatio de aliquo circa aliquid sinistrum, etiam si temeritas ad sit, quando ad limites suspitionis non pertingit, regulariter non est culpa lethalis. Probatur, quoniam in dubitatione,

A estò temeritas aliqua interueniat, & deliberata sit, sitque de re valde graui, longe maiori iniuria, ceteris paribus, sit proximo, longèque proinde minor culpa interuenit, quam in iudicio temerario, & quàm in suspitione: atque ad non temere dubitandum longe minora iudicia sufficiunt, quam ad non temere suspicandum, vt ex se & ex dictis constat: ergo præterquàm quod dubitatio facilius esse poterit non plene deliberata, quam iudicium temerarium, & quàm suspicio, & quod difficilius sit transigere hanc vitam sine dubitatione de probitate aliorum, quam sine suspitione, imò quod cauti esse attendere que à falsis etiam prophetis debeamus, propter huiusmodi fragilitatem ac malitiam, quam sepe in multis experimur, sane raro iudicia sufficientia non erunt ad dubitationem de re quantumvis sinistra proximi, quam formamus, & estò interdum insufficientia ad id sint, tam modica erit temeritas comparatione nudæ dubitationis, & tam longe minor erit iniuria temerariæ dubitationis, quam temerariæ suspitionis, vt ea temeritas & iniuria ad culpam non sufficiat lethalem. Ait Sotus artic. 3. citato, dubitare de bonitate beatissimæ Virginis Mariæ, sancti Iohannis Baptistæ, aut alcerius similis sancti, esse culpam lethalem. Id quidem fatemur, si ea dubitatio deliberata sit, imò erit hæresis: postquam sanctitas beatæ Virginis & sancti Iohannis Baptistæ adeo explorata est ac certa, vt ad fidem Catholicam eam credere pertinere: eaq; de causa ipi conclusionem diximus, regulariter dubitationem deliberatam ac temerariam de re graui non esse culpam lethalem, quoniam aliquando raro culpa esset lethalis: quando verò sanctitas alicuius non est adeo certa ac manifesta effecta, vt iudicio Ecclesiæ manifesta sit canonizatione, aut beatificatione Sanctorum, aut si manifesta sit effecta apertissimis miraculis, & consensu populorum, raro sola dubitatio de probitate aut de peccato alicuius ad culpam pertingat lethalem. Tameñ si quo grauior ac sanctior est persona, pluresq; sunt circumstantiæ, que illius sanctitatem ac probitatem suadent, eo maiora iudicia requiruntur ad non temere dubitandum de illius bonitate, grauiorq; iniuria ei fiat, insufficientibus ad id indicijs de illius bonitate dubitare.

Illud est obseruandum, dubitationem, de qua modò loquimus, non esse suspensionem iudicij & assensus, vt Sotus arbitrat, falso addens, nos teneri habere bonam existimationem de proximo nostro non suspendendo iudicium: sed esse adducere intellectum in questionem bonitatem proximi de illa diffidendo, & illam quasi dubiam examinando: quod si temere fiat, in iniuriam proximi cedit. In eo autem, quod oblata cogitatione de bonitate aut de malitia proximi, iudicium suspendam, & auertam cogitationem ad alia, nolendo me intromittere in ea re; neque bonam neque malam existimationem de illo formando, neque illam curando examinare, adducere ad discrimen apud me, sane nullam omnino facio illi iniuriam.

Illud item obserua, adducere in examè probitatem alicuius bono aliquo fine, vt quia cura & vigilantiæ circa mores illius incurabit ei, qui illos examinat, vel vt videat, num vere sit dignus & aptus, que præficiat alicui rei, aut in quo beneficium aliquod collocet, nullum esse peccatum: quoniam bono fine id fit, neq; in eo vlla fit ei iniuria, cuius mores in eum finem examinantur.

Illud postremò obserua, ex solo iudicio temerario, aut suspitione vel dubio temerarijs, non consistere obligationem restituendi. Quoniam licet iniuriam inferat, eo tamen ipso, quod ab illis cessatur, cessat iniuria proximi in futurum, nullumq; damnum remanet, pro iniuria aut præterita, que nullum dampnum relinquit, nulla restitutio debetur, vt duobus

bus tractatibus præcedentibus sæpe dictum com-
probatumque fuit.

S V M M A R I V M.

1. Non tenemur, licet temere iudicando in malam partem
interpretemur, bonam existimationem de proximo ha-
bere, sed satis est, si abstinemus a sinistra illa in re iudi-
cando.

VTRVM DVBIA INTERPRETARI
in maiorem partem debeamus.

DISPVT. 17.



Væstio hæc excitatur propter glossam
in illud ad Rom. 14. Qui non manducat,
manducantem non iudicat, vbi glossa ait:
Dubia in maiorem partem interpretan-
da. Desumpta verò fuit ex Aug. lib. 2. de
sermone Domini in monte c. 28. vbi enarrans illud Mat.

7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c. atque de iu-
dicio temerario doctissime & copiose ibi interpretan-
da. Desumpta verò fuit ex Aug. lib. 2. de
sermone Domini in monte c. 28. vbi enarrans illud Mat.

7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c. Illis verò non a-
iud nobis præcipitur, quam vt abstinemus à iu-
dicio temerario, in peiorem partem interpretan-
do, quæ dubia sunt, quo animo sunt facta. Neque e-
nim (quicquid Sotus 3. de iust. q. 4. art. 3. & 4. in con-
trarium dixerit) tenemur tunc bonum iudicium
ac existimationem habere de proximo, sed satis est

si abstinemus à sinistra de eo illa in re iudicando,
vt disputatione præcedente dictum est, & affirmat
Caiet. 2. 2. q. 66. art. 4. & doctores comuniter. Item
cum Augustinus ibidem copiose doceat, nobis non
esse prohibitum iudicium ceretum de iis, qua per-
spicue bona aut perspicue mala sunt, nisi uerisimilique
ita de rebus iudicare, vt temere & cum periculo er-
randi in proximi præiudicium non iudicemus: cir-
ca ea qua dubia sunt, sic ait: Sunt ergo quedam media,

que ignoramus, quo animo fiunt, quia & bono & malo fe-
ri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime vt
condemnemus. Ecce temerarium affirmat Augusti-
nus, rem dubiam iudicare, determinate in alteram
partem, tam in bonam quam in malam, cum peri-
culo errandi. Addens verò, maxime vt condemnemus,
non negat, temerarium quoque esse, iudicare deter-
minate contrariam partem cum periculo sentien-
di falsum: quod sane malum esset intellectus. Neq;
vnquam mihi potui persuadere, non solum nos re-
neri habere iudicium, quo nobis persuadeamus id
vere esse, quod ignoramus, ita esse, sed neque licite
posse nos tale iudicium elicere, vt scilicet quando
dubium est, an malo animo proximus aliquid fece-
rit, licite determinate iudicemus, eum bono ani-
mo id fecisse, idque nobis licite persuadeamus. Tam-
etsi hoc aliud iudicium habere tunc possimus, ex
pediensiq; ac bonum est, vt illud habeamus, creden-

dum mihi non est, eum malo animo id fecisse: quo-
niam in tali iudicio non erramus, est ille malo ani-
mo id fecerit: quare ille habendus à nobis mihi nõ
est malus ea de causa, neque condemnandus, sed po-
tius est absolvendus, si ad nos spectat eum iudicare
in exteriori foro: quoniam in dubio melior est con-
ditio ipsius, qui in possessione erat, vt non malus
haberetur: non tamen est pronuntiandum, eum id
bono animo fecisse: quoniam periculum esset falsi
in eo iudicio, in eaq; sententia, ac proinde vtrum-

Tom. 5.

A que esset temerarium, vt Augustinus perspicue af-
firmat, tamen si tunc non esset iudicium temerari-
um cum præiudicio & iniuria proximi. Vnde in
foro exteriori, quando aliquis accusatur de aliquo
crimine, quod sufficienter aduersus illum non pro-
batur, absoluitur ille ab accusatione, pronuncian-
do astrictum id crimen de illo non probasse, quod sa-
ne est verisimum, est ille verè id crimen commi-
serit: non tamen pronuntiatur, eum id crimen non
commisisse, quod esset temerarium & mendacium:
quippe cum contra mentem eatur, non solum quan-
do affirmamus, quod scimus esse factum: sed etiam
quando, quod dubium est, determinate affirmamus
esse aut non esse. Vnde & iudex, quando ita absoluit
ac pronunciat sententiam, & quicumque priuatus,
quando abstinet à iudicando temere de illo in fini-
stram partem, aut quando verè iudicat, sibi non es-
se iudicandum illum sinistra intentione id fecisse,
vel quando iudicat ea de causa illum non esse ab ip-
so reputandum malum, licet simul iudicare secum
potest, quantum probabiliter ac verisimilitudi-
nis ex indicijs sit, illum sinistra intentione id fecis-
se, aut illum id crimen fecisse, iuxta ea quæ præce-
dentibus disputationibus dicta sunt. Imò verò in
foro exteriori interdum licite ac iuste condemna-
tur de leuitur aut de vehementer eatur, non solum crimi-
ne, vt ibidem dictum est. Quia ergo dum res ali-
qua est dubia, neutram in partem possumus eam
absque temeritate iudicare determinate, sed iudi-
cium de illa determinatum ac certum ad Deum
spectat: ad Corinth. 4. ait Paulus: Nolite ante tem-
pus iudicare, (quæ dubia scilicet vobis sunt, minime
que explorata) quoad vsque veniat Dominus, qui illumi-
nabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cor-
dum, & tunc laus erit unicuique à Deo.

S V M M A R I V M.

1. Omne quod iniuste honori alterius præiudicat, spectat ad
vitium in genere iniustitie commutatiue circa bonum ho-
noris contrarium, siue fiat signo aut facto, siue absenti
siue presenti: quod vitium contumelia dicitur latissime
sumpta.
2. Qui alteri præiudicat in bonis corporis & in honore, id non
solum peccat contra iustitiam commutatiuam circa bona
corporis, sed etiam contra iustitiam commutatiuam cir-
ca bonum honoris, peccato specie distincto.
3. Committitur etiam peccatum contra iustitiam commu-
tatiuam circa bonum honoris, quando lesio honoris non
intenditur, & tamen inde ea sequitur, nisi probabili i-
guarantia excuset.
4. Qui differat contumelia & detractio.
5. Interdum fit aliquid absque iniustitia, quod præiudicat
honori alterius, & tunc non spectat ad contumeliam.
6. Quando vrbani atq; gratia licet obijciuntur vitia & de-
fectus, licet cui pudore sustinentium, non spectat ad con-
tumeliam, danmodo moderatè fiat.

DE FITIO IN GENERE IVSTITIÆ
computatiue circa bonum honoris contra-
rio, hoc est, de contumelia latissi-
mè sumpta.

DISPVT. 18.



Explicato vitio contrario iustitiæ co-
mutatiue circa bona famę latissime
sumpta, cuius actus imperatus à vo-
luntate, aut volutarie elicitus, est in-
ternus, mentem intellectumve non
egrediens, nempe explicato iudicio temerario, sus-
picioneque ac dubio temerè consequenter est
dicen-

dicendum de vitijs contrarijs iustitię commutativę circa bona honoris & famę, quorum actus imperari externi sunt. Ordinumq; nobis est à vicio in genere iustitię commutativę circa honorem contrario.

Et quidē quicquid sit exterius, quod iniuste honori alterius prejudicet, id totum pertinet ad vitium in genere iustitię commutativę circa bonum, honoris contrarium, siue fiat signo, hoc est, verbo, scripto, aut quovis alio signo, vt cornua appendendo foribus alicuius, in signum quod alius adulteratus sit cum vxore illius, siue fiat quouis facto, & siue fiat presenti, siue absentī, & siue fiat vivo, siue defuncto, atq; siue fiat in propria persona eius, cuius honori predicatur, siue in re ad ipsum attinente, vt in statua, equo, domo, in vxore, filio, mancipio, aut in re alia illius, prout *diff. 1.* explanatum fuit, totidem modis honorem contrarium posse alicui exhiberi. Actus autem voluntatis internus, quo quis iniuste aliquid tale fieri aut intendari consensiret, esset peccatum internum eiusdem vitij: sicut peccatum furti internum est consensus in furtum, & peccatum homicidij internum est consensus in homicidium, & ita in ceteris vitijs. Vitium hoc in genere in toto suo ambitu, quo ad actum externum, contumelia dicitur late sumpta, & consensit legitima ethymologia eius vocabuli tradita ab Vlpiano *l. 1. ff. de iniur.* dicitur enim à contemendo; atque in predictis omnibus aut contemptus opere cernitur siue contemptus intendatur à ledete iniuste in honore, siue non. Quod autem contumelia fiat non solum verbo, sed etiam facto, atq; adeo quod vitiumq; nomine vitij contumelię contrarij iustitię commutativę circa bonum honoris comprehendatur, affirmat perspicue glossa interlinearis in illud ad Rom. *1.* contumeliosos, quę sic habet: *Contumeliosi sunt, qui dicitur vel factu contumelię & iurpia inferunt.* Dixi, id vitium in toto suo ambitu dicitur contumelia late sumpta: quoniam aliquando contumelia presens sumitur, vt infra dicitur. Hispane vitium hoc in toto suo ambitu *afrenta* nuncupatur, & actus illius *afrentar*.

Non solum signo committi hoc vitium, vt verbo, scripto, aut alio signo obijciendo; seu improperando alicui aliquid vitium moris, aut naturę, vel aliquem defectum, remve aliam vnde erubescere possit, vt appellando illum furem, ebrium, cæcum, gibbosum, humili aut infami loco natum, dicendo illi mentiris, aut simile aliud, sed etiam facto committi, satis est perspicuum, vt si alapa vel fuste aliquis percussatur, aut pedibus concalcetur, si illi ostendatur pollex inter duos alios digitos, *darbiga* hispane dicitur, aut aliquid aliud fiat, quod in contemptum illius cedat.

Hinc sequitur, si aliquis iniuste percussendo alium simul illi prejudicet in bonis corporis & in honore, tunc peccare non solum contra iusticiam commutativam circa bona corporis, sed etiam contra iusticiam commutativam circa bonum honoris, peccato specie distincto, ac proinde teneri aperire vtrumque in confessione. Quando tamen consistendo percussione iniustam, sufficienter intelligitur prejudicium honori illatum, tunc poenitens consistendo eam percussione sufficienter censetur confessus vtrumq; crimen. Vt si se accuset, iniuste alapam alicui inflixisse, aut iniuste alium fuste percussisse. Simili modo, si quis prejudicando iniuste alicui in bonis externis, simul in honore illi honore illi prejudicet, peccat contra iusticiam commutativam circa bona externa, & peccato specie distincto contra iusticiam commutativam circa bonum honoris, atq; vtrumq; crimen tenetur aperire sufficienter in confessione.

Illud verò est observandum, non solum quando factu aliquo, aut signo, intenditur iniuste laesio ho-

noris, committi peccatum contra iusticiam commutativam circa bonum honoris, sed etiam committi idem peccatum, quando ea laesio non intenditur, & tamē inde ea sequitur, nisi probabilis inuincibiliter ignorantia, quod ea via talis laesio evenire possit, excuset ab ea culpa. Verbi gratia, si quis fuste solum intendat ledere iniuste corpus proximi, non verò ledere honorem illius, sanē si actus est se laesivus sit honoris illius, simul peccat contra iusticiam commutativam circa bonum honoris, nisi ignorantia inuincibilis eum excuset ab ea culpa. Ratio autem est, quoniā ea iniusta laesio honoris licet intenta non fuerit, fuit tamen voluntaria, quatenus in potestate eam inferentis fuit eam vitare, fuitq; subinde imputatiue ab illo voluta, iuxta ea quę *1. 2. q. 60.* & alijs sepe dicta à nobis sunt. Quāvis enim ad rationem actus virtutis necesse sit obiectum eius virtutis esse intentum ac volitum qua tale; ad rationem tamen vitij ac peccati satis est obiectum, malumve, quod sequitur, sit voluntarium atq; imputatiue volitum, vt ex se liquet, ac locis citatis est ostensum. Hoc admonui propter Caiet. *2. 2. q. 72. & seq.* Solum *5. de iust. q. 9. & seq.* & propter quosdam alios, qui in contumelia, detractioe, & in alijs similibus vitijs, ad rationem & speciem talium vitiorum plus forte iusto exigere videntur intentum inferendi damna, que eis vitijs inferuntur. Quāvis enim absentia talis intentionis non parum culpam horum vitiorum extenuet, atq; aliquādo culpam, quę alioquin esset lethalis, reddat venialem; nihilominus tamen semper, quando in potestate inferentis ea dāna fuit illa vitare, saltē quia attendere potuit ac debuisset esse inde sequi, neq; id attēdit, cernitur ibi ratio ac culpa eius vitij, cum onere restituendi damna ita sequuta, si perseverent, est formaliter ea inferre non intendit. Quando autem culpa tūc ad lethalem perueniat, prudētis arbitrio, spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus, est iudicandum. Illud verò est dicendum, quando si xquale damnū, pportione quadam, in rebus externis eodem modo preter intentionem inferretur, cū eademq; animaduertentia, aut inanimaduertentia, quod inde sequi posset, iudicaretur in ea materia culpa lethalis, iudicandam quoq; esse culpam lethalem in re, de qua disputantur: eo quod bona honoris & famę præstantiora sint bonis externis diuitiarum. Atq; hæc poterit esse non inepta regula manuducens ad rectius arbitrandum, quando in eiusmodi euentibus in quibus præter intentionem læditur honor aut fama proximi, culpa interueniat lethalis contra iusticiam commutativam circa bona honoris ac famę.

Illud facile ex dictis hac & prima disputatione liquet. Afferri iniuste prejudicium honori, esse quod per se distinguit contumeliam à detractioe, qua fama iniuste prejudicium afferretur. Fieri aut aliquid iniuste in prejudicium honoris aut famę, in presentia vel in absentia eius, cuius honor aut fama iniuste læditur, per accidens ad rationem contumelię ac detractiois ad eaq; inter se distinctionem se habent. Quocirca, vt ex dictis hac & prima illa disputatione facile constat, quemadmodum honor exhiberi potest absentī ac defuncto, ita illis potest fieri contumelia, non solum quando aliquid ignominiosum fit aut dicitur, vt tādē ad illius notitiam deveniat, in cuius dedecus cedit, sed etiam quando aliquid fit in re ad ipsum attinente, in contemptum ac dedecus illius. Item detractio fieri potest in presentia eius, cui detrabitur, vt aduersus alios recte notant Navar. in *Man. c. 13. n. 12. & 13. & Adria. quod. 11. lit. D.* Si enim in presentia alicuius crimina illius alijs iniuste manifestentur, qui illa ignorabant, sane fama illius denigratur, eiq; detractur, esse si simul interueniat contumelię peccatum, quatenus in facie illi ea obijciuntur. Coniungi quip-

pe in

pe in eodem actu optimè possunt duæ illæ species A
detractiōnis ac contumeliæ, quatenus eo simul ini-
iuste læduntur honor alicuius & fama illius coram
aliis.

Illud præterea est obseruandum, idcirco nos di-
cere, quod sic iniuste in præiudicium honoris ali-
cuius pertinere ad contumeliam, vitium contra-
rium iustitiæ commutatiuæ circa boni honoris;
quoniam interdum sit absq; iniustitia aliquid, quod
præiudicat honor alterius, & tunc non spectat ad
vitium contumeliæ. Hispano aut sermone *afrenta*
etiam id comprehendat, quod iuste sit contra ho-
norem alicuius: atq; etiam id comprehendit con-
tumelia latino sermone, vt infra ex Cicerone refe-
remus. Quemadmodum autem malefactor puniri
licite potest in bonis corporis, & in externis diuiti-
arum, propt delicta talem penam commuer-
runt: sic etiam iuste ac licite puniri interdum po-
test ac consequitur in bonis honoris ac famæ, vt di-
uus Thom. 2. 2. q. 72. art. 2. etiam ait: neq; tunc
contumeliæ aut detractiōnis vitia committuntur,
sed exercetur actus iustitiæ vindictiue: Atque
interdum simul punitur malefactor in corpore &
in honore ac fama, vt quando publicè verberatur;
trēmibus in penam addicitur, aut furca necatur:
interdum verò solum punitur in honore & fama,
vt quando exponitur in loco publico, vt verecun-
diam ab insipientibus patiat, aut ignominiosè
desertur per vias publicas absque vlla læsione in
corpore. Interdum quoque licite culpæ aliquo-
rum puniuntur obiurgationibus & improperis à
parentibus, magistris, heris, & ab alijs, qui iuste
ac licite id efficiunt, iuxta ea quæ duobus tractati-
bus præcedentibus dicta sunt. Nonnullis autem
licite est obiurgare, quæ male fiunt, in pudore ea
ratione delinquentes arguendo, quibus licitum
non est punire in corpore, aut in externis diuitia-
rum bonis. Admonet verò Caiet. 2. 2. q. 72. art. 2.
Siquis *s. de iust. q. 9. artic. 2.* consentaneè ad dictum
Thom. ibi, & admonet alij, prælatos, religiofo-
rum præsertim, debere abstinere quam maximè
ab iniurijs verbis, dum vitia puniunt aut repre-
hendunt. Quoniam, præterquam quod indecens
sit eo modo tractare sibi subditos, inde interdum
sequi solent grauiora mala, & maiores amaritudi-
nes, quam ex alijs penis. Vnde (addunt multi) nisi
suggerente Spiritu sancto, dici non debent iniurio-
sa verba.

Interdum etiam vrbauitatis gratia licite obij-
ciuntur vitia & defectus, corporis præsertim, et-
iam quando, qui id patiuntur, leui aliquo pudore
afficiuntur (modo tamen non contristentur & cõ-
moueantur ad iram) quod proinde neq; ad contu-
meliam vitium neq; ad aliud pertinet, dum modo mo-
derate atque vt oportet id fiat, sed spectat ad vir-
tutem eutrapeliæ ac vrbauitatis, iuxta diuum Th.
q. 72. sitata, art. 2. ad. 1. Vnde Arist. 4. Ethic. c. 3. ad eu-
trapelem vrbauitatemque pertinere ait bene cõ-
uertiari. Et Tullius pro Cælio, *Maledictum*, inquit,
nihil habet propositi, præter contumeliam, quæ si petulan-
tius iactatur, onusium, si facerius, vrbauitas nominatur.
Quo in loco contumeliam in bonam etiam partem
sumpsit. Neque tam late *afrenta* Hispanè sumitur,
vt hanc, quam Cicero contumeliam appellauit,
comprehendat.

SVMMARIVM.

1. Contumelia late sumpta est peccatum lethale.
2. Ex circumstantiis tamen nonnunquam est culpa veni-
ali.
3. Contumelia late sumpta, vt vitium tantum iniustitiæ com-
mutatiuæ circa bonum honoris contrarium comprehen-
dit, species infima est.
4. Contumelia frequentissimè ex ira oritur.

VTRVM CONTUMELIA LATE
sumpta ex suo genere sit culpa lethalis sitq; infima
species. Et ad quod capitale vitium
reducatur.

DISPVT. 19.



Qvod ad primum attinet, dicendum
est, contumeliam ex suo genere
culpam esse lethalem. Probatu
primò ex illo Marth. 5. *Si quis dixe-
rit fratri suo fatne, rem erit gehennæ ac
ignu.* Si autem contumelia illa, quæ non inter ma-
iores computatur, culpa est lethalis, si quid è sam-
piterno inferni igne punitur, vt Christus testimo-
nio illo docet, consequens profectò est; vt contu-
melia ex suo genere culpa sit lethalis. Secundò,
quoniam licet contumelia ex suo genere minus
grauè peccatum sit, quàm homicidium, & quàm
adulterium, quin & quàm simplex fornicatio, est
tamen ex suo genere peccatum grauius, quàm fur-
tum, vt vtrumq; affirmat diuus Thom. 2. 2. q. 73. de
detractiōne, est verò eadem ratio de contumelia,
idque affirmant doctores communiter. Ratio au-
tè est, quoniam grauius peccatorum ex suo ge-
nere attenditur penes obiectu, à quo ratio & spe-
cies peccati sumitur, & penes genus damni, quod
infert: cum ergo bona honoris & famæ media sint
quo ad bonitatem ac præstantiam inter bona cor-
poris & vitæ, quæ sunt illis præstantiora, & inter
bona externa diuiciarum, quæ sunt illis minus
præstantia, atque per homicidium, adulterium,
ac fornicationem simplicem, præiudicetur bono
vitæ ac corporis, saltè quo ad prolem genera-
dam, vt alio in loco est ostendendum: per furtum
verò præiudicetur bonis externis diuitiarum,
consequens profectò est, vt contumelia & detra-
ctio, quibus præiudicatur bonis honoris & famæ,
licet minus graui delicta ex suo genere sint, quàm
homicidium, adulterium, & fornicatio simplex,
grauiora tamen ex suo genere sint, quàm furtum:
quare cum tractatur secundo ostensum sit, furtum
ex suo genere esse culpam lethalem, idq; omnes cõ-
fiteantur, consequens profectò est, vt contumelia
& detractio multo magis ex suo genere culpa sit
lethales.

Ex circumstantijs verò, vt si contumelia aliqua
præiudicetur modicum honoris eius, cui sit, aut si
intenta non sit, & ex alijs circumstantiis, poterit
interdum contumelia aliqua non solum esse leui-
us multo peccatum, quàm furtum aliquod, sed
etiam fieri poterit, vt non pertingat ad lethalem
culpam, sed sit solum culpa venialis. Ex multis ve-
rò capitibus enenire potest, vt contumelia aliqua
modica læsio in honore fiat. Vt si id, quod contu-
meliosè dicitur aut fit, modicè lesiuum sit hono-
ris: vel si is, cui dicitur aut fit, modicum honoris
habeat, nec multum eam contumeliam curet ac
penetret. Qua de causa contumelia, quæ si facta est
homini alicuius notæ, culpa esset lethalis, facta ho-
mini infimæ notæ, qui parum honoris habet, pro-
nihilòq; honorem glimatur, erit solum culpa veni-
lis. Et contumelia, quæ facta homini maioris eta-
tis, culpa esset lethalis, facta puero, erit aliquando
venialis.

Ex dictis disputatione præcedente intelligitur, quod
sicut furtum, vt suo loco tractatu secundo est di-
ctum, significat solum contractionem externam
iniustam rei alienæ: attentatio verò furandi, & vo-
luntas intentæ furandi, quando effectus non sequi-
tur, non dicuntur furtum, sed peccata furri: sic con-
tumelia solum significat dictum & factum, quo
iniuste præiudicatur re ipsa honori proximi: non
verò attentatione inferendi iniuste præiudici ho-
nori,

nori, quando non perducitur ad effectum, neque item significat nudam internam voluntatem præiudicandi iniuste honori alterius: sed hæc dicitur peccata contumeliæ, non verò contumeliæ. Hæc de primo eorum, quæ præposita sunt.

Quòd verò attinet ad secundum, num scilicet contumelia latè sumpta, vt vitium totum iustitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium comprehendit, species infima sit. Affirmante est respondendum cum Caiet. 2. 2. q. 72. art. 1. Soto. 5. de iust. q. 9. art. 1. & cum plerisque alijs. Quoniam iniustitia contumeliæ non consistit in eo, quo tanquam medio ac instrumeto iniuste honori proximi præiudicatur; tamen si ex qualitate mediij iniuria interdum ac præiudicium honori accrescat, vel ex natura rei, vel in hominum æstimatione, sed consistit in præiudicio honori proximi illato: quare cum obiectum vitij contumeliæ latè sumptæ sit honor, quo ad præiudicium, quod iniuste illi infertur, & non sint mediâ diuersa, quibus id præiudicium infertur: præiudiciumq; ipsum iniuste illatum semper sit eiusdem rationis in ratione præiudicij honori iniuste illati, quocùnque medio id præiudicium infertur, soliq; differat secundum magis & minus, quod facis non est ad efficiendam diuersitatem specificam, consequens profectò est, vt vitium contumeliæ proximi species infimâ sit, nullas inferiores species sub se continens. Hæc de secundo:

Quod verò ad tertium attinet. Cùm vitium nò capitale ex eo capitali vitio oriri dicatur, ex quo frequentius emanat: contumelia verò frequentius ex ira quam ex quouis alio capitali vitio oritur: merito Greg. 31. *Moralium* contumeliam ex ira oriri affirmat, atq; inter iræ filias eam computat, ad capitalemq; proinde iræ vitium illam reducit. Ita autem ex ira oriri consuevit contumelia, vt instrumentum esse soleat, quo iratus vindictam de eo, in quam est iratus, sumere ea soleat. Vnde mulierum est potius id vitium, quæ arma alia non habent, quibus vindictam sumant, quam virorum.

SVMMARIVM.

1. Consilium ac meritum est patienter contumelias ferre, quando aliud non exigit bonum aliorum, aut bonum eius qui contumeliam offert.
2. Quando ita expedit bono aliorum, aut iniuriam inferentis, consilium est respondere ac resistere; quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo: presertim si fieri potest sine damno aliquo, & si quando iniuriam patientis non valeat se defendere.
3. Fas est etiam, dum iniuria adhuc fit, & vitius continetur, tueri honorem proprium: non quidem contumeliam in recompensationem acceptæ inferendo, sed impediendo, ne iniuria vitius progrediatur.

VTRVM CONTVMELIÆ SINT patienter ferendæ.

DISPUT. 26.



Vic quaestioni sequenti conclusionibus est satisfaciendū. Prima conclusio. Consilium ac meritum est tacere, patienterq; contumelias ferre, quando aliud non exigit bonum aliorum, aut bonum eius, qui contumeliam infert. Probatur, quoniam ea via vitiantur mala, quæ oriri ac sequi possent, si resistere ac respondere vellemus, maximoque cum nostro merito virtutem patientiæ exercemus tacendo atq; id ferendo Dei amore ac eius proximi, idq; via est commodata ac

apta, vt is ipse, qui contumeliam infert, nostra patientia confundatur, redeat ad cor, ac emundetur, & vt, qui nostram intuentur patientiam, ad id consentiant. Cõfirmatur ex illo Psal. 37. *Qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates. Ego autem tanquam surdas non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* Item exemplo Christi, *Qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur, vt habetur 1. Petri 2. plurimumq; contumelias verbo & facto sibi illatas tacens patientissimè sustinuit.* Ad Rom. 12. *Non vos defendentes charissimè, sed date locum ire.* Et Marth. 5. *Qui te percuiserit in vnam maxillam, præbe et alteram.* eademq; est ratio, quando contumelia & iniuria fit verbo, at quo cūq; alio ignominioso actu. Porro hæc & similia alia testimonia non sonant præceptum, sed consilium, quicquid diuus Thom. 2. 2. q. 72. & alij inuere in contrarium videantur.

Secunda conclusio. Quando ita expedit bono aliorum, aut ipsiusmet, qui iniuriam infert, consilium est respondere ac resistere, quantum id alterius aut aliorum bonum postulat. Imò verò aliquando ad id quis tenetur. Responsio tamen tunc esse debet moderata, atq; intra limites rectæ rationis. Probatur conclusio, atq; in primis quando id expedit bono iniuriam inferentis. Quoniam si respondendo ei, illiq; ostendendo falsitatem eorum, quæ dicit, aut alia via sine iniuria & peccato compescendo illius os, à peccato delinit, aut respiciet, sanè lege caritatis tenetur id efficere, qui contumelia afficitur, quando aliud malum inde non imminet, nec iuste timeatur: quippe cùm vnicuique mandauerit Deus de proximo suo. Vnde *Proverb. 26.* dicitur: *Respondet stulto* (qualis est omnis, qui peccat, & à recta ratione legeq; Dei deuiat: sic enim frequenter in Proverbij Salomonis id vocabulū usurpat) *secundum stultitiam suam.* (id est, vt expedit ad stultitiam illius respondetur, eam illi ostendendo, vt recta tunc ratio circumstantiæ postulerint) *ne sibi sapiens videatur, cùm tamen errat, stultusq; sit.* Proximè autem ante ea verba relata præmisit idem sapiens: *Nerespondeas stulto iuxta stultitiam suam,* (hoc est, verba contumeliosa & inordinata, qualia ipse dixerat, atq; in vindictam eorum quæ dixerat) *ne effusus ei similit.* Id quod confirmat vltimam partem nostræ conclusionis. Vnde, quod sapiens posteriori loco subiungit, nihil omnino repugnat ei, quod proximè ibidem præmiserat.

Deinde verò probatur conclusio, quando id expedit bono aliorum. Quoniam cùm vnicuiq; Deus mandauerit de proximo suo, sanè quando ex eo, quod ei non responderetur, qui contumeliam dicit, vera esse crederetur vitia, quæ improperat ac obijcit, indeq; in alijs generaretur scandalum, vel doctrinæ parvipenderetur, spiritualitq; aliorum fructus impeditur, obligatio tunc esset respondere, si ex responsione, speraretur ea mala esse impedienda. Vnde Greg. *Homil. 9. in Ez. de Ierem. Hi,* inquit, *quorum vitam exemplo imitationis est posita, debent, si peccant, detrahentibus: sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, beneficiæ contemnant.*

Quòd verò ex responsione non speraretur ea mala esse impedienda, tunc obligatio ex eo capite non esset respondendi ad contumeliam: quoniam id sine fructu fieret, sed patientia potius inuat ad bene æstimandum de eo, qui patienter suffert, & ad tollendum scandalum, quàm si emittatur patientiæ actus, quando ex non omissione actus patientiæ veritas non persuadetur.

Quando contumelia lactaretur in alium, & ego, qui id audio, consilium possem honori illius, mea responsione obrutando os peruersè aduersus proximum suum loquentis, aut defendendo honorem eius,

DE CONVITIO, IMPROPERIO, IR-
risione, & subfannatione.

DISPVT. 21.



Ec omnia ad contumeliam late
sumptam, vna cum maledictione,
aut maledicto, de quo disputatione
sequenti sermo erit, spectant, aus
certe coniunctam illam habere so-
lent: & idcirco paucis sigillatim explananda sunt.

Convitiu[m] (ait Vlpianus *Item apud Laboneum. §. 1. ff. de iniur.*) dicitur vel à concitatione, vel à conuentu, *hoc est, à collatione vocum.* Cum enim in vno complures voces conseruntur, conuiciu[m] appellatur, quasi conuiciu[m]. Hæc Vlpianus ibi. Conlentit cum hac ethymologia significationeque huius vocabuli, quod Tullius conuiciu[m] pro strepitu multarum vocum aliquando vsurpat. Pro Sexcio sic ait: *Et is qui ante cantorum conuicio conciones suas celebrare solebat, canorum ipsorum vocibus eicitur.* Et pro Archia: *Quia suppeditat nobis, vbi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures conuicio desesse requiescant.* Festus vero à vicis, in quibus primò habitari cæpit, derivatum esse ait. Et iuxta vtramque ethymologiam cum scribi debet. Alij vero dicunt, conuiciu[m] esse maledictum, seu vitium obiectum cum contumelia, atque à vizio derivari. Valla *6. lib. elegantiarum* ait à conuito esse dictum, quali à nobis cum vitemus, in quem similia obijcimus. Atque iuxta has duas posteriores ethymologias scribi vocabulum hoc debet cum t.

Convitiu[m] ergo conuicio in malam partem, vt frequentius sumi consuevit, iuxta priores duas ethymologias conuiciu[m] dictum est quasi plurium coentium vocum ad vitium alicui obijciendum contumeliam ac dehonestationis gratia, quemadmodum 4. Reg. 2. multitudo puerorum clamabat ad Elisum, *Ascende calae.* Quamuis autem illa fuerint ethymologia eius vocabuli, significat tamen etiam ea, quæ ab vno solo similiter obijciuntur: neque enim est necesse vt ethymologia omnibus competat, ad quæ significanda sese extendit vocabulum. Diuus Th. 2. 2. q. 72. art. 1. ad 3. ait, conuiciu[m] magis late patere, quam contumeliam pre se sumptam, quali contumelia solum fit, quando obijcitur vitium mortis, vt quando aliquis appellatur fur, ebrius, arrogans, &c. conuiciu[m] vero fit, quando obijcitur quodecunque vitium fidei, moris, siue naturæ, & quicunque alius defectus, vt si appellatur cæcus, caluus, gibbosus, sordido loco natus, &c. Addit tamè contumeliam aliquando sumi late pro obiectione cuiuscunque vitij ac defectus. Iuxta hæc contumelia non comprehendit maledictum, in quo nullum vitium obijceretur, sed solum commendaretur aliquis Satanæ, aut imprecaretur ei aliud malum in iniuriam & contemptum illius, nullum vitium illi obijciendo. Hodie vero contumelia latissime sumi consuevit, vt conuiciu[m], maledictum pre se sumptum, & quancunque aliam iniuriam comprehendit verbo, aut facto illatam, quæ honori præiudicet: quo pacto Disp. 18. & sequentibus à nobis est sumpta. Dixi, *male dictu[m] pre se sumptum*: quoniam aliquando sumitur late, vt contumeliam omnem verbo illatam comprehendit, etiam quando absq; vitio vrbane infertur, iuxta testimonium Tullij pro Cælio in *talce Disp. 17. relatu[m].*

Emproprium idem esse videtur, & conuiciu[m], vt conuiciu[m] est obiectio in faciem alicuius vitij moris, aut naturæ, vel cuiusvis defectus: neque videtur comprehendere maledictum, in quo vitium aut defectus non obijcitur. Atque improperare est, quod Hispanicè dicimus *dar en rostro* ion *alguna cosa*, quasi defectum ex parte eius, cui improperatur, obijciendo. Neque repugnat illud de liberali &

eius qui iniuriam patitur, teneretur efficere, si commodè sine notabili meo damno possem, & qui iniuriam eam patitur, non posset sufficienter honori suo consulere. Quoniam nõ minus tenetur quis subuenire iniuriã patienti in honore & fama, quã patienti iniuriam in bonis externis diuitiaru[m], quando commodè & cum fructu potest id efficere, & alius non potest sibi ipsi sufficienter subuenire. Hæc tamen obligatio non est ex iusticia, sed solum ex caritate: quando is ex officio non tenetur tunc subuenire eo modo.

Tertia conclusio. Quamuis in euentibus, extra commemoratos præcedente conclusione, consiliu[m] sit non respondere nec resistere, sed sufficere contumelias patienter: fas tamen est, dum iniuria ad huc sit atque vltimis contumaciatur, tueri honorem proprium; non quidem contumeliam, in recompensationem acceptæ, inferendo, & multo minus ea de causa percutiendo; quoniã id esset vindicta: sed impediendo ne iniuria vltimis progrediatur ac continuetur, vique illam repellendo. Tanta autem esse posset iniuria, quæ contumelia inferretur, vt licitum illam patienti esset, interficere eam inferentem, quando aliud non sufficeret impedire, ne vltimis progrediretur. Pro modica vero iniuria repellenda nefas est interficere. Hæc omnia constant ex dictis tractatu precedente, Disp. 17. Si enim pro defensione honorum externorum diuitiarum quæ alicuius sint momenti, fas est interficere, quando aliter defendi non possunt, longè maiori cum ratione effici licitè id poteris pro defensione honoris sanæ, quæ excellentiora multo sunt bona. Lege quæ disputatione citata quò ad hæc omnia dicta sunt. Post contumeliam vero completè illatam, fas est in eisdem euentibus sumere via iudicis competentem vindictam, non vero auctoritate propria. Atque non solum dum contumelia infertur, sed etiã post illam completè illatam, licitum est, non solum arguere ac moderate increpare peccatorem illum, sed etiam aperire rationes veras, quæ ea in remittunt auctoritatem eius, qui eam infert, aut intulit, coram audientibus. Ratio autem est, quoniam illud non est vindicta, quippe cum eadem rationes additi in iudicio licite possunt ante latam sententiam ad compurgandam ac tuendam propriam famam & honorem: quod nõ liceret, si id esset vindicta: quemadmodum percussio illius qui illam intulit tunc non liceret: consentire autem in hoc videtur Sotus 5. de iust. q. 9. art. vi. Nihil tamen est licitum obijcere ei, qui iniuriam intulit, quod falsum sit, aut quod ad conseruandum & reparandũ proprium honorem ac famam non perineat. Nihil item licet obijcere illi, aut de illo dicere in vindictam de illo sumendam auctoritate propria. Quæ etiam ratione illicitum est tacere, dum contumeliam alius infert, eo animo vt ille acrius ea de causa commoueat, & gruiusque id ille ferat, animoque ea via sumendi de illo vindictam; vt recte Sotus vbi supra affirmat.

SUMMARIUM.

1. Quid sit conuiciu[m].
2. Quid sit improperiu[m].
3. Quid sit derisio, irrisio, & subfannatio.
4. In derisione, illusione, ac subfannatione, quatenus frequenter honor proximi iniuste leditur, species contumeliam interueniunt, licet eis actibus lesio bonorum non intendatur.
5. Quando derisio est circa opera virtutum, est gratis peccatum, tum ex obiecto, tum quia homines à virtutibus deterrentur.
6. Derisio, illusio, ac subfannatio peccantibus illata peccatum est gratis, contrarium speciali virtuti peccatis peccantibus debita: & gratius est, si Deo inferatur;

quaro. Et dicitur sic. *Exigis ubi qd magis impo-
 9 p. natu. Quoniam sensus est, parva conferet bene-
 10 ficia, & multa impoerabit, quia illi non re-
 11 spondeatur beneficio collaro, in gratias sic, qui id
 12 beneficium accepit, sed et dicitur quom plurima in
 13 beneficii exigui gratitudinem, & quoniam omnia
 14 auitus excedendo, qd dicitur est, non dicitur beneh-
 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100*

comitatem proximi seruatur, quis esse potest, le-
 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

- 7. Vt maledictio reaturarum sepe in poenam hominum reddatur, praesertim si fiat per modum imperij & licite tunc fit ab eo, qui talem poenam iuste imponere potest
- 8. Creaturae irrationabiles maledicti etiam possunt ad aliquid significandum id est per modum imperij: ac tunc fit, qui ita maledicit, ius habet ad destruendum illam creaturam, licite fit.
- 9. Eadem creatura maledicuntur etiam non in modum imperij, sed in modum optantis, nec semper ex animo, sed solum exprimendo dolorem, id est, nunquam hyperbolicas.
- 10. Excusatur impatientia Iob.
- 11. Quomodo intelligende in S. scriptura imprecationes mali poene, quae peccatoribus fiunt.
- 12. B. asphemum est maledicere creaturis, tam rationabilibus, quam irrationabilibus, vt sunt opera & affectus Dei.
- 13. Maledicere creaturis irrationabilibus, secundum se consideratis, non est culpa lethalis, aut venialis.

DE MALEDICTIONE.

DISP. 22.



Maledicere eum idem fit, quod malum dicere, tribus fit modis. Primum, enunciando seu affirmando malum alterius. Si autem famam minuat, vt quia deregitur iniuste crimen alterius occultum, pertinet tunc maledictio ad detractionem. Si vero honorem laedat, vt quia in faciem crimen aut defectus alterius objicitur, ad contumeliam spectat. Imprecando item & exoptando alicui malum, aut etiam per modum imperij illud ei iniuste inferendo, (qui sunt duo alij modi, quibus maledictio fit, vt subiungemus) laedi potest honor & qua ratione ea via iniuste honor laeditur, ad contumeliam duo illi modi etiam spectant. Atque disputare de maledictione, quatenus famam aut honorem laedit, ad hunc quartum de iustitia tractatum pertinet. Et quatenus verbis maledictio fit, eaque iniuste honor aut fama laeditur, qui illam exercent, maledicti nuncupantur, de quibus Paul. i. ad Corinth. 8. ait, Neque maledicti, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Nomine item maledicti contumeliam omnem verbo illatam comprehendit Tullius pro Caelio in testimonio in calce Disp. 18. relatio. Hac autem ratione de maledictione, quatenus est sub contumelia late sumpta comprehenditur, disputamus hoc loco. Tametsi hac occasione de illa latius etiam sumpta dicemus.

Secundo modo fieri potest maledictio, imperio malum alicui efficiendo, quod est eum maledicere. Atque hic maledicendi modus potissimum conuenit Deo, qui suo imperio causa est rerum, (ipse enim dixit, & facta sunt) qui que proinde dum bonum alicui impertitur, benedicere eum dicitur, maledicere autem alicui dicitur, dum malum illi infert. Idem maledicendi modus conuenit etiam creaturis, quatenus imperio suo aliquem mouent ad malum aliqui, aut aliquem exercendum, Quo pacto iudex malum poena infligi alicui iubet. Modus hic maledicendi licite & illicite fieri potest. Si enim poena condigna sit, isque, qui illam infligi imperat, ius potestatemque legitimam eam imperandi habeat, neque odio alioue similito sine moueatur, tunc maledictio est licita: sin minus illicita erit, & aliquando erit iniusta, iuxta ea quae supra in hac 22. in materia de caritate q. 25. artic. 8. dicta sunt, & alias tractatibus praecedentibus.

Tertio modo fit maledictio per modum optan-

tis, seu imprecantis malum alicui. Atque hoc vulgo consuevit appellari maledictio. Potestque etiam priuatis licite & illicite fieri. Quando autem licite fiat, & quando illicite, copiose q. 25. artic. 8. citato sunt explanatum, neque est cur, quae propria sunt eius loci, hoc loco repetantur.

Maledictio hoc modo sumpta, verbis expressa, si in praesentia alicuius fiat, honorique illius iniuste prauidetur, ad contumeliam pertinet, eaque ratione ad hunc locum de ea agere spectat. Quando autem ex hoc capite ad culpam pertingat lethalem, ex quantitate detrimenti honoris, & ex aliis circumstantiis concurrentibus, iuxta ea quae Disputat. 19. dicta sunt, est expendendum. Quod si maledictio dicatur, ita vt peruentura non sit ad noticiam eius, cui maledicetur, vel alia ratione honoris eius non prauidetur, saltem iniuste, qui maledicetur, vt si obiurgationis causa filius a patre maledicatur, seruus ab hero, aut discipulus a magistro, tunc non fortitur rationem contumeliam.

Ex parte autem mali, quod maledicendo quis exoptat ei, cui maledicit, si illicite illud ei exoptet, pertinet maledictio (siue simul fortitur rationem contumeliam, siue non) vel ad solum odium, quod caritati aduersatur, vt si per causas naturales aut alia via non iniusta morte fit alicui malum illicite illi exoptet; vel pertinet ad iniustitiam, si via iniusta ex parte eius, qui id desiderat, illud ei exoptet. Atque pro diuersitate obiectorum, qualitatisue detrimenti, quod exoptat, pertinebit ea maledictio ex eo capite ad diuersas species: vt si malum quod illi desiderat sit corporis, honorum exteriorum, diuitiarum, aut honoris & famae, vel boni spiritualis. Quare in confessionibus attendendum examinandumque est, num maledictio rationem habeat contumeliam, & num ex eo capite culpa sit lethalis: itemque num maledicendo exoptauerit proximo, cui maledicit, malum, quod illi imprecatur, & quale malum illi exoptauerit, non corporis, vel diuitiarum, vel honoris, aut famae, vel boni spiritualis, & num id ad odium duntaxat pertineat contra caritatem, (quod frequentius eueniet) an vero ad peccatum iniustitiae.

Maledictio, siue rationem contumeliam fortitur siue odij, quia maledicens malum, quod imprecatur, illi exoptat, cui maledicit, ex suo genere est culpa lethalis, eo grauior, quo malum, quod maledicens exoptat, est maius, & quo, attentis circumstantiis omnibus concurrentibus, plus in ratione contumeliam honoris illa prauidetur. Atque si maledictio si in parentes, est specie distincta, vt pote contra virtutem pietatis. Id quod de omni contumelia facta parentibus est similiter dicendum. Si vero sit in Deum, in ratione contumeliam est blasphemia: si autem Deo malum exoptetur, est odium Dei.

Ex circumstantiis maledictio proximo facta esse potest culpa venialis. Vt si malum, quod ei desideratur, sit leue, aut si non ex animo, vt tale aliquid ei eueniat, maledictio fit in eum iactata, vel si non adfit deliberatio ad culpam lethalem necessaria, neque honoris maledictione notabiliter prauidetur. Hinc maledictiones parentum in filios, herorum in seruos, sine animo vt tale quid eis eueniat, sed ex ira, aut obiurgationis causa, vt communiter fieri solent, non sunt culpe lethales. Idem est dicendum, de quacunque alia maledictione, quae sine animo vt tale quid eueniat conijcitur in aliquo alium, quando ei aliquid aliud notabile damnatum non exoptat, neque, attentis circumstantiis omnibus concurrentibus, ea maledictio notabiliter prauidetur illius honoris. Habet autem id verum, (quic-

(quicquid Sotus 5. de iust. q. 12. art. 1. in contrarium dixerit) etiam si aliquis diabolo alium commendet sine animo ut tale quid ei eueniat, vt regulariter homines eum animum habere non solent. Quando autem aliquis ex ira se ipsum diabolo commendaret, est sine animo, vt ita eueniret, id faceret, non auderem eum excusare à culpa lethali ob faditatem, horrorem, ac peruersitatem rei: eaque de causa, quando id in confessionibus apprehendo, scilicet numerum eum peccatorum interrogare, acriterque virum id paterno affectu reprehendo. Quando item maledictio in partem iniiceretur, propter reuerentiam & obseruantiam, quam filij ei debent; præsertim si in faciem illi iniiceretur, excusandum non erit regulariter à culpa lethali. Idem suo modo dic de maledictione suo modo in prælatum, in sacerdotem, aut etiam in herum.

5 Bene autem Caiet. 2. 2. q. 76. circa eiusmodi maledictiones omnes in communes proximos obseruat, aliud esse post maledictionem in alium coniectam, continuè non velle vt tale quid ei eueniat; aliud verò non velle, etiam quando conijcitur, vt id eueniat, quasi solo verbo maledicat, (quod Caietanus appellat maledictionem non transire gatur) atque hoc secundum excusare maledicentem à culpa lethali, quando maledictio est de re grauis neque notabiliter honori præiudicat: illud verò primum enim non excusare à culpa lethali, quando tempore maledictionis verè desiderabat, quod ea maledictione proximo illi imprecabatur. Quo loco obserua, maledictionem conijci ex ira, & ex commotione magna animi, non esse iudicium sufficiens ad iudicandum peruenisse ad culpam lethalem. Sæpe autem in confessionibus dum rudes aut timoratae personae examinantur, interrogantur, discernere nequeunt, an animo vt ita res eueniret, maledixerint: meliusque pro rei & personarum qualitate id aliquando conijciet prudens confessarius, quam prænitens id sciat exprimere ac confiteri, etiam variè à confessario interrogatus, dum ex ira & commotione, quam tunc habebat, timet, ne animo vt ita eueniret, id dixerit.

6 Vt verò aliqd. de maledictione creaturarum irrationalium, aut etiam rationalium inter illas & vnà cum illis, etiam dicamus, obseruandum est. Irrationales creaturas tribus modis, quod ad rem præsentem attinet, spectari posse. Primo per comparationem ad creaturas racionales, ob quas sunt. Secundò, vt sunt effectus & opera Dei. Et tertio secundum se. Primo modo spectatæ, varijs modis possunt maledici.

7 Primo, vt ea maledictio in pœnam hominis redundat. Et quidem si maledictio sit per modum imperij ac casualitatis, licet ab eo sit, qui talem pœnam iuste imponere potest. Hoc modo Deus Gen. 3. in pœnam peccati Adami maledixit terræ, reddendo illam minus fecundam, (quod etiam de illa, in qua paradysum plantauerat, intelligo) quam fuerit condita, futuraque fuisset, quatenus id redundabat in laborem & afflictionem hominum, dicens: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terre.* Et, quasi dicat, non iam de fructibus arboris vite, & de alijs pomis paradysii, quæ optima & potentissima erant, ad sine alio tuo & posterorum tuorum labore conseruandam in magno vigore in integraque ac perfecta sanitate vitam. Simili modo Deuter. 28. comminatur Dominus maledictiones multas filiis Israel in pœnam, si mandata eius non custodierint, vt: *Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terre tuæ, & armenta bovm tuorum, & gregum tuorum, &c.* Contra verò, si custodierint mandata illius, in præmi-

A um illa pollicetur copiosissimam earundem omnium rerum benedictionem, vt patet id totum caput legenti. Si verò eiusmodi maledictio sit in modum operantis, fieri licet poterit à quocunque, qui licet alicui desiderat pœnam in bonis illius, vel malum aliquod in eisdem bonis intuitu maioris boni, iuxta ea quæ *Diffus. at. 15. articulo octavo, citato* copiosè explanata sunt. Quo in loco diximus, non valere hanc consequentiam; licet quis potest alicui velle aliquod malum in pœnam, aut intuitu maioris boni, ergo licet potest illud ei inferre, quoniam ad hoc secundum iurisdictionem est etiam necessaria, quæ sæpe ei deest, qui licet alicui pœnam aut aliud malum exoptat. Quòd si per modum imperij ac casualitatis bona alicui externa ab eo maledicantur, quid in iustam pœnam non potest intelligere, vel in modum optantis alicui illicite desideret malum aliquod in eisdem bonis, iuxta ea quæ *art. 8. citato* explicata etiam sunt, tunc culpa interuenit aut venialis, pro quantitate mali, attentisque circumstantiis omnibus concurrentibus, idque vel contra solam caritatem; vel etiam contra iustitiam, prout fuerint circumstantiæ concurrentes.

8 Secundo eadem creaturæ irrationales eodem modo spectatæ maledici possunt ad aliquid significandum, idque per modum imperij ac casualitatis. Accutis, qui ita maledicit, ius habeat ad destruendum talem creaturam, eive nocendum, licet ea maledictio: Sic Christus, qui Dominus est omnium, *Mat. 11. maledixit scilicet*, in qua fructum non inuenit, quem esuriebat, sed tantum folia, quæ statim à radicibus aruit, ad significandam maledictionem, pœnamque grauisimam desertionis Dei, quæ imminere Synagogæ, eo quòd reddere noluerit fructum iustitiæ. Sic etiam in grauisimis criminibus diui domus & destruitur civitates malefactorum præcipiuntur, saleque seminari, cum præcepto vt in æternum non reedificentur, in lignum & memoriam ac detestationem tanti criminis eorum, quorum domus ac civitates illæ erant.

9 Tertio creaturæ eodem ferè modo spectatæ maledicuntur, non in modum imperij ac casualitatis, sed in modum operantis, nec semper ex animo vt id ita sit, cum quàm sapièssimè & vt in plurimum, qui eo modo maledicunt, impossibilia imprecentur irrationalibus aut etiam rationalibus rebus, & quæ videntur futura omnino non esse, neque curant aut intendunt vt sunt, sed solum exprimere dolorem suum & affectum, quam que indignum aliquid in se sit, vt eueniret, præcisè in se spectatum, vt funestum ac triste, non habita simul consideratione, quòd vile illud alioquin sit ac valde proficuum, atque ex Dei dispensatione ac providentia in fines optimos profectum: qua ratione illi ipsi patienter, quin & gratanter, tanquam à Deo profectum, vt beneficium singulare, Deique donum ipsis factum, si viri sint sancti, (quorum exempla proferemus) complectuntur. Vnde in eiusmodi maledictionibus hyperboles interuenire solent non modicæ, ad magis ea ratione exprimendum animi affectum, quo ad id dicto præcisè modo spectatum: consuetæque antiquis temporibus fuisse videntur ad plandus & affectus circa mortes & alia infortunia exprimendos: magisterque erant, quæ ex munere habebant alias dæcere ac inferuere in cætu lugubri ac lamentabili infortunium exaggerando, laudesque defuncti proferendo, ad idque cum alijs mulieribus & hominibus se conducebant, præfixæ nuncupabantur, homines, qui in plandis idem munus exercebant, dicebantur præfici. De eiusmodi autem plandibus tunc consuetis sermo est in scripturis sacris in veteri & in nouo testamento. In eis verò in præ-

rationibus rerum impossibilium mendacia non sunt, non solum quod hyperbolicè dicantur ad exprimendam affectum, sed etiam quod non in orationibus optatiuis aut imperatiuis, sed solum in indicatiuis, quæ solæ enunciatiue nuncupantur, affirmationes, quæ sunt aut negationes, mendacium cerni possit. Sic Dauid 2. Reg. 1. ad exprimendum affectum, quem ipsi & alij filij Israel habere debebant circa infortunium mortis Saul & Ionatæ, atque aliorum fortium Israël, ad illudque exaggerandum, maledixit montibus Gelboë, in quibus acciderat, dicens: *Mones Gelboë, nec ros nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.* Satis autem est perspicuum, Dauidem intellexisse, Deum ea de causa supernaturaliter non effecturum, vt nec ros nec pluuia deinceps caderent in eis montibus, neque colerentur agri, vnde primitiæ Deo offerrentur: præsertim cum in poenam iustam peccatorum Saulis eas cædes ibi permisisset, atque vt Dauid regno Israëlissetur, quem loco Saulis elegerat: neque videtur Dauid id optasse, sed solum ea via exprimere affectum ac dolorem habendum de eo infortunio in se præcisè spectato, seclusis affectibus inde sequentis, finibusque optimis, ob quos à Deo fuit permittum. Maxime quia litera planctus illius tradita fuit à Dauid, vt filij Iuda illo modo plangerent infortunium illud, iuxta morem eius temporis: sic enim eodem capite 2. habetur: *Plauxit autem Dauid planctum huiuscemodi super Saul, & super Ionatan filium eius. Et præcepit vt docerent filios Iudæ planctum, sicut scriptum est in libro iustorum.* Et ait: *Considera Israël pro his, qui mortui sunt super excelsum vulnearum. Inclinati Israël, &c.* Facile autem quis intelligit, eos, qui illum planctum canebant, illoq; modo infortunium illud lamentabantur, non intendisse optare & postulare à Deo, vt in memoria eius infortunij nec ros nec pluuia caderent deinceps in eis montibus, nec colerentur agri, nec silens pascua: sed illa hyperbole optatiua intendisse solum significationem affectum & dolorem illius ruinæ, atque ad illius luctum ac planctum more illorum temporum se inuicem excitare. Eodem etiam modo alias hyperboles continet planctus ille ad laudes interfectorum more eorundem temporum, vt est illud: *A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionatæ nunquam redijt retrorsum, & gladius Saul nunquam reuertus inanis. Saul & Ionatæ amabiles & delectabiles, aquila velociter, leuibus fortiores.*

Eadem hyperbolica optatiua maledictione Iob capite tertio maledixit diei, in qua natus fuit, & nocti, in qua fuit conceptus, multa magna ex parte impossibilia per hyperbolem optatiua oratione exprimens, quæ suis tribus amicis significarent, quanta angustia & quot miserijs esset repletus, ad quas si solum respiceret, & non ad Deum, cuius amore illud patiebatur, & à quo erant illi permissa, atque ad præmium & bonum virtutis, quod permissio eorum asserbat, libenter optasset, se nunquam fuisse natum nec conceptum, mortemque cum vita fuisse commutatam, antequam ad illas denenisset. In quo sensu Ec. lesiastes 4. Salomon etiam dixit: *Vidi calumnias, quæ sunt sub sole, & laudam magis mortuos, quam viuentes, & felicitatem viroque indicatis, qui nunquam natus est, nec vidit mala, quæ fiunt sub sole.* Quare præterquam quod ea omnia à beato Iob optatiua hyperbole sunt dicta, more tunc in deploratiue infortuniorum ac miseria-rumque in expressione affectus ac doloris consuetum; & quod impossibilia ita per hyperbolem optatiue prolata intelligantur, si esse possent, sanè non intelliguntur simpliciter & cum omnibus suis circumstantijs, sed spectatis nudè ac præcisè miserijs illis in se & quo ad angustiam atque afflictio-

Tom. 5.

nem, quam pariunt, seclusis alijs circumstantijs, quod à Deo sint permissæ, & eius amore perferantur, & quod bonum virtutis ac præmium patienter perpessæ afferant: quo pacto spectatæ non solum sunt tolerabiles valde, sed & optabiles. Hoc enim modo illas spectatis patientissimè Iob ingentique cum merito illas pertulerat, vt ex duobus antecedentibus capitibus constat, adeoque per spem firmus in Deo erat, etiam post eam hyperbolicam maledictionem diei suæ, & post ceptam disputationem cum amicis suis, vt cap. 13. dixerit: *Etiamsi succiderit me, in ipso sperabo.* Et cap. 19. *Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exararetur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel cæte sculptantur in silice? Sio enim, quod redemptor meus vixit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciantur, & non aliter. Reposa est hæc spes mea in sinu meo.* Quæ verba copiosè exposuimus i. p. quæst. 27.

Illud, sub aliorum iudicio, concederem, tam in hac hyperbolica optatiua maledictione, post aduentum, planctum, ac silentium trium suorum amicorum septem illis diebus, quam in sequentibus, attenta innocentia vite suæ, & magnitudine laborum, miseria-rum, tribulationis, & angustia, quæ se immeritè pati contendebat, volendo stare cum Deo in iudicio, contendereque cum eo, maiora & acerbiora pati, quam mereretur, (de qua re in sine capite 39. & initio capitis 42. recognoscit suam insipientiam & culpam, agique penitentiam) optasse sibi mortem cum vita commutari, vt à tam ingenti miseria & angustia liberaretur, vt perspicue constat ex disputatione cum suis amicis. In quo à perfectissima patientia, vt homo, aliquid defecisse videtur, & fortè cum peccato aliquo veniali: eaque de causa Scriptura facta duobus capitibus præcedentibus, cum in calce capitis primi, post acerbissimam amissionem bonorum externorum, & filiorum ac filiarum, in laudem eximie patientiæ Iob dixisset: *In omnibus hu non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra Deum loquutus est;* & cum ad finem capitis secundi, post sanctissima illa verba ad vxorem accepto insuper vlcere illo pessimo, ex quo sedens in sterquilino testa saniem radebat, eadem scriptura in commendationem eiusdem eximie patientiæ addidisset: *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, de maledictione diei suæ, & de ijs, quæ sequuntur, nihil tale scriptura dicit.* Tamen in ijs, in quibus non peccauit, rectum ipsum fuisse loquutum scriptura ipsa capite ultimo testetur: atque non sic rectum amicis illius fuisse loquutos, quarens ex miserijs, quæ Iob fuit perpessus, temere illum iudicaturum hypo-critam, peccatoremque occultum, Deumq; hominibus per suam prouidentiam non permittere similia mala, nisi in poenam suorum peccatorum. Quia verò in beato Iob tanta sanctitas atque innocentia adeoque eximia patientia fuit, peccatumque illius fuit ex ignorantia, facile ab illo fuit erutus, facileque illi fuit condonatum, ob suamque eximiam patientiam cum ingenti merito bonis copiosissimis fuit cumulatus, intercessorque à Deo ipso fuit constitutus, vt amicis illius peccata remitterentur, quæ etiam ignoranter, iuncti tunc honores Dei, Deique partes aduersus beatum Iob defendendi, commiserant.

Circa illa verba, quibus inter alia Iob diei suæ maledixit: *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui perit sunt scintillare Leuiathan;* inter alias expositiones, ea nobis magis probatur, qua Leuiathan dicitur voces sint in Hebræo eo in loco significantes luctum suum. Vnde sensus illorum verborum est, *Maledicant ei, diei scilicet nauis vitæ ac conceptus* Me.

mei, qui maledicunt dicit, in qua scilicet aliquid triste atque aduersum aduenit, & inter eos illi, qui parati sunt suscipere luctum, id est qui tanquam magistri, ducuntque aliorum in planctum, præficique ac præfixa ea de causa dicebantur, parati sunt excitare luctum, ad illamque provocare: hi enim consueverunt & locum & diem maledicere, in quo id triste, quod plangitur, euenit, quasi dicit Iob, qui maledicere solent aliis diebus, in quibus aliquid aduersum ac triste aduenit, inter quos illi præcipui & frequentiores esse solent, qui magistri constituuntur ad tristitia lugubriaque cantica componenda, & ad alios excitandum ac ducendum ad luctum, maledictiones quas inter alios dies conijcere solent, eas omnes in eum diem conijciunt. Expositionem reliquorum verborum maledictionis, quibus beatus Iob ille diei suæ maledixit, apud expostores eius loci legas.

Similis quoque hyperbolica maledictio, longèq; diutior, ad magis exprimendum dolorem, tædium, ac laborem suum, legitur apud Ieremiam ca. 20. Cùm enim, propterea quòd captiuitatem Babylonicam prophetaisset, percussus fuisset, & in durissimum carcerem fuisset coniectus, atque ab omnibus exosus habitus fuisset & quòd aliquantulum tardasset euentus, etiam à quondam sibi amicis pseudo propheta esse habitus, ac persequutus, ad eòdè ut sanctus propheta in queremonias ad Dominum ex impatientia (ut homo) fuisset conuersus; post excitationem ad laudem & gratiarum actionem Deo, quòd sibi altirisset tanquam bellator & adiutor fortis, eumque eruisset ab omnibus aliis malis, euentuque comprobasset, veram atque ex Deo fuisse prophetiam suam, idque verbis illis: *Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberasti animam patris mei de manu malorum*; continuò, ad exprimendum in quanto tædio, afflictione, ac labore antea fuerit, subiunxit: *Maledicta dies, in qua natus sum; dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir, qui annunciat patri meo dicit, Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio laetificauit eum. Si homo ille, ut sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & peruenit eum (subuersas scilicet fuisse, reparari illas permittens, reuocando sententiam subuersionis earum) Audiat clamorem matris, & vultum in meridiano, (id est, nunquam deficiat tributio in domo eius) qui non me interfecit a vultu, (id est, dum effo in vtero matris) ut fieret nobis mater mea (sepulchrum, & vultus eius (id est, vterus illius) conceptus aternus (ex quo scilicet nunquam sequeretur partus) Quare de vultu egressus sum, ut viderem laborem & dolorem, & conseruauerunt in confusione dies mei? Hæc per hyperbolem propheta ibi, postquam transacta fuit illius afflictio & angustia maxima, ad exprimendum, quatenus tunc ipsius fuerit dolor, afflictio, ac tædium, & quali exclamatione hyperbolica dignum, si ad illud in se solùm oculi conijcerentur, sine aliis adiunctis circumstantiis, quæ eum doctè lenirent ac tolerabilem propter Deum bonumq; virtutis ac meritum redderent. Atque quòd per hyperbolem illa sint dicta, restatur, quòd iniquè & sine causa propheta exoptaret tantum malum homini illi, qui absque culpa, imò etiam merito, natiuitatem ipsius patri suo nunciasset, & qui non sine graui peccato ipsum necasset in vtero matris: maximè cum ignarus tunc fuisset afflictionem & dolorem, qui Ieremias erant superuenturi: & cùm impediendus ea via fuisset, sanctitatem maximam ac meritum eius propheta. Vnde Hieronymus in eum locum ait; *Quæ omnia dicuntur hyperbolice. Et idem de hac exclamatione Ieremias, & de illa alia beati Iob, affirmant Dionysius Carthusianus in eum locum, & in fine commentariorum in 3. cap. Iob. & alij.**

A mali pœnæ, quæ in psalmis & prophetis inueniuntur factæ peccatoribus, ut est illud: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ oblitiscuntur Deum. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius, &c.* Et sunt alia similes, vel esse prædictiones spiritu prophetico, ut fit sensus, conuertentur, & constituetur, vel esse imprecationes operatiuas vel imperatiuas, intuitu quòd ita iustum fit ut fiat, & conformandoq; se voluntati diuinæ ea in parte, prophetico spiritu agnita. Neque video, cur homines in hac vita, iustitiæ intuitu, & quia ita est dignum ac bonum ut fiat, petere iustè ac licitè possint à ministris Dei iustam & competentem vindictam, & non eodem modo ac intuitu petere idem possint à Deo. Tametsi consulendum sit, ut potius à Deo postuletur misericordia circa eos, qui nos offenderunt, quib; pœna sunt digni, quàm petere ut de illis Deus ipse nos vindicet, iustam pœnam illis infligendo. Tam quoniam illud primum postulat misericordia & caritas in eos proximos. Tum etiam quoniam id prouocat misericordiam Dei, ut nobis peccata nostra dimittat, misericordiam suam circa nos exerceat.

Si creaturæ, tam irrationales quàm rationales, spectentur secundo modo, nempe ut sunt effectus atque opera Dei, tunc blasphemum esset maledicere illis eo modo spectatis. Quoniam id caederet in iniuriam & cõreptum Dei, à quo emanarunt: idque etiam si malediceretur diabolo quo ad illius naturam quatenus est effectus Dei. Illud verò Ecclesiastici 21: *Cum mal dicit impius diabolo, maledicit: ipse animam suam*; non intelligitur de diabolo quo ad naturam, sed quo ad culpam: quod iustum est. Sensus verò illorum verborum est, iudicet se ipsum eodem modo dignum maledictione ob culpam, in qua similis illi est: iuxta illud Pauli ad Rom. 2. *In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.*

Si autè irrationales creaturæ tertio modo spectentur, secundum se scilicet, tunc quia capaces iniuriæ nō sunt, non est culpa lethalis illis maledicere, sed solum venialis ob indecentiam, quæ est eo modo maledicere, & quoniam id vanum, otiosum, atque irrationabile est, ut diuus Thom. 2. 2. q. 76. art. 2. ait. Quare, qui iumentis, ventos, pluuias, & aliis similibus rebus maledicunt, eum regulariter illis secundum se spectatis maledicant, regulariter quoque non peccant lethaliter, sed venialiter. Hoc loco dicendum post hanc disputationem foret, de pœnis pro delictis contra iustitiam commutatiuam circa bonum honoris, & de restitutione, nisi propter damna honoris alieno iniuste data, nisi commodius vtrumq; explanaretur in ferius, dum de pœnis ob delicta circa bonum famæ fuerit sermo, & de restitutione pro damno famæ iniuste illato.

S V M M A R I V M.

1. Omne quod exterius fit, quod iniuste famæ alterius præiudicat, id totum pertinet ad vitium in genere iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium: alius verò internus voluntatis, quo quis iniuste aliquid tale fieri, aut intentari consentiat, est peccatum internum eiusdem vitij.
2. Non solum committitur peccatum contra iustitiam commutatiuam circa bonum famæ, quando verbo aut factò aliòve signo intenditur lasio famæ alicuius, sed etiam quando non intenditur, nisi ignorantia probabilis excuset.
3. Dextra actio pars est vitij contra iustitiam commutatiuam circa bonum famæ.

35 Questione 25. art. 3. citato; diximus imprecationes

DE VITIO IN GENERE IUSTITIAE COMMUTATIUAE CIRCA BONUM FAMAE CONTRARIO, & DE DETRACTIONE PARTE ILLI SUBIECTA.

DISP. 23.



Explicatis vitiiis, quae sunt contra iustitiam commutatiua circa bonum honoris, dicendum consequenter est de vitiiis iustitiae commutatiuae circa bonum famae contrariis. Et quoniam a *Disput.* 13. dictum est de parte quaedam subiecta huic vitio latissime sumpto, cuius actus imperati interni sunt, nempe de iudicio temerario, suspitione & dubio temerariis, nunc solum dicendum est de vitiiis eidem iustitiae commutatiuae circa bonum famae contrariis, quorum actus imperati externi sunt.

Quemadmodum autem *Disputat.* 18. dictum explanatumque est, quicquid exterius fit, quod iniuste honori alterius prauiudicet, id totum pertinere ad vitium in genere iustitiae commutatiuae circa bonum honoris contrarium: actum vero internum voluntatis, quo quis iniuste aliquid tale fieri aut intentari consentiret, effect peccatum internum eiusdem vitij: sic nunc est dicendum, quicquid exterius fit, quod iniuste famae alterius prauiudicet, id totum pertinere ad vitium in genere iustitiae commutatiuae circa bonum famae alterius contrarium: actum vero internum voluntatis, quo quis iniuste aliquid tale fieri aut intentari consentiret, effect peccatum internum eiusdem vitij. Potest vero (vt etiam circa vitium iustitiae commutatiuae circa bonum honoris est dictum) fieri aliquid exterius, quod iniuste famae alterius prauiudicet, non solum vocalibus verbis & scriptis, atque aliis signis, vt cornua appendendo foribus illius, in signum quoddam aliquid adulteratus sit cum vxore illius, similibusque aliis signis, quae aliquid significent, quod in infamia illius cedat, sed etiam factis. Si quis enim ita alapam alteri impingat, aut susto illum percutiat, vel pedibus illum conculcet, aut barbam illius euellat, vel simile aliud ignominiosum illi efficiat, vt ea contumelia in notitiam aliorum deueniat, sane is non solum contumeliam laesionemque in honore est passus, sed etiam passus est laesionem actionemque in fama & existimatione, quae de illo habebitur, interim dum iuxta leges mundi non sumptis competenter vindictam. Paruipenduntur quippe in aliorum existimatione, neque coguntur alia apparere audebit, existimationem rimando, quae de illo ea in parte habebitur, vt experientia testatur. Longeque plus id faciet, quam per eandem contumeliam laesionem sibi esse factam in reuerentia & honore, qui illi debebatur. Idem dicendum est de eo, cum cuius vxore ita adulterium sit commissum, vt in aliorum notitiam commissum id esse deueniat, & de quocunque alio, qui simili modo contumeliam sit passus. Sicut enim laesio in corpore, & laesio in honore, quae interdum eiusmodi contumeliis iniuste sunt, simul sunt contra iustitiam commutatiuam circa bona corporis, & contra iustitiam commutatiuam circa bonum honoris, atque si vtrumque damnari persequeret, obligatio ex commutatiua iustitia conuenit restituendi vtrumque: sic quoque laesio, quae simul iniuste in fama & in existimatione conuenit, pertinet ad distinctam speciem iniustitiae contra iustitiam commutatiuam circa bonum famae, conuenitque obligatio restituendi etiam id damnum, si persequeret: quandoquidem si persequitur est voluntarie datum iniuste, vna cum laesionibus illis aliis in honore & in corpore. Suntque species

Tom. 5.

A illa tres vitij ac iniustitiae sufficienter aperiendae & in confessione, aut quae earum simul fuerint reperia, vt *Disput.* 18. explanatum fuit. Multosque reperies, qui in contumeliis ad hanc rationem vitij contra iustitiam commutatiuam circa bonum famae non attendunt, neque ad damnum contra famam eiusdem contumeliis iniuste datum: cum tamen quando contumelia simul honor & fama iniuste laeduntur, confurgere soleat longe maior obligatio restituendi damnum famae iniuste datum, quod permanere maiusque esse solet, quam damnum honoris, vt ex dicendis constabit. Fieri autem factis laesionem in fama, sicut & verbis, inter alios affirmant Adrian. *quodl.* 11. *quest.* 11. *lit.* D.

Quemadmodum *Disput.* 18. dictum est, non solum quando facto aliquo aut signo iniuste intenditur laesio honoris, committi peccatum contra iustitiam commutatiuam circa bonum honoris, sed etiam committi idem peccatum, quando ea laesio non intenditur, & tamen inde sequitur, nisi probabilis inuincibilisve ignorantia, quod ea via talis laesio euenire posset, excuset ab ea culpa: sic quoque in re proposita est dicendum, non solum quando verbo, aut facto, signo ve alio intenditur laesio famae alicuius, committi peccatum contra iustitiam commutatiuam circa bonum famae, confurgereque obligationem restituendi damnum permanens famae ita iniuste datum, sed etiam quando non intenditur ac sequitur, nisi ignorantia probabilis sit seu inuincibilis, quod ea via euenire posset, quemadmodum a culpa iniustitiae circa eam laesionem famae, ita ab honore restituendi famae damnum excuset. Ratio autem est, quam ibi reddidimus, quia scilicet ea iniusta laesio famae licet intenta non sit, est tamen voluntaria, impurataeque volita, quod sufficit ad rationem vitij ac culpa, & ad obligationem restituendi damnum ita culpabiliter contra iustitiam datum. Vt tamen ibidem subiungimus, id damnum non esse intentum, non parum extenuat rationem culpa, fierique interdum poterit, vt ex eo capite culpa, quae alioquin esset lethalis, solum sit venialis. Prudens autem arbitrio ibidem subiecit, spectatis caeteris circumstantiis concurrentibus, esse iudicandum, quando tunc culpa ad lethalem perueniat: regulamque adiecit vnde id melius posset iudicari. Quae omnia vt in damno ita praeter intentionem iniuste contra honorem dato locum habent, ita habent locum in damno circa famam similiter praeter intentionem iniuste datum, eaque de causa non plus in hac explicanda immoror.

Eadem *Disputat.* 18. dicebamus, quod per se hoc vitium distinguitur specie a vitio contrario iustitiae commutatiuae circa honorem, esse quod in vitio hoc iniuste laeditur fama, in illo vero laeditur iniuste honor: quod vero in praesentia aut absentia laedatur, per accidens esse quo ad distinctionem horum vitiorum atinet. Vnde ibidem ostendimus, vitio hoc in praesentia eius posse committi, cuius fama iniuste laeditur, vti vitium illius coram illo alius manifestetur iniuste, aut etiam falsis, aut si contumelia illi fiat, quae existimationem ac famam illius laedat. Lege quae ibi copiosius hac de re dicta sunt.

Non habemus nomen, quo hoc totum vitium contra iustitiam commutatiuam circa bonum famae significetur. Pars quaedam illi subiecta detractio dicitur. Et quamuis, si ad vim huius nominis, ad verbumque vnde id nomen derivatur, attendas, sane ad significandam detractioem cuiuscunque rei atque de quacunque re fuerit impossibile, atque per translationem accommodatum fit ad significandam detractioem quae famae iniuste

E 2

1263

atq; in malam partem potuisset que proinde ea ratione transferri & accommodari ad significandum totum hoc vitium; si quidem eo vitio toto signo aut facto iniuste detrahatur de fama proximi; eadeve iniuste læditur; ex vsus tamen accommodacione solam significat detractionem iniquam & iniustam verbo vocis, aut scripto, fame alterius; & qui id vitium verbo vocis, aut scripto, committit, detractor dicitur. Hispanè *murmuracion* vitium hoc nuncupatur, & quoniam committitur, *murmurador*. Videturq; vsurpatio hanc vocem Hispanè ad id significandum à murmure vocabulo latino, & à murmuracione originem traxisse: quod vocis murmur interuenire solet, dum id vitium committitur.

SUMMARIUM.

1. Nocentum fame alterius inferri potest sine peccato, quando ita est necessarium ad erudendum eum à peccato, cuius fama detrimentum inferitur, aut ad impediendum peccatum illius.
2. Item, quando nequitia eius cuius fama præiudicatur, ita est omnino necessarium ad malum impediendum, quod reip. aut privato alicui imminet, licet inde nullum spirituale commodum eius, cuius fama id detrimentum inferitur, speretur.
3. Item, quando ad liberandum innocentem necessarium est reuelare crimen occultum eius, qui verè nocuit.
4. Item, quando licita est accusatio de peccato alieno occulto, aut quis teneretur, vel licet de illo testificari, aut denunciare à iudice interrogatus vel non interrogatus.
5. Item, in pœnam iustam delicti ab eo commissi potestas publica licite alicui infamat.
6. Item, quando ira expedit bono communi, aut etiam bono eius qui infamatur.
7. Quando de vita & moribus requiritur, ad magnum aliquod emolumentum inquiritur, tunc fas est detegere peccata eorum occulta, de quibus ad eum finem inquiruntur.
8. Quando aliquid ita requireretur aliquibus, sive qui ad id eligerentur, dummodo tales vel tales habeant conditiones, ita ut si eas conditiones non habuerint, ius ad id non habeant, tunc licet istos defectus, licet paucis notos, detegere.
9. Licet etiam historiographis aliquid plus scribere in historiis, quod ad infamiam aliquorum, de quibus scribunt spectat.
10. Quando in lesione propria fama peccatum interuenit contra caritatem & non contra iustitiam, id non attinet ad vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum fame contrarium, sed ad vitium propriæ caritati contrarium.

IN QUIBVS EVENTIBVS ABSQVE vitio, atque adeo licite, nocentum fame alterius inferatur.

DISPUT. 24.

ANequam vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum fame contrarium, partesque illius, magis explanemus, explicandum est, in quibus eventibus absque vitio atque adeo licite fama alterius nocentum inferatur. Quia enim sepe absque vitio fieri potest, idcirco initio præcedentis disputationis, explicando hoc vitium, dictum est; quicquid exterius sit, quod iniuste fame alterius præiudicet, id totum pertinere ad vitium in genere iustitiæ commutatiuæ circa bonum fame contrarium.

A Primò autem id licite & absq; peccato fit, quando ita est necessarium ad erudendum eum à peccato, cuius fame detrimentum inferitur, aut ad impediendum peccatum illius. Tunc enim licite manifestatur peccatum illius occultum cum detrimento fame eiusdem, aut alia via præiudicatur licite fame illius: præcisè tamen quantum est satis ac necessarium ad eum effectum. Id verò inde originem habet, quoniam præponenda est vita spiritalis illius, illumq; Deum non offendere, fame eiusdem. Quia tamen non maius detrimentum licite inferri potest fame illius ad eum effectum ac finem, quam necessarium ad illi obtinendum sit, seruari debet ordo correctionis fraternæ in euangelio præscriptus, quo ad fieri poterit, atq; sufficere sperabitur ad eum finem intentum, vt in materia de correctione fraterna copiosè à nobis fuit explicatum. Ordo quippe ille correctionis fraternæ in eo naturali iure fundatur, indeq; originem traxit, quòd correctio proximi in bonum spirituale illius fieri debet cum minori iactura illius possibili, vt natura lumen præscribit. Lege circa hunc euentum, quæ diximus supra Disp. 5. §. eod. modo.

B Secundò idem licite fit, quando nequitia eius, cuius fame præiudicatur, ita est omnino necessarium ad malum impediendum, quod reipublice aut privato alicui imminet, estò inde nullum spirituale commodum eius, cuius fama id detrimentum inferitur, speretur; tantum præcisè fame illius præiudicando, quantum nequitia illius ad id fuerit necessarium, vt *Disput. 5. §. auxi. supra*, hoc totum explanatum copiosè fuit. illa legas.

C Ex hoc & ex prioribus euentibus sequitur, si famulus deprædetur dominum suum, aut filius patrem, neque aliter id damnum impediere possit, quam domino aut patri reuelando, tunc reuelari ei debere, nihil impediens iactura fame illius malefactoris; & punitione aliqua, quæ eidem malefactori ex eadem reuelatione immineret. Quoniam id totum postponi debet salutis spiritali illius, impeditioui, aut peccatorum, quæ, si id non reuelatur patri aut domino, ille ea ipsa in re continuabit, & quòd impediatur id temporale damnum talis patris aut domini, quod culpa eiusdem malefactoris adhuc pendet in futurum. Si tamen satis esset admonere patrem, aut dominum, vt aliquid efficeret, vnde impediatur id damnum, sine reuelatione malefactoris, id solum fieri tunc deberet. Quando ex reuelatione malefactoris timeretur mors illius iniusta, aut maius malum illius, quam esset detrimentum temporale patris aut domini, reuelari tunc id delictum non deberet. Hæc eadem similiter intellige, quando filius aut domesticus inhonestè viueret, neque aliter speraretur vitanda peccata quæ pendet in futurum, quam reuelando rem patri aut domino.

Propter eandem rationem, si aliquis se fingeret optimum medicum, aut idoneum ad aliquid aliud, ad quod idoneus non esset, idque vergeret in præiudicium alicuius; si admonitus desisteret ille non veller, licitum esset detegere, tale illum non esse, quantum satis esset, vt id damnum impediatur, estò illius existimatio minoreretur. Imò verò estò ille non se fingeret ad id idoneum, & alius vt ad id illo veller, ignorans idoneum ad id illum non esse, licitum esset detegere, idoneum illum ad id non esse, vt euitaretur damnum illud proximi.

E Eadem ratione si aliquis mihi, amico meo, aut cuius alteri proximo, imponeret aliquid, aut contra iuris ordinem accusaret, vel testificaretur, ita quòd iniuste ego aut proximus maneremus ab eo infamari, alterive notabili periculo obiecti, sanè quando aliter repellere non possemus eam infamiam aut damnum, fas esset, vim vi repellendo extenuare illius famam, quantum satis esset ad expellendam

lendam iniuriam ab eo nobis illatam non quidem falsa illi imponendo, aut aliquid in vindictam illi obijciendo, vel aliquid contra famam atq; existimationem illius obijciendo, vel efficiendo, quod nihil ad nostram defensionem & ad nostram famam purgationem inferuat, sed solum quod ad hæc inferuiret.

3 Terrid, quando ad liberandum innocentem, necessarium esset reuolare crimen occultum eius, qui verè nocuit ac deliquit, licitum esset illud reuolare cum detrimento famæ illius, & cuiusuis alterius pœnæ, cui ea reuelatione subijceretur. Verbi gratia, Petrus crimè occultum commisit, quod Ioanni impunitur; ita quòd vitæ, famæ, aut aliud notabile bonum Ioannis periclitetur, nisi detegatur Petrum id crimen commisisse; tunc dico, tertium, qui sciuerit, non Ioannè, sed Petrum id crimen commisisse, teneri illud detegere præcisè quantum satis sit ad liberandum Ioannem innocentem ab eo periculo ac detrimento; modò tamen id nõ sciuerit per secerum commissum in euentu, in quo iuxta dicta *Dissp. 5.* teneri illud seruare. Ratio autem est, quoniam præponderare apud eum tertium debent fama & bonum innocentis, quam hæc ipsa nocentis, quòd dignus suo delicto est, vel detrimentum in illis subeat, neq; tunc vlla iniuria in eo sit nocenti. Ita Nauar. *l. iust. verba nu. 702.* in Commentario Hispano. Admonendus tamen esset nocens, vt se collocaret in loco tuto antequam detegeretur, quando id sufficeret vt innocens liberaretur à periculo, in quo est.

4 Quartò, quando licita est accusatio de peccato alieno occulto, aut quis teneri vel licitè potest de illo testificari, aut denunciare à iudice interrogatus, vel etiam nõ interrogatus, iuxta ea quæ quo ad hæc omnia tractatu sequenti explicanda sunt, licitè præiudicatur famæ talis peccatoris detegendo peccatum illius occultum. Pro bono quippe communi, & vt delicta impunita non maneant, atq; suam vel suorum iniuriam inprosequendo, iustam vindictam ac compensationem iniuriæ sibi aut suis illatæ postulando, hæc licent: & aliquando, qui tale peccatum detegit, ad id teneri.

5 Quintò, in pœnam iustam delicti ab eo commissi potestas publica licitè aliquem infamat. Sicut enim pro delicto commissio licitè malefactor puniuntur in corpore, & in bonis suis exterius: ita etiam puniri iuste potest in bonis honoris & famæ, vt *Dissp. 18.* dictum etiam fuit.

6 Sextò, quando ita expedit bono communi, aut etiam bono eius, qui infamatur, licitè præiudicatur eius famæ, detegendo crimina & defectus illius, tantum præcisè, quantum ad id fuerit expediens ac necessarius. Vt si aliquis sacros ordines petat, aut beneficium ecclesiasticum, aut aliud munus, sitq; indignus propter delictum occultum, ita vt promoueri, conferri ei beneficium ecclesiasticum, aut præfici alicui muneris, perniciosum futurum sit bono communi, aut salutis spirituali eius, qui id petit, aut cui id conferri paratur, quia incidet in baratrum delictorum, quæ multum Deum offendant, dedecant id ministranti, & cedant in scâdulum aliorum, dæregendum tunc est id crimen illius occultum, non solum quando de eo nõ inquiritur, sed etiam quando de eo non inquiritur; modò tamen ex ea detectione fructus speretur: & modò id fiat cum quàm minima iactura famæ illius fuerit possibile. Ratio autem est, quoniam præponi debet commune bonum, aut etiam spirituale eius peccatoris, famæ eiusdem.

7 Quando autem de moribus & vita alicuius inquireretur ad gradum in aliqua vniuersitate sumendum, (vt in Euorensi academia, quæ Ecclesiastica est, statutis illius sit) vel de moribus ac vita alicuius famæ inquireretur, vt illi elemosyna, qua

A nubat, conferatur; quoniam talis elemosyna relicta aut constituta sit, vt solum elargiatur faminis honestè viuentibus; vel quando de vita & moribus alicuius ad aliud simile inquiritur; tunc nefas esset detegere peccata eorum occulta, de quibus ad eum sinem inquiritur; sed solum fas erit detegere ea peccata, de quibus ille laborat infamia: quoniam illi soli, qui de eis criminibus infamia laborant, intendi videntur excludi ab eis gradibus, ab ea elemosyna aut ab alia simili re, ad quam ea morum honestas exigitur. Neq; quæcumque de causa fas est detegere peccata secreta, aut de illis licitè inquirere: eo quòd pluris facienda sit hominum fama, quæ alioquin multum necessaria est ipsis ac reipublicæ, quàm vt ob similes res liceat præiudicium illi asserre. Qua de causa in *materia de elemosyna q. 32. art. 9.* dicebamus, nefas esse inquirere peccata pauperum occulta ad eos, qui probi sint, eligendos, vt eis potius, quàm alijs, elemosyna conferatur: peccatumque esse lethale, tum ea de causa illa inquirere, tum etiam eadem de causa illa detegere: solumque fas esse illa de causa ea peccata inquirere ac detegere, de quibus est saltem infamia. A regula tamen tradita exciperem, quando ex susceptione talis gradus iuste timeretur notabile detrimentum boni communis & periculi animarum, vt si ob eum gradum is assumere tur ad munus, vnde periculum immineret animarum, aut si graue scandalum immitteret ex eo, quòd ille ad eum gradum esset promotus, vt si peccatum illius occultum sit tale, quod verisimiliter fiet ostensa publicum, relabetur in illud magno cum dedecore gradus, & scandalo, quòd is, quò ad eum gradum assumptus est, talis sit moribus: id quod facile euenire potest, præsertim si gradus sit doctoris in sacra Theologia. In hoc tamen euentu, non quia statutis vniuersitatis sit sancitum, vt inquiratur de moribus illius, qui eum gradum voluerit suscipere, fas est tale crimen occultum detegere, sed quoniam natura ipsa rei, caritas, ac recta ratio pollulant, vt pro bono communi id crimen detegatur, modò ex ea detectione fructus speretur.

Illud est obseruandum, quando aliquid ita relinqueretur aliquibus, iisve qui ad id eligerentur, dammodo tales vel tales habeant conditiones generis, vel alterius similis rei, ita vt si eas conditiones non habuerint, ius ad id nõ habeant, incapacesq; proinde ad id sint; tunc, est id eiusmodi defectus paucissimis noti sint, licitum est illos detegere. Quoniam agitur de euitando præiudicio tertij, & simul sæpe de euitando peccato ac iniustitia eius, qui id intendit, vt si eos suos defectus sciat, & nihilominus id intendat: eaq; lege is censetur se ad illud opponere, aut illud intendere, vt quicquid de illo ea de re sciat, detegatur. Quando tamen aliquis, ignorans se eo defectu laborare, defectusq; is esset occultus; tunc is, qui eum defectum sciret, teneretur admonere eum, qui id intendit, vt prius, quàm de eo inquireretur, aut quàm inquisitio absolueretur, desistat ab ea re intentanda. Si autem ille desistere non vellet, teneretur eum defectum illius detegere.

E Pro bono item communi, quod ex historiis resultat, aliquid plus licitè est historiographis scribere in historiis, quod ad infamiam aliorumq; de quibus scribunt, posterorumque ipsorum spectat, quàm alioquin illis liceret, vt in sequentibus dicemus.

Illud quoq; est obseruandum, quando in laesione propriæ famæ, aut alicuius alterius, peccatum inuenitur contra caritatem, & non contra iustitiam, vt sæpe interuenire liquet in sequentibus, id non attingere ad vitium iniustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, ex quo solo con-surgit obligatio restituendi damnū in alteris fama-

datum, sed pertinere ad vitium caritati propriæ
 que proximi contrarium: eaque de causa *Disputa-
 tione prædente*, explicando vitium iustitiæ com-
 munitatiæ circa bonum famæ contrarium, dixi-
 mus; quicquid exterius fit, quod iniuste famæ al-
 terius præiudicet, id totum ad id vitium perti-
 nere.

S V M M A R I V M.

1. Quid sit susurratio & susurro: & quomodo susurro à detractore differat.
2. Qui detrahendo amicitiam perturbant, nõ solum si sua detractioe eam effectum intendant; sed etiam illum non intendant, sint tamen illius causa voluntaria, duplici peccant peccato.
3. Susurro aliquando sine vitio detractiois potest peccare contra caritatem, tum eius cui illa detegit, tum eius de quo ita susurrat, dum occasio est, vt detrimenta illi sequantur.
4. Susurratio, quæ præiudicium iniuste amicitia affert, est species infamiae.
5. Quis sit bilinguis & duplex lingua.

DE SUSURRONE ET BILINGVI.

DISPV. 25.



Susurratio proprie est murmur son-
 ñve non vehemens, sed tenuis,
 vt sunt aquarum decurrentium ac
 ventorum murmura, apud soni
 seu murmura, quæ *Zumbido* hispa-
 ñe dicimus, & sunt similes alij tenues verborum
 soni, qui ad aures nostras perveniunt. Et quia de-
 tractores, maxime dum timent ab eis audiri, quo-
 rum famæ detrabunt, aut ab alijs, qui id ad eos de-
 ferre possint, solent summisse loqui, ita vt qua-
 si murmur tenuisve sonus verborum ipsorum de-
 teneat ad eos, quibuscum ita loquuntur de alijs
 detrahendo, aut ad aures aliorum, qui non longe
 distant, idcirco detractores nuncupati sunt susur-
 rones: illi præfertim, qui ea de alijs reuelant, quæ
 pacem, amicitiam, ac benevolentiam perturbare
 possint inter eos, quibus illa reuelant, & eos de
 quibus reuelantur, qui *gismeros*, & actus, quibus re-
 uelantur, *gismes* castellanè dicuntur: Lulitanè ve-
 rò *mixeruheros* & *mixericos*: vnde nauicula illa, ve-
 lox in nauigando, quæ asportare solet nuncia, per-
 uenisse naues Indicas ad insulam Angræ, & quæ
 peruenire solet asportando similia alia nuncia, *a-
 mixeriquera* in Luitania nuncupatur. Hinc susur-
 ro & late sumi potest pro detractore: vnde *Isido-
 rus 10. lib. Etymol. 27. Susurro de sono loquutionis appel-
 larur, qui non in facie alicuius, sed in aure loquitur detra-
 hendo; & glossa in illud Ecclesiastici 5. Non appellabe-
 ris susurro, ait, id est detractor: & potest sumi presse
 pro eo, qui ita detrahit, vt amicitiam, beneuolen-
 tiam, ac pacem perturbet. Vnde glossa in illud ad
 Rom. 1. Susurrones, detractores, ait, susurrones inter ami-
 cos discordias seminantes: detractores, qui aliorum bona
 negant aut minuunt, subaudi, aut aliter proximi fa-
 mam iniuste minuunt.*

Qui detrahendo amicitiam, benevolentiam,
 pacemq; perturbant, non solum si sua detractioe
 eum effectum intendant, sed etiam si illum non
 intendant, sint tamen illius causa voluntaria, quia
 attendere poterunt ac debuerunt inde sequi pos-
 se, nec illum vitare curarunt, duplici sane peccant
 peccato, necessariò aperiendo in confessione, si v-
 trumq; attentis circumstantijs concurrentibus,
 prudentis arbitrio ad culpam perueniat lethalem.
 Vno vitij iustitiæ communitatiæ circa bonum fa-
 mæ contrario. Et altero læsionis iniuste beneuo-
 lentia ac amicitia proximi: quæ læsio ac damnum

A si permaneat, obligatio est in foro conscientia il-
 lud compensare, non minus, quam damnum famæ
 eadem detractioe iniuste datum. Satis enim est,
 si is effectus voluntarius fuerit, qui euitari potuit
 ac debuit, nec fuit euitatus, vt censetur imputa-
 tiue iniuste volutus, ac proinde vt in eo detractio-
 nis actu interueniat noua illa alia species vitij ac
 iniustitiæ, & vt obligatio sit restituendi id aliud
 damnum permancos, estò inreum non fuerit.
 Imò addo, si inde etiam ulterius damnum aliud se-
 quatur, vt læsionis in corpore, aut in bonis exter-
 nis eius, de cuius fama est detractum, quia is, apud
 quem est detractum, inde permotus fuit ad illi no-
 cendum in corpore aut in bonis externis, saltem
 expellendo illum a commodis, quæ ex ipso habe-
 bat, habiturus fuerat; sane ea detractio ac susur-
 ratio adiunctas etiam habet has alias species vitij
 atque iniustitiæ circa bona corporis & circa bona
 externa, necessariò in confessione aperiendas, si
 voluntaria fuerunt, quia susurro attendere potuit
 ac debuit ex sua susurratioe sequi ea damna
 posse, tenebiturq; tunc compensare illi ea damna,
 saltem in defectum principalis malefactoris, si al-
 ius iniuste tanquam causa principalis ea damna in-
 tulit.

Hoc loco obserua, susurronem, & eum præfer-
 tim, quem Hispanè *gismero* dicimus, aliquando sine
 vitio detractiois susurratioibus, detractioe
 ve eorum, quæ vnus de alio dixit, aut quæ in offen-
 sionem illius fecit, peccare posse grauiter contra
 caritatem, tum eius, cui illa detegit ac significat;
 dum occasio ea ratione est, vt succenseat in eum,
 qui illa in sui offensione dixit aut fecit, & eoque
 vindictam sumere velit, aut etiam re ipsa sumat;
 tum etiam contra caritatem eius, de quo ita su-
 surrat, dum occasio est, vt detrimenta illi sequan-
 tur. Quando tamen compertum nõ fuerit peccati-
 se contra iustitiam, sed solum contra caritatem,
 quatenus verum dixit, neque detraxit famæ eius
 de quo illa dixit, quia erant publica, aut aliqua a-
 lia ratione, sed solum peccauit contra caritatem,
 quia significare illa non debebat tunc illi, cui illa
 significauit, solumq; ea narratione fuit occasio, &
 non causa, vt ea detrimenta illi alteri sequerentur,
 tunc ad nullam restitutionem eorum detriment-
 torum illi tenetur. Si autem non indebite illa
 tunc narrauit ac detexit, sed licite spectatis cir-
 cumstantijs omnibus concurrentibus, tunc ne-
 que contra caritatem peccauit, quicquid inde ius-
 te aut etiam iniuste præter suam intentionem at-
 que spem fuerit ea occasione sequutum. Dixi su-
 præ, præsertim eum, quem Hispanè *gismero* dicimus:
 quoniam licet forte susurro is solus latine dica-
 tur, qui famæ alterius modo explicato iniuste de-
 trahit; Hispanie tñ *gismero* is dicitur, qui quacun-
 que ratione id non debuerat ei detegere, qui ob-
 iurgare, punire, aut indignari ea de causa poterat:
 & aliquando ad eum etiam extenditur, qui iure op-
 timo id facit.

Obseruat *Caic. 2. 2. q. 74.* quatuor variz ami-
 citia species distinguantur, ratione vilis, ratione
 delectabilis, vt inter coniuges, & ratione honesti,
 susurrationem nihilominus, quæ præiudicium
 iniuste amicitia affert, esse speciem infamiam.
 Quoniam susurratio per se tendit ad lædendam
 Quoniam susurratio per se tendit ad lædendam
 mutuum amicitiam ac benevolentiam per acci-
 dens verò quod ad id est, quod amicitia inter eos,
 inter quos læditur, sit ratione vilis, delectabilis,
 vel honesti. Et quoniam sicut ratio odij proximi
 est species infamia, nihil impediens diuersitate
 malorum, quæ ex odio quis desideret proximo,
 sine tamen iniustitia ea in re aduersus eum distri-
 cta inter se sint specie. Fatetur tamè, quod si susur-
 ro ordinat læsionem amicitia inter coniuges, vt
 ea via

ea via facilius eum vxore eius mariti adulteretur, peccare etiam peccato adulterij, ex relatione lesionis eius amicitie ad illum alium malum sibi commisit specie distincti: si vero ordinetur lesio nem amicitie inter aliquos ratione lucri, vt impediatur lucrum alicuius, committere etiam speciem iniustitie circa bona externam, quo ad id iniustum datum, tali susurratione intentum. Obserua tamen, & in susurratione prater vitium iniustitie contrarium iustitie commutatiue circa bonum facte, si in ea via simul interueniat amicitiam ac beneuolentiam laedi ac dissolui, siue susurro id intenderit, siue non, sed solum ex leuitate detexitur, vnde prater intentionem suam sequutum fit laedi amicitiam ac beneuolentiam, cum tamen attendere potuerit ac debuerit, eum prauum effectum ac damnum ex sua susurratione sequi posse, peccare, vel contra caritatem, vel etiam contra iustitiam, si iniustitiam dixit ac detexit, vnde talis effectus sequitur est, peccato alterius speciei iniustitie quo ad eum effectum: itemque si inde vterius sequutum fit damnum aliud iniustum, vt lesio in corpore, quo maritus percussit vxorem, vel alius amicus suum amicum aut proximum, vel separationis mariti uxoris, vel damni illati in bonis exteris, peccare quoque peccato iniustitie specie distincto comparatione talis effectus, prout fuerit is effectus, nempe contra bonum corporis, vel contra bonum externum, modò tamen is, ex cuius susurratione id datum sequutum est, attendere potuerit ac debuerit id damnum sequi posse. Itaque a Caietano dissentimus, quod vt in susurratione interueniant hæc etiam rationes peccati atque iniustitie, necesse non est, vt intendatur ea susurratione, & vt ad eos effectus a susurratore ordinetur ea susurratio, sed satis est, quòd inde hi effectus nati sint sequi, & quòd susurrator attendere potuerit ac debuerit posse sequi: id enim satis est, vt sint voluntarij, ac proinde imputatiue censentur ab eo voliti, & per consequens vt ea susurratione peccauerit simul peccatis omnium earum specierum, & vt restituere teneatur ea omnia damna iniuste data, si inde sint sequuta ac permancant. Ad primum ergo vnde Caietan, & quidam alij ducuntur, vt contrarium censent, dicendum est, in primis, vt in susurratione ea ratio formalis vitij repetur, quam ipsi admittunt, necesse non esse, quòd susurrator intendat lædere maritum beneuolentiam & amicitiam inter illos, sed satis esse, quòd ex ea susurratione fit natum id sequi, & quòd potuerit ac debuerit attendere id posse sequi, licet id non intenderit, sed ex leuitate id narrauerit, aut ex appetitu ei placendi, cui id narrauit, vt dictum est. Dicendum deinde est, quòd licet per accidens sit, quòd a iniusticia, cui susurratione læditur, sit ratio utilis, delectabilis, vel honesti, si tamen damna in corpore illa aut in bonis exteris, sint nata sequi ex lesione ista talis amicitie, quæ censentur imputatiue ea susurratione volita, id satis esse, vt in ea susurratione interueniant etiam illæ alie speciei iniusticie. Ad secundum vero neganda est similitudo: quoniam in re proposita iniustitia interuenit in his effectibus imputatiue volitis, & quorum susurratione data est causa iniuste: iniustitia autem circa bona corporis distincta est specie ab iniusticia circa bona externa.

Vt vero reliqua, quæ de susurratione addenda sunt, cum sermone de bilingui miscuamus, obseruandum est bilinguem eam dici, qui circa eandem rem duplici vtitur lingua, contrariò modo vitiose de eadem re loquens. Dixi, vitiose: quoniam si iusta de causa sententiam muret, eaque de causa contrariò modo de eadem re loquatur ac antea fuerat sequutus, id non est bilinguem

esse, vt vitium denotat, & vt communiter id vocabulum vsurpatur. Si autem quis contrariò de eadem re loquatur ex inconstancia, & ob aliquod commodum, quia non audeat displicere alicui, aut quia adulari ac placere alicui vult; vel intuitu pecunie, vel alterius commodi, vel ob vitandam incommodum aut periculum, quod timet. vel quacumque alia de causa; tunc, est vitium susurrationis non interueniat, bilinguis dicitur. Susurro autem bilinguis esse solet, de eadem re coram vno loquendo vno modo, & diuerso ac contrariò modo loquendo de ea coram alio, apud quem deorbitat de priori, causalque odij ac discordie seminat. Intersum etiam ita inter duos se gerit, vt vni adulterij recte de eo loquendo, & detrahat apud illum de alio; & vicissim accedat ad eum, de quo detraherat, illique aduletur, recteque de eo loquatur, & detrahat apud eum de illo alio, sicque maculas discordias prauaque existimationes inter illos seminat. Hispanè bilinguis dicitur de duobus linguis, & cara de duobus dicitur: maximeque posterior hic loquendi modos vsurpatur, quando vno modo loquitur apud vnum, & diuerso ac contrariò loquitur apud alium. De bilingui in genere loquitur Sapiens Ecclesiastici secundo, id vitium dissuadens, dum ait: Non ventiles te in omnem ventam, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Quoniam autem quidam affirmant in illis verbis; Non ventiles te in omnem ventam; in textu greco non esse illud pronomen, & legitiuum tamen sensum eius Iheri exprimit. Metaphora enim illa ventilationis, qua paleæ separantur & expelluntur à grano in contrariam partem ei, ex qua ventus perlat, admonet sapiens vnum quemque nostrum, vt fugiat bilinguem esse, dicens: Non ventiles te in omnem ventam, sihcens te inconstanter pertrahi verbis tuis ac sententia in partem, quam aura placendi alijs, consequend. aliquod commodum, aut fugiendi aliquod damnum postular, quai obseruans eum ventum, vt illi te accommodes & sequaris ductum illius. Et quia paleæ ducuntur vento, neque in earum potestate est eo modo ab eo non duci ac pertrahi: in nostra autem potestate est, sequi aut non sequi auram commodi obrinendi, aut incommodi fugiendi, ea Metaphora nos admonet, vt non ventilemus nosmet ipsos in omnem ventum, sequendo nostra sponte eam auram. Idem autem est, quod sequitur verbis illis proxime subiunctis; Et non eas (verbis scilicet tuis & sententia tua: ea enim de re loquitur, vt patet inuenti sequenti in eo capite) in omnem viam, (qua videlicet dicit idem intuitus commodi consequendi aut damni vitandij) sic enim omnis peccator (qui scilicet constans non est in verborum rectitudine ac sententia, de quo solo est scripto) probatur in duplici lingua. Duplex enim lingua, qua inconstanter ita vtitur, probat eum peccatorem. Et paulò inferius de susurratore, qui bilinguis esse solet, subiungit ibi idem sapiens: Non appellat susurro in viam tuam, sed fugias omnino talis esse, & talis appellari, & lingua tua ne capiaris, vt te deprehendant susurratorum, & confundantur. Super furem enim est confusio & penitentia (quod talis scilicet sit agnitus & notatus) super bilinguem (susurrando scilicet). Quia enim detrahens susurrando nocet proximo suo in bono fama, quod prestantius est, quam bonum externum diuitiarum, in quo fur ei nocet, neque ductus necessitate & vititate aliqua; ita susurro nocet in fama alterius, quem admodum fur nocet necessitate detrahus vt habeat vnde sustentetur & transigat hanc vitam, (qua de causa Proverborum sexto dicitur: Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit; furatus enim, vt esurientem implet animam) idcirco merito hoc loco dicitur, maiorem confusionem & dolentem ac peiorem notationem subire deprehensum bilinguem.

Suero susurrando, quàm subeat is, qui deprehensus
 22 Et fur. *Susurratori autem odium, & inimicitia, & con-*
 23 *tumelia, dum scilicet bilinguis ac susurrator fuerit*
 24 *deprehensus. Ec. Prouerb. 26. habetur. Cum defeterint*
 25 *lingua, extinguatur ignis, quia scilicet eis nutritur ac*
 26 *sustentatur. Et susurrone subtrahit, iurgia conquiscent,*
 27 *quæ ab illo inter amicos & proximos excitantur,*
 28 *fouentur, ac nutriuntur, sua bilingui detractioe.*
 29 Et paucis interiectis, *Verba susurrone quasi simplicia,*
 (cum tamen bilinguis sit, callideque loquatur)
 30 *Et ipsa perueniunt ad intima cordis, vbilædunt & exul-*
 31 *cerant, posteaque dolorem non modicum gene-*
 32 *rant, dum eis blandis verbis, quæ simplicia vide-*
 33 *bantur, decepisse intelligitur. Et capit. 18. in eodem*
 34 *sentu dixerat: Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa*
 35 *perueniunt vsque ad interiora ventris. Et Ecclesiastici*
 36 *28. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turba-*
 37 *uit pacem habentes. Lingua tertia (bilinguis videli-*
 38 *cet, qui inter duos, quos sua susurratioe exci-*
 39 *tauit ad malè de se inuicem loquendum, atque*
 40 *ad se inuicem odio prosequendum, ideoque ling-*
 41 *gua ipsius tertia ita susurrando inter eos dicitur.*
 42 Complutensis verò Codex habet, *lingua duplex,*
 43 *id est bilinguis) multos commouit & dispersit de*
 44 *gente in gentem, (in causa illis existens, vt des-*
 45 *serere cogentur proprium locum, aliòque com-*
 46 *migrare) ciuitates munitas diuiciarum destruxit, (ob*
 47 *rixas & odia ab illa excitata) & domus magnatum*
 48 *effodit. Multaque alia mala, quorum causa esse po-*
 49 *test ac solet, commemorat ac prosequitur in eo ca-*
 50 *pite.*

S V M M A R I V M.

- I. Grauius est vitium ex suo genere, vitium contrarium iustitiæ commutatiuæ circa honorem, quàm vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium.
2. Susurrone bilinguiumve vitium in suo genere grauius est quàm contumelia & detractio, quia est contra amicitiam, quæ in suo genere est maius bonum quàm honor.
3. Vitium commutatiuæ iustitiæ circa bonum famæ contrarium licet ex suo genere culpa sit lethalis, ex circumstantiis tamen poterit esse solum culpa venialis.
4. Non semper detractio de rebus venialibus est culpa venialis. nec semper de rebus lethalibus lethalis.
5. Non inferitur vlla iniuria ex eo, quòd de illo qui maiorem habet sententiam quàm pat sit, proferatur iudicium verum ea de re ex iis, quæ in illo apparent, non detegendo crimen illius occultum, nisi id ex mala aliqua intentione fiat.
6. Quando generalibus verbis ita detegitur peccatum alicuius occultum, vt non magis ex iis verbis concipi possit, illud quòd ad id laborare culpa lethali quàm veniali, tunc illa detractio est solum venialis.
6. Quando licet licet aliorum defectus manifestare.
8. Vitium totum iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium species est infima.

VTRVM VITIUM IUSTITIÆ COMMUTATIUAÆ CIRCA BONUM FAMÆ CONTRARIUM EX SUO GENERE SIT CULPA LETHALIS. Et num sit species infima.

DISPUT. 26.



Vemadmodum Disp. 19. dictum est, vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium esse ex suo genere culpam lethalem, minus quidem grauem, quàm ho-

A micidium, adulterium, quin & quàm simpliciter fornicationem, sed grauiorem ex suo genere, quàm sit furum: sic quoq; idem est dicendum de vitio iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium: idque propter rationem ibi confectam, quæ, vt ibi constat, communis est huic & illi vitio, & de vtroq; vitio id efficaciter probat.

Vtrum autem vitium hoc grauius ex suo genere sit, quàm contumelia, seu quàm vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium, an è contrario, Diuus Thom. 2. 2. *quest. 73. art. 3. ad 2. ait,* contumeliam ex suo genere esse grauius peccatum, quàm detractioem, censereque proinde videtur, vitium contrarium iustitiæ commutatiuæ circa honorem grauius ex suo genere esse, quàm vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium. Quod Sorus 5. *de iustit. questio. 10. articulo. 3. ait,* non ex eo esse, quòd honor, qui contumelia læditur, sit maius bonum, quàm fama: contra namque alit rem habere: & nos *Disputation. 23. diximus,* meritò homines, qui contumelia affecti sunt, pluris facere damnum, quàm in sua fama in existimatione, quàm alij de ipsis habebunt, eo quòd ea contumelia sint affecti, quàm faciunt damnum ab illarum esse in suo honore, præcisè consideratum sibi ea existimatione, ab eòve damno simul ipsis in sua fama dato, diximusque id experientiam ipsarum testari. Sorus autem ait, contumeliam grauius esse delictum ex suo genere, quàm detractioem, prouenire ex contemptu, qui in contumelia interuenit: quàm etiam rationem Diuus Thomas reddidit. Ego verò licet quo ad eam circumstantiam iudicem ac consentiam, quòd contumeliam esse grauius peccatum, quàm detractioem: eam tamen ipsam circumstantiam existimo eos, qui contumeliam sunt passi, ex eo ferre grauius, maioremque quo ad eam illo censere factam ipsis esse iniuriam propter existimationem, quàm de ipsis alij habebunt, quòd eum contemptum sint passi, quàm ob contemptum ipsum in se, prout solum est contra ipsorum honorem, atque ad eò existimo acerbiorè iniuriam ac lesionem ratione eius circumstantiæ esse illis factam in fama, quàm in honore. Vnde contumeliam existimo esse grauiorem culpam ex suo genere, quàm detractioem factam à tergo, de quo loquitur Diuus Thomas, si contumelia spectetur prout simul etiam nocet in fama & in existimatione, quæ de tali contumelia affecto habebitur, id quòd cum contumelia solet esse coniunctum, atque eo modo intelligo Diuum Thomam. Si tamen comparemus vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium, cum vitio iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, quo ad proprias rationes formales præcisè consideratas, arbitror grauius peccatum ex suo genere esse vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, maioremque & acerbiorè iniuriam inferre, quàm sit & quàm inferat vitium iustitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium: eo quòd, vt Sorus rectè affirmat, fama bona maius bonum ex suo genere sit, quàm sit honor.

C Susurrone bilinguiumve vitium, qui pacem & amicitiam detractioibus suis perturbant ac dissoluunt, ait Diuus Thomas 2. 2. *quest. 74. art. 2. esse* ex suo genere grauius peccatum, quàm contumeliam & detractioem: quia est contra amicitiam, quæ ex suo genere est maius bonum, quàm honor & fama, quæ contumelia & detractioe læduntur. Malitiam ac grauitatem eius vitij satis testatur ac exprimit Scriptura sacra, vt ex dictis *Disputatione præcedente* constat. Atque quatenus detractioem includit, & addit effectum pessimum percurbandi ac dissoluendi pacem & amicitiam inter proximos, aliorumque pessimorum effectuum solet esse vltimus

E

terius causa, non est dubium esse ex suo genere grauius peccatum, quam nudam contumeliam, & quam nudam detractionem. Ex circumstantijs tamen dari poterit nuda contumelia, detraçtioque nuda, quæ grauius peccatum sit, quam aliqua suffragio.

Vitium commutatum iustitiæ circa bonum famæ contrarium, licet ex suo genere culpa sit lethalis, ex circumstantijs tamen poterit esse culpa solum venialis. Vt si cum semiplena dumtaxat deliberatione, aut ex inaduertentia quadam ex parte culpabili, quis alium infamet: ea quod in aduertentia reddere potest culpam, quæ alioquin futura esset lethalis, venialem. Id quod sæpe euenire in viris timoratis consuevit: qui si ad damnum, quod inferunt, attenderent, nihil tale commississent: neque enim tales existimandi sunt, lethali ter peccasse: tamen si in materia graui tutum sit de eiusmodi excessibus ad cautelam confiteri, idque viri probi efficere semper soleant. Ex eo item quod eo vitio modica læsio secundum hominum fiat existimationem, esse interdum poterit culpa solum venialis. Vt si quis vitium occultum alterius detegat, quod, attendita qualitate & conditione eius, cuius est id vitium, non multum illum infamet, viliori (ve existimationis illum efficiat apud homines. Si enim de iuvene, quem iudicio hominum huius sæculi id non deceat, aut admodum parum, quis detegat amotes eum gerere cum aliqua femina, eam non detegendo, aut aliquod libidinosum cum illa habuisse, aut vulnerasse vel percussisse aliquem, sanè id non erit culpa lethalis: quoniam attendita qualitate personæ, id vel non infamat, vel non ita, vt, pertingat ad culpam lethalem. Imò verò si nihil id famam illius lædat, aut illi placeat talia de ipso dici, non erit id culpa contra vitium, de quo disputamus: eo quod volenti & consentienti nulla hat iniuria, atque adeo neque iniustitia: sed solum id erit culpa, quia verbum otiosum, quod nihil boni & multum mali audientium animis afferre potest.

Quantis detraçtio de culpis venialibus regulariter sit culpa solum venialis, grauiorque regulariter sit detraçtio de rebus pertinentibus ad mores, quam de alijs vitijs & defectibus, qui ad naturam, scientiam, artem, aut ad genus spectant; non tamen potest generalis circa regula constitui, quod detraçtio de venialibus, aut de vitijs & defectibus, qui ad mores non spectant, sit venialis, & alia sit lethalis. Si enim detraçtio de re ad mores pertinet atque lethali non notabiliter famam in communi hominum existimatione lædat, neque ex illa ei, de quo ita detrahitur; notabile aliud detrimentum sequatur, sanè non erit culpa lethalis, est ea detraçtio de culpis lethali bus occultis sit. Contra verò si detraçtio de re venialis, aut de re nihil omnino ad mores attinente, notabiliter in hominum existimatione, attenditis circumstantijs concurrentibus, famam lædat, aut de illo sequatur ei, de quo ita detrahitur, notabile aliud detrimentum, sanè ea detraçtio, culpa erit lethalis. Verbi gratia, si de femina aliqua venialis aliqua leuitas cum aliquo narratur, certè talis esse possit ea femina, & talis ea leuitas, vt plus ei fama ea detractione læderetur, maiusque in de detrimentum acciperet, quam si de alio culpa aliqua lethalis detegeretur, quæ non leuiter eum infamaret: eaque de causa, qui eam leuiter de ea femina detexisset, lethali ter peccasset. Idem esset, si quis de religioso aliquo, vel de prelato aliquo, quos, attendita qualitate status eorum, attendita existimatione, quod de illis haberetur, multum id dedecret, detegeret quis similem leuitatem venialem cum femina aliqua, aut aliquid aliud in se veniale, quod autoritatem eorum existimationemque, quæ de illis haberetur, notabiliter minuere

Idem item esset, si de aliquo vitium generis illius occultum detegeres: plus enim illi noceres in existimatione, quæ de illo habebatur, grauiusque id ferret, quam si graue illius peccatum occultum detegeres: atque aliquando longè maius detrimentum illi afferres detractione eius vitij generis, quia ea de causa excludetur à varijs muneribus & honoribus, quam si graue aliquod eiusdem criminis detegeres. Eadem ratione si significes vitium ac defectum alicuius artificis circa artem, quam exercet: ac profiteretur, aut imperitiam alicuius literati, vel inidoneitatem alicuius ad aliquod exercendum, aut aliquem minus foriter & strenuè se gessisse in aliqua pugna, vel contumeliam ab aliquo accepisse, aut aliud simile, plus aliquando ei noceris detractione eius defectus, vel in sola fama, vel etiam vltius in bonis externis & in emolumento, quod ea de causa amitteret, quam si graue lethale illius peccatum occultum detegeres: meritoque grauius illud feret, quam hoc. Quare si vel id illi imponas, vel illud detegas, quando erat occultum, non ductus sufficienti ratione & causa ad illud detegendum, vt quia ita expedit ad vitandam continue dampnum, vel ad vitandum dampnum priusquam alicuius, cui noceret impericia illius, aut illum esse ad id minus idoneum, vel aliqua alia iusta & rationabilis causa, sanè lethali ter in eo peccas. Non ergo alia regula ad hæc omnia, & similia alia, statui potest, quam hæc. Nempe quando prudentis arbitrio, spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus, id quod illicitè detegitur graue nocentium inferre famæ in hominum existimatione aut alijs bonis eius, de quo detegitur, culpa esse lethalem ita de illo detrahere, siue quod detegitur, sit vitium moris lethale siue veniale, siue etiam sit vitium ac defectus ad mores non spectans, qui absque vlla contrahitur culpa, quando verò prudentis arbitrio solum inferret leue detrimentum, esse solum culpam venialem.

Illud verò admonerim, ex eo quod de illo, qui maiorem famam habet, quam par sit, vel in scientia, vel in aliqua alia re, etiam si id sit in moribus, proferatur iudicium verum ea de re exijs, quæ apparent ac conspiciuntur in illo, non detegendum crimen aut vitium illius occultum, me non videre inferri illi vllam iniuriam, vllumve id esse peccatum nisi id fiat ex odio, inuidia, aut ex praua alia mala intentione. Quoniam id non est manifestare vitium illius occultum, sed est ex ijs, quæ apparent, & quæ habet natura ipsa rei, verum iudicium proferre quo ad rem, circa quam alij errant, illam non penetrando, aut ad illam non quantum est necesse attendendo. Quod si in eo ita iudicando ac manifestando alijs, sinistra aliqua intentio misceretur, tunc pro qualitate eius finitæ intentionis maior aut minor culpa seu peccatum interueniet, non quidem contra iustitiam commutatium circa bonum famæ, sed contra caritatem. Hoc admonuit ad tollendos scrupulos, quos viri timorati hac de re habere solent.

Regula illa Syluestri verbo, *detraçtio numero secundæ, consentanea Diuo Antonio parte secunda in titulo octauo capite quarto in principio*, nempe quando generalibus verbis ita detegitur peccatum occultum alicuius, vt non magis ex eis verbis concipi possit, illum quo ad id laborare culpa lethali, quam veniali, detractionem talem non esse culpam lethalem, sed solum venialem; vt si de aliquo dicatur, eum esse iracundum, superbum, contentiosum, auarum, præsumptuosum, inanis gloriæ cupidum, aut aliud simile; ea, in qua regula non est vniuersim vera, vt bene obseruat Nauarrus in *Nauuali capite decimo octauo numero vigesimo quarto, & capite in se verba in Commentario Hispano 2 numero quingentesimo decimo octauo*. In similibus nam-

namque euentibus, iuxta regulam à nobis paulo antea traditam, prudentis arbitrio, spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus, est expendendum, an fama eius, de quo ira est detractum, leſa notabiliter maneat apud audientes, vel nium inde notabiliter aliud detrimentum illi imminuat, an nō. Et quidem in priori euentu iudicandum est culpam interuenire lethalem: in posteriori verò interuenire culpam ſolam venialem: id quod in exemplis propoſitis frequentijs eueniet.

Hæc verò omnia ſemper ſunt intelligenda, quando non interuenit iuſta cauſa reuelandi crimina & defectus, iuxta ea quæ in præcedentibus dicta ſunt, & quæ in ſequentibus addentur. Itemque quando crimina non publica, aut eis nota, cum quibus de illis fit ſermo. Regula namque generalis eſt ſta uenda, crimina aliena, eſt enormia ſunt, aliorumque defectus, ex iuſta cauſa poſſe licet reuelari, quantum ex ea cauſa recta ratio præſcribit. Itemque quando crimina ſunt publica aut nota illis, cum quibus decus loquimur, notaque illis eſſe nobis conſtat, tunc abſque vitio iuſtitie commutatie circa bonum fame contrario nos de illis loqui: idem etiam eſt de alijs defectibus publicis aut eis notis, qui buſcum de eis defectibus loquimur. Ratio autem eſt, quoniam in eo non lædimus famam eius, cuius ſunt ea crimina aut defectus. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius Diſputationis propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum, quemadmodum Diſputatione decimanoa cum Caietan. Soto, & alijs dictum eſt vitium totum iuſtitie commutatie circa bonum honoris contrarium ſpeciem eſſe infamam: ſic quoque eſt hoc loco dicendum, vitium totum iuſtitie commutatie circa bonum fame contrarium ſpeciem eſſe infamam, idque propter ſimilem rationem ei, quam Diſputatione decimanoa quo ad vitium iuſtitie commutatie circa bonum honoris contrarium, reddidimus. Quia ſcilicet vitium hoc reſpicit formaliter tanquam obiectum famam quoad illius læſionem ac detrimentum: per accidens autem quod attinet ad hoc vitium eſt, quòd id detrimentum, eade iniuſta fame læſio, hoc vel illo fiat medio aut ſtrumentum. Lege quæ Diſputatione decimanoa copioſius dicta ſunt.

SUMMARIVM.

1. Septem modi dicitur abiri proximo: primus tribus directis, quatuor poſtremis indirectis.
2. Quando detegitur crimen alicuius occultum, non detecta perſona eius, quæ eo crimine laborat, ſi verifimile non ſit deuenirem iri in notitiam perſonæ, quæ eo laborat, tunc non eſt culpa lethalis.
3. Quando crimen detegitur occultum perſonæ alicuius non detectæ quidem perſonæ, ſed detectæ qualitate illius perſonæ, ex qua licet perſona agnoſci non poſſet, infamia tamen in alios reſultaret, poſſet interdum culpa eſſe lethalis.

VARIJ DETRAHENDI MODI. ET NUM REVELARE PECCATUM GRAVE OCCULTUM ALICUIUS, NON DETEGENDO PERSONAM, QUÆ ILLUD COMMIſIT, CULPA SIT LETHALIS.

DISPUT. 27.



Iuus Thom. 2. 2. q. 73. art. 1. ad 3. ſeptem detrahendi modos enumerat, quos Sotus 5. de iuſt. q. 10. art. 1. ad 3. in octo diuidit. Quatuor eſt illis directè detrahitur, atq; primus eſt, quando ei de quo

A detrahitur, fallum aliquod crimen imponitur, ſecundum quod verum crimen augetur, tertius quæ vitium illius occultum detegitur, & quartus, quando quod bonum eſt, ſiniſtra dicitur intentione factum aut aliter temerariè de aliquo exterius indicatur. Id quippe licet ad temerarium iudicium dicentis ſpectet, ſimul habet rationem detractionis, quatenus læſum eſt exiſtimationis eius, de quo ita detrahitur, apud illos, qui id audiunt, conſurgit obligatio reſtituendi eam famam, quando læſio permanens ex tali detractione ſequitur.

Quatuor verò poſterioribus modis indirectè detrahitur: eorū verò primus quintus in ordine poſt præcedentes eſt, quando quis negat alterius bonū, ſextus, quando illud ſilet tempore, quo manifeſta illud tenebatur. Quòd ſi, attentis circumſtantijs concurrentibus, teneretur de iuſtitia illud manifeſtare, tunc contra iuſtitiam peccaret illud ſilendo, cum onere reſtituendi damnum, ſi quod inde eſſet ſubſequitur. Si verò ſolum ex caritate teneretur id manifeſtare, vt regulariter euenire ſolet, tunc illud ſilere, ſolum erit peccatum contra caritatem, abſque vilo reſtituendi onere. Septimus, quòd quis merita aliena diminuit, & octauus, quando ita laudat, vt laus in diminutionem cedat fame ſua laudati. Septe enim rei vna laudatio in vituperium atque infamiam laudati cedit. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quòd verò attinet ad ſecundum. Quando detegitur crimen alicuius occultum, aut defectus illius occultus, non detecta perſona eius, qui eo crimine aut defectus laborat, ſi verifimile non ſit, deuenirem iri in notitiam perſonæ, quæ eo laborat, tunc ſatis perſpicuum eſt, id ita detegere culpam non eſſe lethalem, eſt id crimen aut defectus valde grauius ac enormia ſunt, multumque apta infamare illis laborantem. Ratio autem eſt, quoniam ea detractione nullius in ſingulari fama læditur. Quando autem eſſet periculum probabile, deuenirem iri in notitiam perſonæ, quæ ei laboraret, tunc culpa eſſet lethalis id ita detegere, idque ſiue poſtea in notitiam eius perſonæ deueniret, ſi uenon. Quando item periculum eſſet, quòd deueniret in ſuſpicionem perſonæ alicuius in ſingulari, quòd eo crimine aut defectu laboraret, ſed non in notitiam certam, neque in opinionem determinatam, tunc peccatum eſſet lethale aut veniale, id ita manifeſtare, pro quantitate maioris vel minoris ſuſpicionis, quæ de aliquo circa id poſſet haberi, & pro qualitate criminis, ſpectatisque reliquis omnibus circumſtantijs concurrentibus. Neque enim fama alicuius læditur ſolum firma opinione, quòd ille crimen aliquod commiſerit, aut quòd defectu aliquo laboraret, ſed etiam ſuſpicionem: tamen ſi non tantum lædatur fama tali ſuſpicionem, quantum opinione determinata ac firma: vnde & de leuiter aut de vehementer ſuſpecto aliquo grauiſſimo crimine condemnatur interdum aliquis in exteriori foro.

Quando tamen detegeretur crimini occultum perſonæ alicuius, non detectæ quidem perſonæ, quæ illud commiſit, cæterum detectæ qualitate illius perſonæ, ex qua licet perſona agnoſci non poſſet, infamia tamen in alios redundaret, tunc committi interdum poſſet culpa lethalis pro quantitate & qualitate talis infamæ. Vt ſi ex religione aut ex cenobio aliquo, de ſi optima haberetur exiſtimatione ea in parte, religioſus aliquis in honeſtū aliquid committeret, aut aliud ſimile, quòd religionem illam aut cenobium infamaret, ſane culpa eſſet lethalis id detegere nominando religionem aut cenobium, in quo erat religioſus, eſt non nominaretur perſona, neque periculum eſſet, quòd vnquam agnolceretur quis ille eſſet in particulari. Ratio autem eſt, quoniam ea detractione peccati occulti iniuſte læde-

laderetur fama eius religionis aut cœnobij, obligatioque esset id damnari permanens illi restituere. Si autem religio aut cœnobium tale esset, quod amissam ea in parte famam iam haberet, quoniam scitur id non esse ibi in consuetum, nõ auferri cõdemnare culpæ lethalis, simile quid detegi, est d religio eius religionis aut cœnobij probè regulariter haberentur, talesque re ipsa essent. Negandum tamen non est, improbum esse id reuelari, timentique posse interuenire in eâ reuelatione culpam lethalem, saltem quando id cœnobium non laboraret magna circa tale crimen infamia. Quod autem de cœnobio est dictum, intelligendum etiam est de familia, quando de consanguineo aut affine patris familiæ detegeretur crimen graue occultum, non explicando quis in particulari illud commiserit, id que in infamiam cæterorum de eadem familia redundaret. Quando autem falsum testimonium imponeretur alicui de cœnobio aut de familia, non explicando alicui in singulari, cui ita imponeretur, longè maius esset peccatum, & obligatio restituendi damnum famæ tali cœnobio aut familiæ illatum.

SUMMARIUM.

1. Qui defunctum de occulto peccato infamat aut alia ratione, si notabilis sit infamia, pertingere potest in culpam lethalem, non solum quando ea infamia redundaret in alias personas illi propinquas, sed etiam si nihil omnino in alios redundaret.
2. Historiographi peccant, qui occulta aliorum peccata in suis historijs scribunt, licet illi, de quibus scribunt, iam sint defuncti.

UTRUM INFAMARE DE FUNCTVM culpa sit lethalis. Et nempe peccati historici, qui delicta notasque defunctorum, in prospectum illorum reddunt, a scribunt.

DISPVT. 28.



Vi personam iam defunctam de occulto peccato infamat, aut aliqua alia ratione, licet minus, cæteris paribus, peccet, quàm si viuam personam eodem modo infamaret, si ratem notabilis ea infamia sit, pertingere poterit ad culpam lethalem, non solum quando ea infamia redundaret in alias personas illi propinquas, sed etiam si nihil omnino in alios redundaret. Fit enim defuncto iniuria eo modo peruersè famam illius lædendo, quæ etiam post mortem bonum quoddam illius est. Quo fit, vt obligatio sit illi restituendi damnum in fama illius iniuste illi datum. Nisi constaret eum esse in inferno, neque damnum in fama illius redundare in alios illi coniunctos. Tunc enim tantquam hosti Dei, & nostrum omnium, qui proximus noster iam non est, obligatio non esset quicquam illi restituendi, iuxta ea quæ tract. 11. precedentis Disp. 83. præsertim in calcè conclusionis tertiæ dicta sunt.

Hinc constat, peccare eos historiographos, qui occulta aliquorum peccata in suis historijs scribunt, est illi, de quibus illa scribunt, defuncti iam sint, vt Sotus de regen. ser. mem. 1. q. 2. in fine, & 5. de iust. q. 10. art. 2. ad. quod. 1. q. 1. & alij rectè affirmant, tenerique restituere damnum famæ, quod ea ratione inferunt: Quæ autem non sunt ita occulta, fas illis est ea scribere, præsertim si hominum iam sint defun-

ctorum) idque pro bono publico. Tum vt notitia rerum gestarum historijs habeatur. Tum etiam vt homines spe famæ comparandæ, quæ historijs æternitati mandetur, timoreque infamiz incurrendæ, cuius similiter historijs perpetua sit memoria, alligantur ad res præclaras gerendas, ad turpiaq; atq; inde cora magis fugienda ac vitanda. His enim de causis plus aliquid historiographis in historijs de aliorum virtus ac defectibus scribere licet, quàm alijs diffundere liceat, quia absq; vilo publico emolumento vel oblita exultant, est d olim publica fuerint, vel quæ in vno loco sunt publica, ad alia, ad quæ notitia illorum deuentura non foret, illa deriuant. De qua re in sequentibus redibit sermo.

SUMMARIUM.

1. Detegere delictum graue occultum alterius, vni tantum, qui id non detegit, non est culpa lethalis, ex sententia aliquorum.
2. Contra tamen sentiant nonnulli Theologi.
3. Licet ex iusta & rationabili causa crimen reuelare vni aut multis, quantum ea iusta causa postulerit.
4. Reuelare crimen graue & occultum filiorum, aut famulorum, vt facit vxor mariti, aut filius parentibus, vel etiam aliquis extraneus, parua culpa expositum est. Et interdum nulla.
5. Multum extenuat culpam vel etiam omnino excusat, reuelare occultum graue crimen alterius, non animo nocendi aut diffamandi, sed aliqua bona de causa.
6. Mior culpa est in iudicio reuerentio, maiorq; ei sit iniuria de quo habetur, quàm si culpa in detectione peccati alterius occulti vni tantum, qui id alius non detegit.
7. Culpa lethalis est ex suo genere reuelare alienum graue crimen occultum vni tantum, licet is nemini mancipaturus sit.
8. Vt lethalis culpa iniustitiam contra famam alterius committatur, necesse non est, quod in famam reo peccato laudatur, vt ille famam amittat, sed satis est, quod notabiliter existimatio, quæ de illo habetur, prudentis arbitrio, vel in vno solo laudatur, aut laedi attenditur, esto effectus non sequatur.

UTRUM REVELARE DELICTVM graue occultum alterius, vni tantum, quid non detegit, culpa sit lethalis.

DISPVT. 29.



Aiet. 2. 2. q. 73. art. 2. dub. 1. cui quidam subscribunt, affirmat id non esse culpam lethalem, quòd talis ille est, qui id tacebit, neq; ob eam noticiam nocumentum aliud inferret ei, cuius est id delictum, vt impediendo illum ab assequutione rei alicuius, a cuius assequutione illum non impediuisset, si noticiam eius delicti non habuisset, neque vllum aliud detrimentum ei obueniret. Exemplum adhibet Caietan. in viro & vxore, qui sibi iniuriam reuelare solent delicta filiorum ac famulorum, neq; tamen ea de causa cõdemnatur culpa lethalis. Item in eo, qui confitendo peccata sua probo ac discretè confessorio, ex quo nullum inde periculum imminet, indifferetè illi reuelat eum, cum quo grauia peccata commisit, aut occasione alia illi reuelat occultum delictum alterius. Item in eo, qui aliquid, ad delictum alterius actinens, accepit per secretum commissum, ignoransq; qualiter ea in re se gerere debeat, illud reuelat amico, aut viro probò ac docto, vt doceatur, qualiter ea in re se gerere debeat.

Fundamentum huius sententiæ est, quoniam contra famam sit multorum, & contraria infamia fit eorum, eo quod ex eo, quod vnus aut duo sciant delictum

sum occultum alicuius, non censetur ille laborare infamia de eo debet; sane aliud in primis non infamare eum, de quo id delictum ita detegitur: neque ex intentione aut notabiliter ledit famam illius; quoniam supponimus id non esse detectum animo nocendi & infamandi, neque, quod unus solus id sciat, qui id non detegat, est læsio notabilis fame illius: quare cum etiam supponamus, inde nullum aliud malum obuenturum esse ei, de quo id crimen est detectum; consequens profecto est, ut id non sit tanta iniuria ac detrimentum illius, ut ad culpam pertingat lethalem.

Contrariam sententiam affirmant quidam alij cum Dominico à Soto s. de iust. q. 10. art. 2. Primum, quoniam iudicium temerarium ex suo genere est culpa lethalis, ut à Diss. 13. explanatum comprobatumque fuit, & doctores communiter affirmant etiam Caietanus ipse; sed non minus, nec cum minori iniuria, læditur fama proximi detegendo peccatum illius vni tantum, à quo non aliud detrimentum imminet, quam illum habere notitiam de eo crimine, habere eam existimationem de eo peccatore, quod id crimen commiserit, quam lædatur iudicio temerario vni priuati de eodem crimine: ergo detegere vni tantum delictum alterius occultum ac graue, de quo formare iudicium temerarium esset culpa lethalis, culpa etiam erit lethalis. Secundum, quoniam detegere sine iusta causa delictum occultum & graue alicuius duobus aut tribus, culpa est lethalis, ut omnes affirmant: sed aliquando aliquis meritis ægrius feret, delictum ipsius venisse in notitiam hominis alicuius grauis, infamatumque ipsum ea de re esse apud illum, ut apud principem, prælatum, vel apud alium virum grauem, est id in de nullum aliud ipsi detrimentum imminet, quam ferret crimine id suum manifestatum fuisse duobus aut tribus alijs viris: ergo falsum est, culpam lethalem non esse, crimen alicuius occultum ac graue manifestari vni tantum, qui nulli alteri illud reuelabit, & à quo nullum aliud detrimentum ei obueniet, qui id crimen commisit.

Ut quid de hac re quotidiana, scituque necessaria, sentiam, explicem, facilius in praxi intelligatur, quando in reuelatione delicti occulti ac grauis alicuius vbi tantum iudicandum sit interuenisse aut non interuenisse culpam lethalem, & quando res sit dubia, timendumque non immeritò sit culpam lethalem interuenisse, ac proinde necessarium ad cautelam sit de illa consistere, nonnulla obseruanda duxi.

Primum est, omnes conuenire, ex rationabili ac iusta causa fas esse illud reuelare vni aut multis, quãtũ ea iusta causa postulauerit, idque proinde fieri tunc absque vilo peccato. Quæ autem iustæ sint causæ, ut id fiat Diss. 24. explanatum fuit.

Secundum est, in reuelatione criminis grauis & occulti filiorum aut famulorum, quam vxor marito facit, aut maritus vxori, imò & quam filius aut famulus facit matri aut patri familias domus, vel etiam quam aliquis extraneus illis facit, multum extenuare culpam, & frequentissimè omnino, ab illa excusare, nullamque proinde in ea interuenire peccatum, imò potius meritum, non solum quod fiat absque intentione nocendi famæ illorum, ut regulariter abesse solet ea praua intentio, sed etiam, quod illi omnes subiecti sint curæ, reprehensionis, ac correctionis eius matris ac patris familias domus & quod id regulariter ordinetur in commodum ipsorum peccantium, ut domestica correctione reprehendantur ac puniantur, cohæbeanturque à similibus criminibus committendis, idque sit in aliorum, qui de eadem familia sunt, exemplum ac coercionem: & quia vir & vxor communi illa vtriusque cognitione illorum criminum mutuo consilio melius quid facto opus sit statuent, prospici-

Anteque in posterum ne simile quid ab illo & ab alijs de familia committatur: & denique quia illa sunt delicta domestica, quorum punitio & prouidere, ne iterum quid simile fiat, non ad potestates publicas, sed ad patrem & matrem familias domus spectat, idque delictum matrem familias contingit, in ipsius ac patris familias domus quodam modo iniuriam ac damnum redundans, qua de causa, & materius suo modo detegendi patri habet id delictum, & de eo accusandi apud maritum, ut illud puniat domestica correctione, quatenus ipsam suamque domum offendit: non minus quam quicumque offensus delicto aliquo, quod punire ad potestates publicas spectat, ius habet de illo accusandi apud potestates publicas, petendi que de illo competentem vindictam, nihil impediens quod sit occultum. Pater item tanquam eo offensus, aut dominus, ius quoque habet illud detegendi matri familias domus in partem pœnæ domesticæ eius delicti, quod ipsos suo modo offendit. Et filij aut famuli reliqui, id scientes, tanquam agentes partes patris ac matris familias domus, de eo accusare seu denunciare apud matrem aut patrem familias domus possunt, ut puniatur, & familia tota in officio continueatur: vicioque vtriusque solet, si illud non manifestent, ut puniatur ac prouideatur quid facto opus sit: neque id fieri videtur immeritò & contra rectam rationem, ut testatur consuetudo, lumenque ipsius rationis prescribere videtur: quippe cum ad eos attingat suo modo, quicquid ad patrem aut ad matrem familias attingit. Quare propter has omnes rationes, aut earum aliquas, non videtur damnandum culpæ lethalis, imò sepe neque culpæ, quod vxor similia crimina famulorum domesticorum occulta reuelat marito aut maritus vxori, imò neque quod domesticus illa eis reuelat, & interdum etiam exterius, quando non timent inde inordinatum aliquem ac peruersum effectum fore sequendum, sed solam reprehensionem ac punitionem delinquentis moderatam ac condignam, maioremque cautelam in futurum. Neque valet argumentum, fama filij aut filiarum esse bonum ipsorum proprium, non minus quam ea bona eorumdem externa diuitiarum, quæ castrensis & quasi castrensis eorum dicuntur, bona sunt propria eorum: ergo sicut nefas est matri bonorum castrensis aut quasi castrensis ab eis auferre, & dare ea patri, & nefas est patri ea ab illis auferre, & dare matri, & multo magis nefas est alijs domesticis ea ab illis auferre, & dare illa patri aut matri, ita nefas est, nocere famæ & existimationi illorum coram patre aut matre, etiam propter eorum delicta occulta. Non, inquam, legitimum est id argumentum: quoniam sicut ex rationabili causa, quæ id postulare, fas esset lædere eorum bona castrensis, aut quasi castrensis, ita ex rationabili causa, ut puniantur domestica correctione, & continueantur in officio, prospiciaturque bono familiarum, fas est lædere existimationem illorum apud patrem aut matrem familias domus, detegendo illis rationabiliter eorum delicta. Famuli quoque sub ea tacita conditione recepti censentur in domum, cuique victus, vestitus, & stipendium retribuitur, ut domesticæ correctioni subdantur, pro cuiusque eorum qualitate, & ut deregi patri ac matri familias domus possint ipsorum delicta, ut corrigantur, & ut prospiciant bono totius familiarum. Nonitem valet hoc argumentum, meritò plus dolet filius aut famulus, reuelari ipsius delictum occultum patri aut matri, domino aut dominæ, malamque illos de ipso habere existimationem, quam si idem delictum tribus aut quatuor alijs reuelaretur, eandemque de ipso ob id delictum haberent existimationem: ergo sicut est culpa lethalis reuelare illud tribus alijs aut quatuor, ita quoque est culpa lethalis, aut

lis, aut maior culpa lethalis, vel etiam ita est culpa reuelare illud patri, matri, domino, aut dominæ. Non inquam, valet id argumentum; quoniam in hoc secundo interueniunt multa, quæ valde extenuant culpam, aut illam omnino impediunt, efficiuntq; vt laudabiliter ac cum merito id fiat: & in illo primo non eadem interueniunt, quæ ita extenuent aut excusent omnino culpam. Vbi ergo non sunt cætera paria, inualidum est id argumentum: quod validum est, quando cætera sunt paria.

Tertium est, multum extenuare de culpa, & interdum omnino ab illa excusare; reuelare occultum graue alterius delictum, non animo nocendi ac diffamandi, sed aliqua alia de causâ; non mala; sed bona, vt ad capiendum consilium; aut etiam solatum, vt delinquens corrigatur, vt quis confiteatur suam culpam sacramentali confessione; quam aliter commodè non valet aut non scit explicare, & quod ignoret aut non attendat id ita reuelare esse peccatum, quod si attenderet aut sciret, nequaquam faceret. Item quæ quod in Sacramento penitentia reuelatur, confessarium nulla ratione posse reuelare, neque posse vii ea cognitione, vt detrimentum aliquod inde alicui obueniat, neque auditum vnquam fuisse, nisi fortè quàm rarissimè, vix aliquem confessarium in eam culpam incidisse, vt quod in confessione agnouit, reuelaret: tanta est Dei prouidentia, assistentia, & ac diuitorum ad id, vt eum homines leues ac inconstantes esse soleant ad seruanda alia secreta, in hoc vno seruando constantissimi omnes deprehendantur, est id alijs peccatis sint obnoxii.

Quartum est, ex eo capite maiorem culpam certi in iudicio temerario maioremq; iniuriam ei fieri, de quo habetur, quàm sit culpa, quæ certitur in detestatione peccati alterius occultum, vni tantum, qui id alijs non manifestabit, & quàm in eo fiat ei iniuria, de quo ita reuelatur: quod maior iniuria ei fiat remere de illo concipiendo, quod ipse non fecit; aut non conitâ fecisse, quàm detegere & affirmare, quod omnino constar eum fecisse: sicut maior exteris paribus est culpa, maiorque sit iniuria alicui, testimonium falsum de illo proferendo quàm detegendo verum crimen, quod illere vera commisit.

His ita explicatis, ad questionem propositam est dicendum, culpam quidem ex suo genere lethalem esse reuelare alienum graue crimen occultum vni tantum, est id talis is sit, de quo sit verisimile, eum alijs id non reuelaturum: nisi adint circumstantiæ; quæ à culpa eam reuelationem excusent, aut ad id illam extenuent, vt prudentis arbitrio ad culpam lethalem non pertingat. Quando autem interueniant circumstantiæ, quæ eam detestationem, alioquin lethalem, à culpa omnino excusent, aut si non omnino à culpa illam excusent, ad id tamen culpam extenuent; vt ad lethalem non pertingat, certa regula statui non potest, sed prudentis arbitrio est relinquendum; vt spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus, iudicet, num constet interuenisse culpam lethalem, vel num constet eam non interuenisse, vel num res dubia maneat: atque in dubio, num culpa fuerit lethalis, obligatio est sub culpa lethali de ea confiteri. Ex ijs autem, quæ à nobis dicta sunt, facilius iudicabitur, num constet interuenisse culpam lethalem, vel num constet eam non interuenisse, vel num res dubia maneat.

Ad argumentum pro opinione Caietani dicendum est, iam supra in isto Disputatione septima dictum est, vt lethalis culpa iniuriosè contra famam seu existimationem alicuius committatur, necesse non esse, quod ita fama eo peccato lædatur, vt ille

famam amittat, reddaturque infamis, sed satis esse, quod notabiliter existimatio, quæ de illo habetur, notabiliter prudentis arbitrio, vel in vno solo, lædatur aut lædi ardeatur, est effectus non sequatur. Vnde Diuus Thomas secunda secunda questione septuagesima tertia articulo secundo, cum in secundo argumento dixisset, ad rationem fame pertinet publica notitia, in fine responsionis ad id argumentum sic dicit: Etiam si vni soli aliquis de absente malum dicat, corrumpit famam eius, non in toto, (quasi scilicet infamis maneat) sed in parte. Ad id verò, quod vterius additur, est dicendum, graue occultum tantum posse inferri etiam vni tantum detegendo graue peccatum alterius occultum; ita vt pertingat ad culpam lethalem, nisi excusetur aut extenuetur culpa ex circumstantijs à nobis explicatis manerere, que posse culpam lethalem, quando absque causâ reuelatur, etiam si non adit animus infamandi, sed ex leuitate cordis, non se valendo continere, alteri id crimen reuelatur. Confessarium autem, cui aliquid cum lethali aut veniali culpa detegitur, aut quicumque alius, si prauentire possit ne detegatur, teneatur admonere penitentem, aut quemcumque alium ei volentem detegere peccatum & peccatorem occultum, nec peccatorem detegere. Si autem culpabiliter id detegatur antequam illud, ne id faceret, admoneret, admonere eum debet, illicitè id facisse, & vt de culpa commissa confiteatur, nec simile quid deinceps efficiat.

Duo autem argumenta pro parte alia contraria probat quidem culpam ex suo genere esse lethalem detegere graue peccatum occultum alterius vni tantum, quod negare non videtur intendere Caietanus; non tamen probant ex capitibus explicatis ad id sepe extenuari eam culpam, vt vel nulla reddatur; vel vt non pertingat ad culpam lethalem.

S V M M A R I V M.

1. Si graue peccatum occultum ex auditu tantum perceptum manifestaretur, culpa non incurreretur lethalis.
2. Qui graue peccatum occultum alterius solum narrat ex auditu, nisi ex modo narrandi maiorem innuat certitudinem verè illam, de quo id dicitur, id peccatum commississe, quàm dicendo id dici, non tenetur ad restitutionem fame, licet ei, qui ex ore eius habent; tempus in ea se habere.
3. Quando peccatum graue occultum ita ex auditu narratur, vt persona fide digna referatur, que id asserturè dixit, aut tales circumstantie addantur, vt res efficiatur persuasibilis audientibus: tunc tenetur narrans damnum fame restituere, ex narratione secutum.
4. Qui aliquid occultum ex auditu narrat, damnum aliquod fame inferri, quatenus causâ iniuriosè est; vt de ea re dabitur, aut suspicio habeatur, restituere tenetur damnum, quod ea narratione intulit, si permaneat.

VTRVM NARRARE EX AUDITU
crimen alterius occultam culpa sit
lethalis.

DISPUT. 30.



Secundo est de peccato graui occulto, quod si vt certum alijs manifestaretur, culpa incurreretur lethalis, iuxta ea quæ præcedentibus Disputationibus explanata sunt: vt si de femina, quæ habebatur honesta, diceretur, audiuere de tali fecerint eam stuprum aut adulterium commisisse. Si enim ex auditu id narratur, quod quauis afferatur ex visu,

aut alia ratione affereretur vt certum, nõ esset culpa lethalis, iuxta ea quæ præcedentibus Disputationibus explanata etiam sunt, facile constat, ex tali relatione ex auditu, nisi admisceatur alia sinistra in tentio lethalis, culpam lethalem non incurri.

2 Scotus in 4. dist. 15. q. 4. ait, qui grane peccatum occultum alicuius solum narrat ex auditu, nisi ex modo narrandi maiorem innuat certitudinem, verò illum, de quo id dicitur, id peccatum commississe, quàm dicendo id dici, aut se id audiuisset, non teneri ad restitutionem famæ illius, est id ij, qui ex ore ipsius id dici audiunt, sibi persuadeant rem ita habere. Quoniam, inquit, ea persuasio & credulitas est ex culpa id audientium: eo quòd, qui citò credit, leuis sit corde, maleque faciat, atque in re proposita peccet id credendo, sibi que id persuadendo. Neque sumptisse eum occasionem ita credendi, si que persuadendi ex eo, quòd alius narrauerit dici, aut id audiuisset, obnoxium restitutioni eum efficiat, qui id dici narrauit: quoniam solus is restituere tenetur, qui causa est iniusta eius damni, non verò qui solum est occasio vt ab alio decur. Addit Scotus, nisi is, qui ita ex auditu refert crimen grane occultum alterius, id efficit intendendo nocere famæ illius, non videri condemnandum culpæ lethalis. Tametsi subiungat, rem esse periculosam ob pusillum scandalum: quoniam multi sunt pusillii ac lenes corde ad credendum, qui audientes, facile scandalizabuntur, fidem illis adhibendo, malumque id de eo proximo sibi persuadendo. Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. Adrian. in 4. in questione de rest. famæ Gab. item in 4. dist. 15. quest. 10. art. 1. dub. 2. & Syluest. verb. detraction in fine, Scoto subscribunt. Id ipsum Maior etiam facit in 4. dist. 15. q. 16. tametsi addat, peccare eum lethaliter, qui ex auditu coram eis similia refert, qui illa maiori cum firmitate alijs referent, parumque ab hac sententia differt Nauar. in Man. c. 18. in calice n. 49. & latius c. inter verb. n. 576. ait enim peccare lethaliter, restituereque teneri damnum famæ sequutum, quando ex auditu id refert coram illis, qui illud verisimiliter credent, aut alijs maiori cum firmitate illud referent, idemque affirmat Adrian. quod. l. n. sit. g.

In contraria sententia est Sor. 5. de iust. q. 10. a. 2. asserens, eiusmodi narrationem ex auditu grane peccatum alterius occultum, restituere teneri damnum famæ sequutum, & per consequens peccare lethaliter, si damnum sequutum notabile fuit, aut periculum erat notabile damnum sequendum.

3 Nostra verò prima conclusio est: Quando peccatum grane occultum ita ex auditu narratur, vt per sona inde digna referatur, que id assertiuè dixit, aut circumstantiæ auditæ tales referantur, quæ rem credita dignam ac persuasibilem efficiant, vel denique attentis circumstantijs concurrentibus, per sonæ scilicet id narrantis, modi, quo id narrauit, & alijs concurrentibus, res efficiatur persuasibilis audientibus, dignaque quæ ab illis credatur. Tenetur ita id narrans, tanquam vera causa iniusta illius, restituere totum damnum famæ ex ea narratione sequutum, si non plus nequitia audientium concipiatur, quàm inde narum erat rationabiliter concipi: incrementum verò, cum non ex ea narratione sit sequutum, sed ex audientium nequitia, narrauitque non vera causa illius, sed solum occasio fuerit, restituere non tenetur, est id permaneat. Quoniam sicut is, qui coram alijs furatur, neque aliter eos ad furandum inducit, quàm suo exemplo, restituere non tenetur, quæ alij suo exemplo permoti furantur, eo quòd exemplum nudum non fuit causa furtiliorum, sed solum occasio vt inde ad furandum mouerentur, vt tractatu in materia de restitutione dictum est: ita res habet quo ad id incrementum damni famæ nequitia audientium datæ. Quòd si da-

Amum ex ea narratione sequutum, aut quòd natum erat sequi, notabile erat, attenta qualitate delicti, personæ de qua narratur, & cæteris circumstantijs concurrentibus, tunc id narrans peccauit lethaliter. Idem est quò ad culpam lethalem contra caritatem, si attentis personis, quibus fuit narratum, & attentis circumstantijs alijs concurrentibus, animaduvertebat, aut animaduvertere debebat, illas peccaturas lethaliter, sibi persuadendo, quòd dignum non erat, vt sibi persuaderent, aut alijs id ita narrando vt peccarent lethaliter. Tunc enim propter lethale scandalum, quòd vitare tenebatur, & cui occasionem præbuit, peccauit contra caritatem, tum contra eos, qui ita scandalizati sunt, scandalizari inde potuerunt: tum etiam contra proximum illum, de quo id narratum ex auditu fuit, cuius famæ ab illis alijs detrimentum fuit iniuste illatum, aut inferica occasio potuit: Vnusquisque enim lege caritatis tenetur sub culpa lethali vitare scandalum lethale aliorum, si commodè potest, ne dum ad id scandalum occasionem non præbere. Tenetur insuper impedire damnum notabile famæ aliorum, si commodè potest, nõ minus quàm tenetur impedire damnum illorum in bonis externis diuitiarum, si commodè potest, ne dum occasionem non præbere eius damni. Conclusio hæc tota non alia probatione indiget, quàm quæ in illa est inserta.

Secunda conclusio. Quia proximi famæ non solum læditur opinione sinistra de illo, sed etiam suspicione, quæ & dubitatione de probitate illius, aut quòd notam seu maculam aliquam habeat, vt in materia de iudicio temerario & Dist. 13. dictum est: quæ autem ex auditu narratur, vel quò ad mores prauos occultos, vel quò ad notam & maculam aliquam occultam, regulariter sufficiunt ad generandam dubitationem, ne res ita habeat, aut etiam suspitionem, quòd forte ita res habet, sanè qui aliud tale occultum ex auditu narrat, damnumque aliquod famæ inferat, quatenus causa iniusta est vt ea de re dubitetur, aut suspicio habeatur, restituere tenetur damnum, quòd ea narratione intulit, si permaneat, licet non incrementum, cuius fuit occasio, si plus audientes conceperunt, aut etiam famam læserunt. Tenetur verò id damnum permanens restituere sub culpa lethali aut veniali, pro quantitate eius damni permanentis, maiori vel minori. Vtrum autem id narrando peccauerit lethaliter aut solum venialiter, iudicandum est ex quantitate damni, quòd natum fuit efficere, & ex scandalo audientium, quibus occasionem plus concipiendi aut plus ulterius narrandi præbuit, & ex qualitate criminis, vt si ad sodomiam, hæresim, aut alium enorme ac læsuum valde famæ crimen attinebat, ex qualitate verborum ac macula, & ex quantitate personæ, de qua id narrauit, atque ex cæteris circumstantijs concurrentibus, iuxta ea, quæ duntaxat de iudicio temerario nobis scribo erant, explanata sunt, num, dubium temerarium, aut suspicio temeraria de eiusmodi rebus, spectata qualitate personæ de qua id dubium aut ea suspicio habetur, culpa sit lethalis. Conclusio hæc non alia etiam probatione indiget.

SVMMARIVM.

1. Quid sit crimen notorium facti notoritate, & quàm multis notoriam sit oportet.
2. Quid sit notorium notoritate iuris, quòd etiam duplex est, vnum, quòd tam manifeste iudicis sententia est datum, vt nulla possit iam tergiversatione celari: alterum quòd probatum est iam plene in iudicio testibus omnino sufficientibus, vt condemnatoria sententia nisi pre-feratur.

3. Publice infamatus de aliquo crimine dicitur, de quo licet notorium non sit eum id crimen commississe neque ipsi neque facti notorietate, est tamen publica fama eum id commississe, et verisimilibus coniecturis habens ortum.

4. Aliud est aliquem infamatum esse de aliqua re in domo aliqua, & aliud esse infamatum in vicinia aut populo vel regno.

**PUBLICVM CRIMEN AVT MACV-
la, quæ dicantur ad examen, num absque pec-
cato de segi de illis possint, qui
de illis sunt infama-
mati.**

DISPVT. 31.

VT consequenter explicemus, quo usq; absq; peccato liceat detegere id ignorantibus peccatum aut maculam, de quibus aliquis est infamatus, vel in loco & tempore in quibus est infamatus, vel in alijs, explicandum est, quod crimen aut macula ad eum effectum publica dicantur. Ad alium enim effectum iterum tractatu sequenti erit sermo de crimine notorio ac publico.

Quando aliquid in modo notorium est facti notorietate, publicum est tibi, vbi ita est notoriũ. Tunc autem vt iuxta c. vestra, & c. quæ situm est, de cohabit. cler. & multis. doctores communiter tradunt, aliquid notorium dicitur facti notorietate in aliquo loco, quando iam ibi nulla potest tergiversatione celari. Ad q; non satis est, quod id ibi euidenter à quatuor aut quinque sit cognitũ, sed requiritur vt à tot de populo, vicinia, aut communitate sit euidenter cognitum, vt prudentis arbitrio iudicetur nõ posse iam illatæ tergiversatione celari. Ad notorietatẽ enim facti in primis euidentia est necessaria: quoniã opinionem consistit nõ efficere notorium, facileque is, de quo id multũ opinarentur, atque de quo ex opinione id diceretur, tergiversari & obijcere possit, decipi eos, qui id opinati sunt, ex falsisque præsumptionibus id concepisse & asseruisse. Neque satis est tres quatuor, aut quinque aliter se id vidisse, euidenter ve cognitione id scire: quoniã licet tot testes omni exceptione maiores sufficiant ad id planè in iudicio probandum: non tamẽ sufficiunt, vt id notorium facti notorietate dicatur ac sit: quoniã is de quo id dicitur, tergiversari aliqua ex parte poterit id celare canando, non sine aliqua specie ne fortè res ita habeat, dicendo, eos sibi esse inimicos; idque confinxisse mutuo consilio, corruptõsve esse largitionibus, aut aliqua alia ratione, vel omnes, vel eorum aliquos. Quando verd iam tot euidenter illud cognouerunt, vt prudentis arbitrio non possit vlla tergiversatione celari, quia nihil cum vel leui verisimilitudine potest obijci aduersus tot hominum euidentem notitiam, quo id celerit, dicitur notorium facti notorietate. Licet autem Pan. c. vestra cit. n. 16. asseruerit, vt aliquid notorium in aliquo loco dicatur, necesse esse, vt à maiori parte viciniæ sciatur; arhieros tamen satis ad id esse, si ab octo aut à decem id euidenter agnoscat, maxime alijs id audientibus, aut aliqua eius rei indicia conspicientibus. Quando item vitium aliquod iuris præsumptione censeretur notorium facti notorietate, tunc qui illo ita laboraret, censeretur quoque in re proposita publice de illo infamatus. Illud verd iuris præsumptione censeretur notorium facti, quod quamuis in se euident non sit, tale tamen iure præsumitur. Hoc modo quando publice aliquis semper habitus est filius alicuius, dicitur notorium illum esse aut fuisse filium illius, vt patet c. quoniam de fil. presby. & c. per tus de prob. Ad eundem verd

A modum, quod ad rem præsentem attinet, qui publice domi mulieres retinent, quas nullus dubitet esse eorum concubinas, vel quia ex illis filios habet vel patentibus alijs indicijs, arbitror iuris præsumptione eos esse notorios concubinariorum, in eo perseuerantes peccato, si tot habere eosita concubinas conspiciant, quod sufficiunt, vt aliquid notorium facti dicatur, est d de concubitu euidentia non sit. Atque hoc est, quod velle videram Pan. c. vestra de cohabit. cler. & mulier. n. 6. Legas etiam Syluest. verb. cler. 2. §. 4. q. 2. Qui autem hoc modo esset notorie in concubinato, de eo longè maiori cum ratione diceretur, eum esse publicum concubinariorum; eum minus ad rationem publici, quam ad rationem notorii requiratur, latiusq; vt constat c. tuanos de cohabit. cler. & mulier. & hoc loco, atque tractatu sequenti videbimus, ratio publici pateat, quam pateat ratio notorii.

Aliud dicitur notoriũ, non facti notorietate, sed notorietate iuris, vt communiter doctores distinguunt iuxta c. vestra & c. quæ situm est, de cohabit. cler. & mul. quæ supra citata sunt. Atq; eiusmodi notoriũ iuris notorietate duplex est. Vnũ est, quod tam manifesta indicis sententia est damnati, vt nulla possit ita tergiversatione celari: vt quia sententia fuit publica, in remq; transit iudicatum. Quod autẽ hoc modo notorium est, publicũ etiam dicitur, tum simpliciter, tum etiam quod ad rem attinet, de qua nũc disputamus.

Alterum verd est notorium iuris notorietate, q; probatum est iam plene iniudicio testibus omnino sufficientibus vt cõdemnatoria sententia rite proferatur, aut etiam ea cõfessione rei, quæ ad ferendam cõdemnatoriam sententiam omnino sufficiens sit, ita vt in neuro euẽtu reus possit iam vlla tergiversatione suum crimen in eo iudicio celare. Arque, q; hoc modo notoriũ est iuris notorietate, quamuis publicũ sit, & dicatur iam esse in eo iudicio, ad alios que effectus, de quibus tractatu sequenti erit sermo, ad rem tũ, de qua disputamus, non censetur publicũ, nisi adiunctũ simul habeat, esse etiam publicũ aliquo alio ex eis modis publicatis ad rem præsentẽ sufficientibus, vt Disputationibus sequentibus videbimus.

Qui item damnatus est de leuiter aut de vehementer suspecto circa aliquot crimen, publice etiam est infamatus, quod sit ita de eo crimine suspectus.

Item in re proposita publice infamatus de aliquo crimine aut macula sic dicitur, vt patet c. tuanos citato, de quo licet notorium non sit, eum id crimen commississe aut eam maculam habere, neq; iuris neq; facti notorietate, est tamen publica fama eum illud commississe, aut eam maculam habere, hoc est, est opinio comũnis ex verisimilibus cõiecturis habens ortum: neq; ad eam famam aut infamiam satis est, si pauci ita opinentur aut loquantur, sed necessaria est opinio multorũ prudentis arbitrio, vt ait gloss. c. inquisitionis §. vl. de accus. quam sequuntur Sot. 5. de inst. q. 6. a. 2. & de reg. secr. rem. 6. q. 6. Bar. aut. l. de minor. §. plurimũ, ff. de qq. affirmant, necesse esse vt sit maioris partis viciniæ, vniuersitatis, aut collegij, in eamque sententiam inclinant Fel. c. inquis. §. sit. cit. & alij doctores cõmuniter. Nec video qua ratione Nau. c. inter verb. n. 84. affirmauerit, Bar. aliud sentire: cum loco citato, quod ex illo referimus, satis perspicue assermet.

Nunc autem, q; ad rem præsentem attinet, q; quodridiana est, & circa q; à multis maior lux desideratur quam q; à doctoribus cõmuniter traditur, est obseruandum. Aliud esse aliquem infamatum esse de aliqua re in domo aliqua aut collegio, & aliud esse infamatum in vicinia, in populo, & in ciuitate, aut in comunitate alia populosa, vel regno. Atq; à domo aut eollegio incipiendo est obseruandũ. Quamuis quo do

mus aut collegium maiora sunt, eo, ut in eis censeatur aliquis infamatus circa aliquam rem, requiratur plures de ea domo aut collegio id de eo opinari aut loqui, nihilominus quo maior est domus aut collegium, eo minorem partem proportionalem ei domus aut collegij sufficere id opinari aut loqui de illo, ut is infamatus circa id in ea domo aut collegio censeatur. Verbi gratia, si domus consistet ex octo fortasse ad infamiam in ea domo requiritur, ut quatuor id opinentur, vel obloquantur, aut sciant. Si verò domus aut collegium consistet ex viginti, fortasse sufficientes septem, aut ad summum octo. Quòd si consistet ex centi, sufficientes quindecim, aut ad summum viginti. Neq; ad id est necesse, ut medietas aut maior pars id opinetur. Eodem modo, dum hæc in Euorensi academia exponebam, dicebam, ut in ea vniuersitate, quæ tunc mille scholasticis consistebat, scholasticus aliquis censeretur infamatus de aliqua re, sufficere viginti, aut plures, vel fortè pauciores, qui id scirent aut opinarentur, modò tamè omnes nõ essent de vna domo aut collegio, aut de duabus domibus aut collegijs: nam tunc licet id sufficeret, ut in domo aut collegio infamatus censeretur, nõ tamen ut in vniuersitate censeatur ea de re infamatus. Eodem modo in vicinia, quæ ex quatuor aut quinque domibus consistet, in quibus quadraginta aut quadraginta quinque sint personæ, ut aliquis de vicinia illa dicatur in ea infamatus de re aliqua, satis erit, si in familia illa sit inter octo aut decem de diuersis illis domibus. Et in oppido, quod ex quadraginta domibus consistet, ut aliquis in illo de realiqua infamatus esse dicatur, satis erit, si opinio de ea res sit apud viginti de eo oppido. Et quidam non ineptè docuit, ut aliquis infamatus de aliqua re censeatur in ciuitate, quæ quinque millibus ciuibus constat, ad minimum requiri ut infamia esset inter triginta sparsim de eadem ciuitate, inueniens id sufficere. Ut aliquis infamatus censeatur de re aliqua in toto aliquo regno, satis est, si in curia sit infamatus aut in illustri alio loco, quo influere solent ex toto regno, & vnde fama in regnũ totum facillè spargitur. Atq; ut summam dicam, quòd iam res ita limites secreti seu occulti egreditur, ut prudētis arbitrio, attēta qualitate communicationis, in qua scitur, & comparatione cuius expenditur, an ibi de ea re sit infamatus, iudicatur esse ad eòdē propolāta ac publica, vt moraliter artēta conditione humana sit vltērius ea res diffundenda, censendum sanè est eum, de quo ea opinio à tot iam habetur, amississe ibi ea in re suam famam, esse que ea de re ibi infamatum. Ac sanè arbitrator, ex doctrina hæcēt, à nobis tradita, potius arctare quàm laxare materiam hæc, praximque iudicancium, quando delicta & maculæ censenda sint iam publica, & quando censendum quis sit infamatus de illis, neque requiri tantum numerum id opinantium aut sciencium, quantum à nobis explicatus est.

SVMMARIVM.

1. Infamatus de vno crimine aut macula, illicitè & cum onere restituendi, infamatus, de alio crimine etiam eiusdem speciei, potest, in eo interuenire culpa lethalis. Aliquando verò exigua aut nulla accedere inde poterit infamia, ut neq; sit lethalis culpa criminis detegere, etiam si sub imponatur, neq; inde restituendi obligatio sub culpa lethali consurgat.
2. Quando aliquis infamatus est de aliquo crimine in aliquo loco, absq; culpa lethali, & absq; restituendi onere natus, potest id crimen aliis in eodem loco, qui id nesciunt, si intelligatur, quando in non est per iniustitiam in eo loco infamatus; sed ipse fuit in culpa sua infamia, aut ordine iuris fuit infamatus.
3. Si verò aliquis eo loco per iniustitiam infamatus est, (quia

iniuste crimen illius tunc factum est publicum) tunc verisimile est, vltērius lacerationem famæ illius iniustitiam esse, cum onere restituendi.

4. Si extensio damni, qua fieret post crimen iam factum eo modo publicum iniustitiam prudentis arbitrio esset incrementi damni exigui, atēto quòd ille iam esset infamatus de eo crimine, tunc culpa non esset lethalis ita detegere crimē nescientibus.
5. Si quis illud vltērius detexit post factum publicum, existimabat eum, quo cum loquebatur illud scire, tunc non peccat lethalius id ita detegendo, neq; tenetur ad restitutionem.
6. Qui verè commisit aliquod crimen, de quo iam infamatus est, dignus ob illud in se est, de quo illud concipiatur & proinde ea labore infamia. At ideo tamen non est crimē eius detegendum, ab bonum commune & proximi caritatem.
7. Vniquisque non est dominus famæ aut existimationis, quam aliq; de ipso habent: quia fama est in mentibus aliorum, & quia nullus in eo nobis iniuriam vllam facit.
8. Quando crimen verè est commissum, & iam publicum est effectum etiam per iniustitiam eorum, qui illud reuelatione sua iniustitiam publicam fecerunt, tunc non est culpa lethalis illud detegere in loco, vbi publicum est iam effectum, qui non sciebant.
9. Quando infamia alicuius in aliquo loco solum esset rumor publicus de aliquo delicto publico ex verisimilibus coniecturis, aut suspicio non firma, tunc qui ita detegere id delictum, vt certum illud efficeret, peccat contra iniustitiam, cum onere restituendi.

INFAMATVS SI QVIS SIT DE ALI-

qua re in loco aliquo, an ea aut alia, ad infamiam eiusdem speciei, manifestari eam nescientibus licitè possit in eodem loco.

DISPV. 32.



Hæc prima conclusio est. Infamatus de vno crimine, nota, aut macula, illicitè & cum onere restituendi infamatur de alio alio crimine, etiã eiusdem speciei, aut macula vel nota, potestque in eo interuenire culpa lethalis. Aliquando verò ad eòdē exigua aut nulla accedere inde poterit infamia, vt neque sit lethalis culpa criminis detegere, etiam si falsò imponatur, neq; inde restituendi obligatio sub culpa lethali consurgat. Imò verò euenire aliquando poterit, vt nulla omnino obligatio restituendi famam inde consurgat, etiam si crimen imponatur, & qui id audit, illud omnino credat.

Priorem partem huius conclusionis, nempe infamatum de vno crimine, nota, aut macula, illicitè & cum restituendi onere infamari de alio crimine, etiam eiusdem speciei, aut macula, vel nota, posseque in eo interuenire culpam lethalem, affirmant Aduersarij. In q. 1. lit. h. c. i. & doctores communiter. Probari autem potest, quòd iam licet quis amissam habeat famam circa castitatem, poterit tñ integram illam habere circa iustitiam aut circa alias virtutes, eaq; de causa illicitè ac contra iustitiam infamabitur de furto aut periurio, vel alio crimine mortis, qn & de macula & nota generis, scienciam, vel artis, tantq; iactura famæ esse poterit ea de re, vt in eo interueniat culpa lethalis, consurgatq; inde obligatio restituendi eam iacturam ac damnum famæ iniuste datum sub culpa lethali, vt ex se satis liquet. Quin si mulier, quæ infamata semel fuit de aliquo adulterio, post tempus aliquod in aliud occultum incidat, sane tantam iacturam famæ amittere ex eo poterit, quòd secundũ ipsius adulterium detegatur, vt

6 a detectio culpa fit lethalis contra iustitiam, cum onere sub culpa similiter lethali illi restituedi etiam iacturam ac damnum famæ iniuste illi datum detectione illa secundi illius adulterij, nihil impediente, quod secundum adulterium, quod de nouo detegitur, & de quo de nouo infamatur, fit eiusdem speciei cum primo, de quo erat iam antea infamata: facileque erit plura alia similia exempla tradere.

Posterior verò eiusdem conclusionis pars, aliquando videlicet ad eò exiguum aut nullam posse accedere ex ea detectione infamiam, vt neque lethalis culpa fit id crimen detegere, etiam si falsò imponatur, neque inde consurgat obligatio restituendi sub culpa lethali, imò posse aliquando euenire, vt nulla omnino obligatio restituendi famam inde consurgat, etiam si crimen imponatur, & qui id audit, illud omnino credat: ea, inquam, posterior pars ex eo probatur, quoniam si de publica meretrice dicatur, illam aliquem admisisse, sanè est id illi imponatur, non erit culpa lethalis, neque vlla consurgat obligatio famam illi ea de causa restituendi: quippe cum nulla inde accessio infamæ illi accreuerit. Item, esse aliquem iam infamatum culpa aliquo vitium, aut circa aliqua vitia, sanè multum conducit, vt fama illius circa alias virtutes nò sit rati momenti quanti c. l. facta aliorum, in maxime si virtutes sint affines; ac, p. inde fieri poterit, vt detectio vniq; circa quod nò erat infamatus, non tantum fama illi debeat, at eadem qualitate personæ, & attentis circumstantijs alijs concurrentibus, vt ad culpam pertingat lethalem, & vt obligatio restituendi, que inde consurgat, fit culpa lethalis. Quando aut id ita iudicandum sit, quando non item, ita uti nequit certa regula, sed id prudentis arbitrio, spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus, est relinquendum.

2 Secunda conclusio. Quando aliquis infamatus est de aliquo crimine in aliquo loco, absq; culpa lethali & absq; restituendi onere narratur id crimen alijs in eodem loco, qui id non sciunt. Conclusio hæc communis est doctorum Nau. c. inter verba à n. 337. D. Ant. p. 471. S. c. 4. in prin. Caiet. in opus. 17. resp. 9. resp. ad 3. dubium, Ledesmi 2. 4. q. 18. art. 2. Soti 4. de iust. q. 6. ar. 3. ad 4. Maioris in 4. dist. 15. q. 6. & plurimum aliorum.

Contrarium verò affirmavit Adr. q. de rest. famæ duob. §§. ante responsum ad argumenta, idemq; affirmavit Syll. verb. detractio. n. 2. Ducuntur. Quoniam contra caritatem est, proximi famam læsari apud id scientes lædere amplius apud id non scientes: quare, inquit, si læsio, que vltcrius fit id detegendo non scientibus, notabilis sit, ea detractio erit culpa lethalis: sin minus, erit solum culpa venialis. Addit verò Adrianus, lædentem eo modo famam non teneri ad restitutionem eius læsionis. Quoniam infamato non debetur famam ex iustitia, sed solum læsio fit vltcrius contra caritatem.

Recedendum tamen non est à communi doctorum sententia Saltem si intelligatur, quando is nò est per iniustitiam in eo loco infamatus, sed ipse fuit in culpa suæ infamæ, aut ordine iuris fuit infamatus. Exemplum primi, vt quando aliquis in conspectu multorum peccauit, & ita in causa fuit, vt ipsius peccatum esset notorium: vel quando ita incautè se gessit, vt et sic culpam iterauit, vt multis opinionè generet sui delicti. Hic enim sibi ipsi abstulit famam, indignusque est effectus, vt conuegarum circa id crimen apud alios eiusdem loci. Neque tunc ratio postulat, vt hominum linguæ ita se conuincant, ac si crimen illius esset secretum, nec famam sua culpa ipse amississet: quin potius commune bonum ex parte tunc efflagitat, vt peccatum illius arguatur ac detegatur in illius confusionem, atque vt

Tom. 5.

castori se contineant à peccatis, timètantque peccata sua publica efficere in aliorum scandalum. Ac sanè purissimum intolerabileque iugum conferretur hominum ceruicibus impolitum, si nullum crimen, quamuis publicum, detegere ijs possent, qui illud ignorarent, & quociescumq; de eo loquerentur, attendere tenerentur, ne fortè aliquis adesset, qui illud ignoraret, ne culpam committerent, illud ignoranti feuelando. Id quod sanè neque rei natura nec humanis conuictus pariuntur, neq; est credendum pissimum Deum ad eò graue iugum imponere in eandem ceruicibus hominum. Quando autem aliquis ordine iuris est infamatus de crimine aliquo quia crimen illius iuste sententia iudicis est factum publicum & detectum, vt punitur ac sciatur posthabita fama illius, satis est perspicuum licere illud detegere ijs, qui illud ignorat in eo ipso loco, in quo est ita publicum. Vtrum autem liceat illud etiam detegere in loco, in quo non est publicum, Disputatione sequenti dicetur.

3 Dixi suprà, saltem si communi sententia intelligatur, quando is non est per iniustitiam in eo loco infamatus: quoniam si per iniustitiam infamatus est, quia iniuste crimen illius fuit factum publicum; vt si cum esset secretum, aliquis aut aliqui illud reuelarunt, effeceruntque publicum; tunc maior vt similitudo est, vltcriorem læsionem ac læsionem famæ illius iniustam etiam esse, cum onere restituendi: Cui enim quo infamia ad plures se extendit, eo maior sit, & cum maiori iactura ac damno diffamati: atq; in eo euentu totum id damnum iniuste datum fuerit ita diffamato: consequens esse videtur, quod quem admodum quando aliquis patitur damnum iniustum in bonis externis diuiniarum, non solum peccat ijs, qui precipuam illius partem à principio dederunt, sed etiam ijs, qui idem damnum postea extenderunt, etiam si id efficiant, prioribus illis alijs prebentibus eis occasionem extensionis eius damni; tenenturque vtrique ad restitutionem damni, quod dederunt, vnusquisque eorum ad restitutionem patris, quam dedit: hæc se res habeat in proposito.

4 Quod si sententia hæc vera sit, sunt nonnulla circa eam obseruanda. Primum est, vt extensio damni, que fieret post crimen iam factum eo modo publicum iniuste, prudentis arbitrio esset incrementi damni exigui, attentò quòd ille iam esset infamatus de eo crimine, tunc culpa non esset lethalis ita detegere id crimen ijs, qui illud ignorabant, neque item inde consurgeret obligatio restituendi id damnum sub culpa lethali, sed solum sub veniali, si permaneret restituuique posset.

5 Secundum verò est, si qui illud vltcrius detexit post factum publicum, existimabat eum, quo cum ea de re loquebatur, illud scire, vel arbitrabatur, sibi licere illud nescientibus detegere postquam iam erat publicum, tunc neque lethaliter peccaret id ita detegendo, neque restituere teneretur extensio nem illam damni in fama, ignorantia excusante tunc à culpa lethali, tum etiam à restituendi onere: eo quòd in eo euentu non consurgat obligatio restituendi ex parte rei acceptæ, & ab obligatione restituendi ex parte iniustæ acceptationis excuset ignorantia.

6 Dixi paulo superius, si sententia hæc vera sit. Quoni am in re, de qua hæc & sequenti Disputatione agim⁹ duo sunt obseruanda. Primum est, eum, qui vere commisit aliquod crimen, de quo iam est infamatus dignum ob illud in se esse, de quo id concipiatur, quique proinde ea labore infamia; quado quidem non aliud de eo concipiatur, quam quod haber natura ipsa rei, & quam quod crimen ipseq; ob id crimen mereatur. Bonum tamen commune reipublicæ, exempli aliorum, & caritas eius proximi postulat, vt quamdiu res est secreta, neq; ille famam z-

3 mil-

missam ea de re haberi id non detegatur, nisi eo con-
 tendente in iudicio iustam vindictam & pœnam de
 eo malefactori, qui eo crimine est offensus, iniuriã
 que tali crimine est passus, aut eo idem contendente,
 cui, iuxta præscriptum reipublice, concessum est
 agere ac prosequi iniuriam eius, qui crimine illo fu-
 it offensus, vel, quando ita expedit reipublice, ob
 criminis gravitatem ac perniciem, & damnum ali-
 ortum, aut maximam Dei offensam, & republica ipsa
 statueret vt tunc detegatur iudiceque Ecclesiastico
 aut seculari ex præscripto eiusdem reipublice de
 illo inquirente, aut denunciante præcipiente, etiam
 si secretum sit, vel nisi crimen sit publicum, de quo
 accusare cuius de populo in commune bonum est
 concessum: semper enim commune bonum, paxq;
 tranquillitas, & reipublice cõseruatio in bono suo
 statu, præferri debent bono priuato famæ alicuius,
 maximè quando ea est indignus, ob suumq; crimen
 commereatur vt in ea puniatur, præcipiendo, vt aut
 ab ijs, qui id crimen aut iudicia illius sciunt, delega-
 tur, aut facultat vt de eo accusetur, vt is delinquens
 competenter puniatur, cum in fama & existimatio-
 ne, quæ de illo habebatur, tum etiam in alijs illius
 bonis, vt fuerit dignum, communique bono expedi-
 diens, atque à republica ipsa sancitur. Et deniq; in
 quocumque ex illis euentibus, qui D. 14. explica-
 ti sunt, fas est crimina occultata detegere, quantum
 causæ & fines, ob quos tunc id licet, postulant, & nõ
 plus. Atq; obserua, quòd cum finis correctiois fra-
 ternæ sen patet, idve ad quod ea correctio ordi-
 natur, sit sola emenda fratris, qui est in peccato pen-
 dente adhuc in futurum, vt ab illo cesset ac eruarur
 neque in illo is progrediatur vterius: naturaque ip-
 sa rei ordoque caritatis postulat, vt bonum ipsius
 spirituale cessare que à peccato preponatur famæ e-
 iusdem eademque natura rei, caritas, & iustitia pos-
 tulet, vt si erui à peccato possit sine vlla iactura suæ
 famæ, id ita fiat: si autem sine iactura famæ erui non
 possit, eruarur cū quanta minori iactura fuerit pos-
 sibile: inde ortum habuit ordo correctionis frater-
 næ à Christo in Euangelio præscriptus, qui de iure
 est naturalis, vt scilicet, frater, in peccato pendenti in
 futurum iacens, corriperetur à solo id sciante, si spes
 esset, quòd id sufficeret: si autem non sufficeret, ad-
 haberetur simul vnus alius aut alter testis, antequam
 prælato seu Ecclesiæ in prælato denunciaretur: si autem
 nec id sufficeret, tunc prælato denunciaretur, & c.
 Cum verò finis correctiois iudicialis nõ sit bo-
 num, nec spirituale, nec aliud eius, qui deliquit, sed
 finis, idve ad quod ea correctio ordinatur, sit, vt de
 Inquens competenter puniatur in satisfactionem
 eius. qui eo delicto fuit offensus, & in satisfactione
 ac bonum reipublice, atque vt pax debitaque rei-
 publice status cõseruetur, ceterique timeant & in
 officio contineantur, sanè correctio iudicialis non
 curat famam ac bonum delinquentis, sed tantum
 ea est licitum præiudicare famæ eius, qui deliquit,
 non solum sententia iudicis postquam delictum fu-
 erit probatum, in pœnamque eius delicti, sed etiam
 vt de eo delicto accusetur à legitimo accusatore, in-
 quitatur à iudice ex officio, detegatur ac denūciat-
 tur, testibusque comprobetur, quantum in bonum
 commune iure ciuili aut canonico, in Ecclesiastico
 vel in seculari foro, fuerit pro qualitate delictorum
 præscriptum aut permissum: neque in ea laxatione fa-
 mæ delinquentis, quæ ea via, iuxta ordinem ac per-
 missionem iuris, fit, vlla est culpa in foro conscien-
 tiæ, neque contra iustitiam, neq; contra caritatem
 delinquentis, modò sinistra alia intentio nõ admi-
 sceatur, neq; transgressio fiat quo ad id, quod ea cor-
 rectione iudiciali canonico aut ciuili iure in Eccle-
 siastico aut id seculari foro est permissum, vt hæc om-
 nialatius tractati sequenti & in materia de correctio-
 ne fratrum explanabuntur: contrariumque asserere
 procul dubio est aperta ignorantia, estque temere

A condemnare culpæ lethalis, quæ ritè in foro seculari
 ac ecclesiastico iuxta præscriptum iuris, & iuxta
 id quod postulat commune bonum reipublice se-
 cularis & Ecclesiæ, quotidie sunt. Vnde miror quæ-
 dam virum, aliàs doctum & pium, quæ sequuntur
 his nostris temporibus typis mandasse: *Obiures, reuelans
 secretum delictum tenetur ad restitutionem famæ: sed
 qui manifestat & probat in iudicio, quod probari potest
 duobus vel tribus testibus, non tenetur ad restituendam fa-
 mam illi accusato, vt habetur lib. Ord. Reg. tit. 9. l. 2. ergo
 signum est, illum non fuisse detractorem, nec peccasse contra
 iustitiam, & consequenter non esse dicendum secretum, quod
 duobus vel tribus testibus probari potest. Respondeo, teneri
 istum ad restituendam illi famam, modo meliori, quopote-
 rit, quia lex illi solum respicit forum exterius, ita vt iudex
 non compellat accusatorem, qui ita probauit delictum alie-
 nus, ad restituendam illi famam: ac in foro conscientie te-
 netur restituere, cum verè infamauerit proximum. Respon-
 deo secundo, etiam si non teneatur, qui probauit in iudicio
 crimen alterius, restituere illi famam, quia iam factum est
 publicum, nec potest dicere illud non constare, cum consti-
 probatioe iudicis: nihilominus quando accusat, (vbi
 sit ex criminibus notum, quæ tenemur reuelare) peccat,
 & fuit verè infamator ac reuelator secreti. Hæc ille. In
 quibus aperte intendit, neque eum, qui legitime in
 foro exteriori accusat aliquè aliquo crimine, quod
 ante accusationem & probationem secretum est,
 vt distinguitur contra publicum, neque eum, qui
 de eo crimine in iudicio testificatur, licitè id effice-
 re, sed peccare in foro conscientie, tenerique ad restitu-
 tionem famæ talis delinquentis ea via leges, ef-
 fectue verum detractorem: quæ omnia absurdissi-
 ma planè sunt, atque si res ita haberet, iura canonica
 & ciuilia, præiustis Ecclesiasticis & ciuilibus fori, pec-
 cata lethalia contra iustitiam & cum onere restitu-
 endi fouerent, neque sine peccatis iniustitiæ puniri
 delicta possent eo ipso, quòd prius non essent publi-
 ca effecta, misera que esset conditio reipublice, boni
 communis atque proborum, qui cõpetentè via
 dictam de iniurijs acceptis & de alijs exigere aduer-
 sus iniquos licitè non possent, nisi prius publicè cõ-
 staret, eos illa delicta commisisse, de quibus accusa-
 ri ac puniri licite possent.*

Secundum obseruandum eiusmodi est. Non sic
 ut vnusquisq; est dominus honoris exterioris diui-
 tiarum, quæ ritè legitime vt titulo vt sua possidet: sic est
 dominus famæ, seu existimationis nõ male, quæ alij
 de ipso habent. Tū quæ fama est in mētibus aliorum
 estq; existimatio, quæ alij de nobis cõcipiant, seu est
 illos non habere malam de nobis existimationem,
 est id nihil de nobis de rebusq; nostris cogitent: quod
 stat non esse bonum, cuius nos verum dominium ha-
 bere possumus. Tum est, quoniam vnus vnus iniuriam vllam
 in eo nobis efficit, quod male de nobis de actibusq; ac
 rebus nostris cõcipiat, malamq; p̄inde apud illum
 famam seu existimationem habeamus, quæ ita res ha-
 bet, vt de nobis is cõcipit atq; existimat, neq; via ini-
 iusta in eam no iuriã deuenit: bonis verò, quorū nos
 domini sumus, nullus priuatus pōt nos iuste spoliare
 seu priuare, est ob nostra delicta: vnde nullus pri-
 uatus ob nostra delicta pōt nos iuste spoliare ac pri-
 uare bonis nostrisq; externis diuitiarum, neq; vlla eorū
 parte, sed solus iudex per sententiam, potest asse
 publica, pōt id efficere, si ea pœna sit, vs digni. Tū de-
 niq; præter alia quæ in bonis nostris externis diui-
 tiarum, quorū sumus domini, est id iudex sententiam
 ferat, quæ nos in illis puniat quod ad partē eorū, nul-
 lus tñ alius pōt extendere eam pœnā ad partē aliam
 eorū, eam à nobis auferēdo, aut damnū in ea nobis
 inferēdo, id. n. esset peccatū contra iustitiam cū o-
 nere restituat id nobis id damnū, vt omnibus est ma-
 nifestū: at verò eo ipso, quòd per sententiam publicā
 damnati sumus de aliquo crimine, eaq; via factum
 est publicū omnibus, quia eam sententiã audierūt,
 & qui illam cū nostra ignominia mandari exequu-
 tione

tioni videntur, non peccant alij privati contra iustitiam, quin neq; contra caritatem iuxta communem & veram sententiam, id crimen, eamq; sententiam & executionem, manifestando ijs, qui ea omnia ignorabant, eaq; ratione infamiam nostram extendendo ad multos alios, eamq; augendo, minime iussi, nec facti exequutores eius poenae ac dilatationis & augmenti nostrae infamiae: ergo fama nostra non est bonum ita nostrum, vt illius firmus domini, sicut domini sumus bonorum nostrorum diuitiarum.

Ex his duobus, quae obseruanda duximus, dico, quomnis vnusquisq; interim dum crimen suum non est publicum, ius habeat, idq; naturale, ab ipsa rei natura profectum, ob rationes traditas in initio primi, quod obseruandum duximus, vt nullus praedicit famam illius reuelando alijs, exceptis vitijs, quibus id licere recta ratio ac iuris dispositio permittit, iuxta ea quae in primo, quod obseruandum duximus, & Disp. 24. explicata sunt, atq; aded qui illi iuri contrauenit, non solus peccet contra caritatem, sed etiam contra iustitiam cum onere restituendi damnum famae permanens, quod ita iniuste dederit: nihilominus quando crimine verè fuit commissum, iamq; est publicum effectum, etiam per iniustitiam eorum, qui sua reuelatione iniusta publicum illud fecerunt, non est mihi compertum ac persuasum, culpam esse lethalem illud decerere ijs in loco vbi publicum est iam effectum, qui illud non sciebant, non solum contra iustitiam & cum restituendi onere, vt Adrian. concedit, sed neq; contra caritatem. Tunc quoniam in eo euentu ille verè id crimen commisit, & propter illud verè ipse est dignus, de quo ea opinio, existimatio, ac notitia habeatur, illeq; quo ad id non solum non est iam integrae famae, quasi solum ex parte habeat illam laesam, vno dumtaxat aut duobus vel tribus vel scientibus, & quasi id crimen permaneat adhuc intra limites occulti, vt distinguitur contra publicum, expeditq; bono communi, aliorumq; exemplo, eam conservari, sed simpliciter illam habet amissam, eo quod crimen id sit iam publicum effectum, atq; ex parte ad bonum commune spectat, vt postquam iam habet famam ita amissam ob verum suum crimine, in eo etiam id crimine puniatur, vt de illo alij loqui possint in illius ruborem & infamiam, nihil impediens, quod ea infamia magis extendatur, vt ipse & ceteri se deinceps contineant à tali crimine patrandò: ob quam causam, quando crimen est iam publicum illo modo, magis canonico & civili iure est licitum de eo inquiri & denunciari, vt puniatur, nihil impediens, quod ea ratione sic longè magis extendenda in fama eius peccatoris, quam liceat, interim dum crimen manet occultum, vt distinguitur contra publicum, nec peccator adhuc laborat simpliciter infamia eius criminis. Tunc etiam quoniam eo ipso, quod id crimen factum est iam publicum, & qui illud conuicit, amissam iam quo ad illud habeat famam, non tanta iactura est famae illius, quod ea fama, loquendo de illo, ad alios extendatur, qui illud ignorabant, vt culpa id sit lethalis contra caritatem, maximè concurrentibus simul rationibus paulò ante traditis, vt id sine culpa lethali fiat, & concurrente quod proximè subiungo. Tum deniq; quoniam conuictus humanus, spectata praesertim condicione ac fragilitate humana, & serui attentis omnibus alijs, quae dicta sunt, non patitur, vt postquam crimen alicuius publicum est effectum, culpa sit lethalis de illo loqui coram ijs, qui illud ignorant, durumq; valde ingratum, difficileq; ad modum seruatur, impositum esse certicibus hominum, si in eo euentu contra caritatem peccarent lethaliter, ac proinde si semper quando crimen esset publicum, famaeque notabiliter laesum, tenerentur homines sub culpa lethali a reu-

dere, an crimen contra iustitiam factum esset publicum, compertumq; habere non esse factum publicum contra iustitiam, vt de illo possent loqui, non examinato ac cognito prius, nullum adesse qui illud ignoraret; quod non videtur credendum de diuina bonitate ac pietate: neque video, si id esset culpa lethalis, cur non esset contra iustitiam: quoniam vel ille adhuc ius retinet, vt infamia illa ad alios non extendatur: vel non: si id ius non habet, sanè non videtur peccatum contra caritatem, sed licitum esse, si aha sinistra intentio non admisceatur, otiosèq; ac vanè, ac proinde cum peccato veniali id non fiat, non curando augmentum iacturae, licet non iniustae, eius proximi, quod non contra caritatem, sed praeter & non secundum caritatem fieret: si autem adhuc id ius retinet, sanè peccatum tunc non solum erit contra caritatem, sed etiam contra iustitiam comparatione eius proximi. Vnde quando peruersa alia intentio lethalis non interueniret, non mihi persuadere in eo esse culpam lethalem. Neq; valet illud argumentum, quando damnum iniuste datur proximo in bonis externis diuitiarum, non solum peccat contra iustitiam cum restituendi onere, qui illud primo datur, sed etiam is, qui illud damnum postea extendit ad aliam partem diuitiarum: ergo quando damnum iniuste est datum in fama proximi reuelando crimen illius, illudq; efficiendo publicum, si postea id damnum extenditur reuelando idem crimen alijs, qui illud ignorabant, non solum peccat contra iustitiam: cum restituendi onere qui illud iniuste fecerunt publicum, sed etiam illi, qui postea eam infamiam extendunt reuelando illud alijs, qui illud ignorabant. Non, inquam, valet hoc argumentum. Tum quia non ita est alicuius dominus sua fama, quo ad id, sicut est dominus suarum diuitiarum, vt explanatum est. Tum praecipue, quoniam in utroq; damno diuitiarum erit iustitia in extensione verò damni famae reuelando crimen iam antea factum publicum ijs, qui illud ignorabant, non erit iustitia, licet erit in reuelatione illius sine iusta causa, antequàm esset factum publicum, vt haec omnia etiam explicata sunt. Quando aliquis publicè esset infamatus iniuste de aliquo crimine, quod illi esset impositum, tunc qui sciret falsò fuisse impositum, peccaret contra iustitiam extendendo ad alios eam infamiam cum onere restituendi id damni incrementum: quoniam etiam incrementum infamiae ac damni esset datum iniuste.

Illud etiam circa secundam conclusionem propositam est obseruandum, quando in fama alicuius in aliquo loco solus esset rumor publicus de aliquo delicto ex verisimilibus coniecturis, aut suspicio vel opinio non firma, tunc qui ita detegeret id delictum, vt certum & indubitatum illud efficeret, peccaret contra iustitiam cum onere restituendi, quo ad id incrementum, quod adhuc occultum erat, estò ipse certò sciret eum id crimen commississe. Pro quantitate autem infamiae, quae inde, spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus, nata fuit augeri, iudicandum erit, an culpa ad lethalem pertigerit. Et pro quantitate incrementi damni tunc re ipsa sequenti tenetur restituere, iudicandumque est, num sub culpa lethali restituere illud tenetur.

S V M M A R I V M.

1. Quando aliquis infamatus est de aliqua re in aliquo loco, non per sententiam latam ea de re à publicis potestatis, tunc contra iustitiam est & cum restituendi onere, detegere id in loco in quo ille de ea re non est infamatus.
2. Si tēporis longinquitate si olita est infamia alicuius de aliquo delicto, de quo non fuit in iudicio damnatus, sanè fuisse de nouo infamiam illam abolitā iniuria est: nec

qui temporis decursu recuperatam iam habebat famam.

3. An liceat manifestare in alio loco, in quo alter ea infamia non laborat, quando est sententia publica in loco aliquo de aliquo delicto damnatus.
4. Non est peccatum contra iustitiam neque contra caritatem detegere vitium eius, qui de illo publica sententia condemnatus est in vno loco, in alio ad quæ ex eo loco est aliquod commercium.
5. Quando locus, in quo is degit, qui in alio publica sententia fuit punitus, ad eum distat a loco, in quo ille laborat infamia, lethalis culpa est detegere ibi peccatum illius.
6. Quando aliquod crimen solum est ita notorium iuris notorietate, quod nondum lata est sententia, qua delinquens publicè de eo damnatur, nefas est illud detegere in loco, in quo is delinquens non laborat infamia.
7. Quando crimen aliquod damnatur publica quidem auctoritate, sed vt notitia criminis eius limites aliquos non egredietur, tunc culpa est lethalis cum quantitate infamie, cum restituendi onere, eam notitiam vltra eos fines extendere.
8. Quando nota aliqua generis, quæ non modicum infamaret, esset occultæ, neq; rescueret ex sententia publica, quæ aliquam antecessuram damnatorum esset de crimine, ob quod ea nota in penam redundaret, tunc culpa est lethalis illam detegere.

INFAMATUS QUANDO ALIQUIS
est de re aliqua in al. quo loco aut tempore, an iniuste & cum restituendi onere id detegatur in alio loco aut tempore, qui illud ignorabant.

DISPV. 33.



Vod Disputatione præcedente conclusione prima est dictum, illicitum videlicet esse, infamatum de aliquo vitio aut macula, in aliquo loco, infamare de alio vitio aut macula, circa quæ non laborat infamia, id detegendo in eo loco, in quo non circa illud sed circa aliud laborat infamia, & quæ, imò magis habet locum, vt illicitum sit id, circa quod nullibi laborat infamia, detegere in loco, in quo neq; circa aliud laborat infamia. Quare hoc loco solum erit nobis sermo de re, circa quam infamia laborat quis in aliquo loco, an contra iustitiam & cum restituendi onere detegatur in loco, in quo is infamia circa illam non laborat.

Prima autem conclusio est. Quando aliquis infamatus est de aliqua re in aliquo loco, nõ per sententiam latæ ea de re à publicis potestatibus, tunc contra iustitiam est, & cum restituendi onere damnorum famæ & detrimenti alia inde sequuta, detegere id in loco, in quo ille ea de re non est infamatus: nisi rationabilis causa occurrat, ob quam detegatur, neq; alijs neq; plus illis detegatur, quæ ea causa exposcat. Si enim contrahere ille vellet matrimonium cum aliqua, quæ id crimine aut eam maculam ignoraret, indeq; detrimentum illi feminæ immineret, tunc ad vitandum damnissimi illius, quando alia via commodè non posset id impedire, detegi ea infamia id vt vitium aut macula illi feminæ aut suis posset, quantum satis esset ad id damnum vitandum. Idem intellige in similibus alijs euentibus. Præcipuum quod hac conclusione asserimus, affirmat Sotus, *de iur.* q. 10. art. 2. neq; video quenquam refragari. Nam Caiet. in *opusc.* 17. *respons.* 9. r. 1. quem Sotus in *com. rari.* citat, solum ait crimine publicum detegi illud ignorantibus posse absque vitio detractionis, non exprimendo, num solum in loco, in quo est publicum, an verò

etiam in quocunq; alio. Probari autem conclusio potest, quoniam is illam suam famam habet in loco, in quo non est infamatus, neq; per sententiam publicam punitus in ea est deteptione eius criminis, vt ab alijs sciatur in penam & confusionem illius, vt ea ratione illi agnoscat & caueatur, ceteriq; timore similis poenæ ac infamie in officio se contineant, similesq; quid non conuittant: ergo qui illū infamat, id detegendo in loco, in quo infamia non laborat, iniustitiam aduersus eum in eo committit, teneturq; pinde illi restituere id famæ damnnum, quod illi dat, ceteraq; damna, si quæ inde fuerint vterius sequuta. Qui ergo faminam, quæ infamia solum laborat in familia, in qua est, quod amores gerat, leuisq; sit cum aliquo, illam de eodẽ crimine extra familiam in vicinia, aut alibi in eodem oppido, vel in alio infamat, sanè contra iustitiam aduersus eam peccat, illiq; tenetur restituere id famæ damnū, & si quæ alia inde vterius sint illi sequuta, quia ea de causa nubescere non potest, aut non æquè bene, neq; cum eadẽ dote, sed cum longè maiori. Similiter, qui in famatum de aliquo vitio in aliquo solum collegio aut canobio, illud de eodem vitio infamat extra id collegium aut canobium, iniustitiam vtiq; contra illum in eo committit, ad restitutionemq; damnorum illi similiter tenetur. Eodem modo, qui infamatum solum in vicinia, de eadem re infamat: extra viciniam, contra iustitiam aduersus eum peccat, damnusq; illi: ea via data restituere ei tenetur. Neque in his propositis exemplis, & in alijs similibus, ad accusandū à peccato & à restituendi onere eum, qui eo modo in alio loco infamat, sufficit, quod ipse id nõ detexisset in eo alio loco, alius de eadẽ domo, collegio, aut vicinia, idem similiter detexisset, (id quod videas multos in hac materia de lutione famæ & de onere eam restituendi fallere) quando enim per iustitiam futura erat eadẽ lætio famæ, sanè quod dicitur iniuste futurus esset breui per alium, neq; à restituendi onere eum excusatur, qui anteuertit, eamq; restitutionem ipse inferit. Vniuersum enim, quando damnnum iniuste datur, quod breui alius illud esset similiter daturus, neq; à peccato neq; à restituendi onere eum excusatur, qui anteuertit & illud dat: quoniam sicut ille alius, qui breui illud iniuste erat daturus, peccaret, restituereq; illud teneretur, si illud iniuste daret, ita peccat, teneturq; illud restituere, qui anteuertit, iniusteq; illud dat. Quando autem ex rationabili causa (vt ad obuiandum scandalo, quod in audientibus generaretur) aliquis detegere id peccatum occultū vt puniretur, quod erat in proximo, vt eum scandalo aliorum ante punitionem manifestaretur, tunc sicut nõ peccaret, qui ex rationabili causa id efficeret, ita neq; ad restitutionem famæ ex eadem rationabili causa eo modo lætis teneretur: atq; id est, quod diuus Th. *2. 2. dist.* 19. q. 2. art. 3. ad 2. affirmat: quare perperam id D. Tho. testimonium à quibusdā adducitur ad id confirmandum, quod proximè reicimus atq; impugnauimus. Quando item in proximo esset, vt delictum aliquod occultū iuridicè manifestaretur ac fieret publicū, tunc nõ esset culpa lethalis anteuertere, illudq; manifestare, quæ dicitur inde nõ aliud detrimentū, quam famæ, sequeretur, moraliterq; esset certum breui fore iuridicè manifestandum. Quoniam in eo, quod paulo antea sciatur, modica iniuria fit ei, cuius est tale delictum occultum.

Quod de loco est dictum, intelligendum est etiam suo modo de tempore. Si enim temporis longinquitate abolita est infamia alicuius de aliquo delicto, de quo non fuit in iudicio damnatus, sanè suscitare de nouo infamiam illam, temporis tractu iam oblitam, iniuria atq; iniustitia est in eum, qui temporis decursu recuperatam iam habebat suam famam, quæ de causa peccatum in eum committitur

cur cum restituendi onere damnum fama, & si quod aliud sit inde ulterius illi sequutum. Pro bono tamen communicatum est in historijs delicta publica referre, nihil impediens, quod id obseculo sit, ne fama temporis progressu recuperetur abolitione memorijs illorum, & quod infamia eorum delictorum ad alia loca deferatur, maxime à repute, quo historijs typis mandari consueverunt, & quod ea ratione ad multo plures homines diffundatur: licitum verò est id ob rationes, quas in *calce Disp. 28.* reddidimus. Id autem confirmat, quod historijs sacris multa similia delicta narrantur, Spiritu sancto assistente, ut ita ab scriptoribus sacrorum librorum id heret. Neq; arbitrò id factum fuisse. Deo id dispensante, neq; ordinante, tanquam domino fama, vita, & honorum omnium, quasi auctores literarum sacrarum peccaret ea delicta in eis historijs narrando, nisi Deus ad id facultatem illis dedisset, idq; illis, ut ita illud efficerent, præscripsisset: quod tamen aliqui innuunt, sentiretq; videntur: sed quod id ex natura rei liceat in bonos fines, quorum aliquot in *calce Disp. 28.* citata commemorauimus.

3 Potissima controuersia circa hanc Disputationem est, quando aliquis sententia publica in loco aliquo damnatus est de aliquo delicto, num liceat illud manifestare in loco alio, in quo ille ea infamia non laborat. Sotus *de iust. q. 10. ar. 2. & Ledesmius 2. q. 8. art. 2.* citant Gaieranum *ops. q. 17. resp. 9. resp.* pro parte affirmante. Gaier. tamen id clarè non dicit, sed solum affirmat, delicta publica dici posse abiq; murmuratiõis peccato, nõ explicando, utrum solum liceat in loco, in quo sunt publicè, an etiam in loco, in quo sunt occulta. In partem verò negantem citat Sotus Andria, *quod. 11.* Eo tamen in loco ego id nõ reperio. Ledesmius verò citat Adria *q. de rest. fama.* quasi ibi attingat, illic tamen id esse, indeq; consergere obligationem restituendi famam. Ibi tamen expressè affirmat, nõ consergere obligationem restituendi, sed solum in eo interuenire peccatum contra caritatem. Sotus *loc. citato* censet, in eo non interuenire peccatum contra iusticiam, ac proinde non inde consergere obligationem restituendi. Quoniam, inquit, ille iure publicoq; præconio multatus est sua fama, atq; adeo cuiq; facta est facultas id scelus propalandi. Adit tamen interuenire peccatum contra caritatem, postq; periringere ad culpam lethalem, tunc potissimum, quando ille eo modo infamatus emendatus iam esset, bonumq; nomen alibi recuperasset. Quibus verbis innuit, quã diu sua emenda boni nomen non recuperasset, nõ esse culpam lethalem eum de eodem crimine infamare in loco, in quo id crimen adhuc esset occultum. Atq; consensit Maior in *4. disp. 19. q. 2. in fine*, vbi ait, durare in patria vnde aliquis est oriundus, eum in loco distanti punitum fuisse ob aliquod delictum, non esse peccatum, estò id ignoraretur in eo loco natiuitatis illius: eandemq; sententiam amplectitur Nauar. *inter verba. n. 842.* Ledesmius verò *vbi supra* anceps est, an liceat, publice in eo loco condemnatum, diffamare de eodem crimine in alio loco, in quo non laborat infamia. Atq; in quo euentu interueniret culpa lethalis in eo infamado in alio loco, arbitratu oriri obligationem restituendi, quasi semper id sit peccatũ contra iusticiam, & nunquam sic contra solam caritatem. Et aduersus Sotũ sic licet argumentari: Vel in euentu, in quo affirmat interuenire peccatum contra solam caritatem infamando eum in loco, in quo nõ laborat infamia, qui publica sententia alibi est dñatus, facta est omnibus facultas in pñam delinquentis vt diffametur eo modo, vel non. Si detur hoc secundum: ergo qui illum ita illicitè infamat, non solum peccat contra caritatem, sed etiam contra iusticiam ita illũ infamando: quippe cum per eam

sententiam nõ sit tributum ius ita illum infamandi. Si verò detur primũ cum is, qui eo modo infamat, utatur iure iustè à republica sibi tributo in pñam delinquentis, sanè exequutio eius iuris non erit contra caritatem, sed præter caritatem eius proximi: quippe cum id sit exequutio pñe iustè facta ab eo, qui ad id ius à republica habet.

4 Vt inter tot opiniones dicã, quod sentio, secunda nõstra conclusio. Nõ est peccatũ contra iusticiam, neq; contra caritatem, detegere vitium eius, qui de illo publica sententia condemnatus est in vno loco, in alijs, ad quæ ex eo loco est aliquod commercium. Vt detegere in India aut Romæ delictũ illius, qui in Lusitania dñatus est sententia publica: vel detegere in qualibet Lusitanie parte crimen illius, de quo ille Olysiþonæ, aut etiam Fluoræ, vel Conimbricæ, publica sententia fuit dñatus, vel detegere in nouo orbe eum, qui Hispali, Madriti, aut in alia parte huius regni fuit dñatus, aut è contrario, vel detegere in qualibet huius regni parte eũ, qui Madriti, Hispali, Salmaticæ, Valsoleti, Toleri, aut in alio simili oppido ex quo ad alias huius regni partes esse solet nõ valde infrequens commercium, fuit publicè dñatus. In hac conclusioe videntur consentire Caiet Maior, Ledesmius, & Nauar. vbi supra, ac alij. Probari aut potest, quoniã ad id publicè dñatur ac puniatur, vt delictũ illius in pñam ac cõfessionẽ eiusdem sciatur, & vt ea rãta iactura famæ, quantum patitur, ipsum & reliquos id scientes cõtineat in officio, cõhibeatq; à simili delicto parandò; qua de causa solent iudices eligere ad id dies, in quibus maior est frequentia, etiam exterorũ; & in tribunali Sanctæ inquisitionis iudici solentur aliquot ante diebus solet dies, in quo futura est dñatio eorũ, qui ab eo Sancto tribunali dñantur ac puniuntur, vt de minimis aut etiã à remotis locis cõueniant homines ad id spectaculũ: ergo fas est notitiam eius delicti, ac pñe pro eo delicto inflictæ, deriuare ad loca, ad quæ inde est aliquod commercium: neq; id negat Sotus, quando in loco, in quo id ignoratur, nõ degitis, qui ita est dñatus, recuperata iam sua fama. Confirmatur, quoniam eo ipso, quod publicè est quis punitus pro aliquo delicto, & productus in pñam atq; in confusionem illius, vt id delictum ab omnibus sciatur, videtur factũ sufficienter publicũ, vt notitia illius defertur licite possit ad loca omnia eius reipubl. atq; etiam ad ea, ad quæ ex ea republ. est commercium: imò verò id videtur esse intentum reipublicæ eo modo punientis: graueq; esset iugũ, maxime à rãta fragilitate conditionis humanæ, minimeq; rationabile ac æquũ, producere aliquem eo modo in publicum, vt delictum illius in pñam eiusdem & in exemplum aliorũ sciatur, & continere linguas vniuersæ multitudinis, qui eam damnationẽ ac pñam cõspexerunt, ne in loca alia, in quibus id nõ sciatur, notitia eius delicti ac pñe pro eo inflictæ deriuetur.

5 Tertia conclusio: Quando locus, in quo is degit, qui in alio publica sententia fuit punitus, adeo distat à loco, in quo ille laborat infamia, adeoque infrequens est commercium ab vno eorum locorum in alium, vt verisimile sit, eam infamiam ad eum locum non peruenturam, probabile iudicatur Nauar. *sup. inter verba. n. 847.* & Ledesmius *vbi supra*, culpam esse lethalem cum restituendi onere, detegere ibi peccatũ id illius, tamen contrarium non iudicet etiam improbabile. Accerte, quando fama delinquentis simul fuisse cum delicto cõdemnata. vnde condemnatur in crimine hæreticis ac læsæ maiestatis humanæ, in quibus etiam in pñam & odium tanti delicti descendentes aliqui innocentes condemnantur infamia, nõ auderem condemnare culpæ lethalis eum, qui crimen detegeret in loco distantissimo, ad quem non crederetur infamiam aliã via detenturam, & multo

AUDIENS AC TOLERANS DETRAHENTEM AN LETHALITER PECCET, & AD RESTITUTIONEM TENEATUR.

DISP. 34.



Examinandum consequenter est, num audiens & tolerans detrahentem famam alienam peccet, restituereq; teneatur. Atq; quod non peccet, suaderi potest, quoniam nullus tenetur plus tueri famam alterius, quam suam propriam: sed potest quavis sine peccato tolerare eum, qui ipsius famam detrahit, iuxta illud Greg. Homil. 9. in Exchibitem: *Linguis detrahentium sicut nostro studio non debemus excutere, ita per suam malitiam excutari ut debemus & quantum tolerare, ut nobis meritum accretat*: ergo poterit etiam absq; peccato tolerare eum, qui alienam detrahit famam.

De hac prima conclusio est. Qui causa est detractionis, qua alius de quodam tertio detrahit, eam detractionem consulendo, vel quovis alio modo ad eam excitando, ut suscitando quid de illo tertio dicatur, aut ostendendo sibi gratum fore, ut quae ad infamiam illius spectant, sibi renentur, & ita ad eam detractionem alliciendo ac movendo, vel quovis alio modo ad eam influendo, lethali ter peccat, si detraçtio talis sit, quae iuxta dicta Disputationibus precedentibus, ad culpam pertingat lethalem, teneturq; ad restitutionem damni in ea detractione dari. Prior pars huius conclusionis probatur, quoniam qui concessa est culpa lethalis, lethali ter peccat: cum non solum in id peccatum consentiat, sed etiam in illud influat; & digni sine morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, *ut habetur ad Rom. 1.* Confirmatur, quoniam hic non solum peccat lethali ter influendo iniuste in lesionem famae proximi, sed etiam scandalizando eum, qui iniuste illo modo detrahit, eum incitando ad id peccatum. Quo fit, ut duplici peccato lethali peccet: uno contra iustitiam in eum, cuius famam iniuste detrahitur: & altero contra caritatem in eum, quem ad detrahendum movet: quia de causa grauius illo peccat. Obserua tamē, si quis iniucibiliter crederet, detractionem, ad quem movet, futuram non fore adeo grauem, ut ad culpam pertingeret lethalem, atq; praeter suam spem, qui ab eo fuit incitatus, in detractionem prorumperet lethale, tunc non peccaret lethali ter, excusante illum ab eo incremento culpa ignorantia iniucibili seu probabili, & per consequens nec teneretur ad restitutionem eius partis famae, quae praeter suam spem est lesa, excusante similiter eum ad restitutionem illius eadem ignorantia probabili.

Posterior verò conclusio pars ex eo probatur, quoniam concessa iniuste damni dati ad restitutionem illius teneretur, consentiuntq; in ea *Adrian. quodlib. 11. q. 2. Navar. c. inter verba d. n. 5. 41. & in Manu. c. 28. n. 37. Sotus 5. de iust. q. 10. art. 4. & doctores communiter.* Si tamē detractionem non imperavit, sed solum ad eam consilio aut alia ratione incitavit absq; incitati fraude, solum tenetur ad restitutionem in eius defectu, qui detrahit, iuxta ea quae *tract. 2. a Disp. 7. 19.* dicta sunt: unde illo restituente, ipse ad nullam restitutionem tenetur. Si verò detractionem imperavit, aut fraude detrahentem ad detrahendum induxit, ipse tenetur principaliter ad restitutionem, & detrahens solum tenetur in defectum illius, iuxta ea quae ibid. dicta etiam sunt.

Secunda conclusio. Qui detractionis non est causa, ceterum de illa delectatur, in ea complacendo quatenus proximo ea detrahitur, quamvis ad restitutionem non tenetur, peccat tamē lethali ter,

si detraçtio talis sit, quae, iuxta dicta disputationibus precedentibus, ad culpam pertingat lethalem: Quod ad restitutionem non tenetur, ex eo liquet, quod ipse non sit causa damni, eaq; ratione solum contra caritatem peccet: non secus atq; qui gaudet, furtum proximo fieri, si in illud non influat ad illud modo aliquo cooperando, solum peccat contra caritatem, nec ad restitutionem tenetur. Quod verò ille lethali ter peccet, ex eo probatur, quod consensus in lethali peccatum, in lethali obiecto, culpa sit lethalis, iuxta illud ad Rom. 1. *Digni sunt mortis, qui consentiunt facientibus.* Dixi, si de illa delectatur, in ea complacendo, quatenus proximo ea detrahitur: quoniam si solum complacere de facie detractionis, aut quia gaudet audire ac scire illa, quae dicuntur, nolo de proximo damnum, sapē sic complacere non est complacere in peccato & obiecto lethali, neq; lethali ter is peccavit, nisi in eventibus quos sequens conclusio explicabit.

Tertia conclusio: Qui neq; detractionis est causa, neque in eam consentit, modo procedente conclusione explicato, si detrahenti non se opponat, detractionem impediendo, duplici ex capite incurrere potest peccatum. Vno, quatenus impedire potest peccatum detrahentis, nec illud impedit. Altero verò, quatenus impedire potest damnum famae eius proximi, cui detrahitur, vel quodcumque aliud mortis aut alterius mali, quod inde fit natū vltimus sequi, vel ei, de quo detrahitur, vel ipsum detrahenti, aut cuiquam alteri, nec illud impedit. Et quidem ex primo capite, ut audiens detractionem, illamq; non impediens, lethali ter peccet, tria necessaria sunt: Primum est, detractionem culpam esse lethalem in detrahente. Peccata quippe venialia impedire non tenemur culpa lethali. Secundum est, quod se opponendo detractioni, admonendo aut reprehendendo detrahentem, vel alia ratione illam impedire conato, fit spes, quod detrahentem continebit ac praeservabit ab peccato lethali. Tertium verò, quod id commode possit efficere sine graui suo detrimento, attenda quantitate spei, quae est, ea via praeservandum illum fore ad culpam lethali, iuxta ea quae in haec 2. 2. in materia de correctione fraternae explanata a nobis sunt. Et quoniam tria haec raro concurrunt simul, raro etiam persona privata ex eo capite peccat lethali ter se non opponendo detractioni, eamq; non conato impedire, ut dicitur Thom. 2. 2. q. 73. art. 4. Sotus q. 10. citata, art. 4. & alij doctores merito affirmant.

Prælati verò detrahentium, quoniam ex officio tenentur corrigere suos subditos, illosq; a peccatis cohibere, maioremq; auctoritatem apud suos subditos habent, quam alij, ut eos tunc contineant, delectentq; a peccato efficiant, cautiore est in futurum reddant, facilius culpam incurrunt lethalem, si subditos suos lethali ter detrahetes non cohibeant ac reprehendant. Ad eò verò collapsa esse poterit disciplina regularis in canobus aliquo, & tam parum aliqui esse poterunt subditi prælati, correctionisq; illius, ob motes collapsos, & insolentiam tolerantiam multorum, ut à culpa lethali excuseret prælati, qui aliquos videri lethali ter detrahetes, nec se detractioni opposuerit, merito timens, se nihil profuturum, maiorisq; mala fore inde sequenda. Quando autem maiora mala non timerentur, & maxime si spes esset se profuturum, teneretur sub culpa lethali se opponere detractioni, subditosq; suos lethali ter detrahetes reprehendere.

Verum autem prælati, qui cohibere potest detractionem lethalem sui subditi, si illam non cohibeat ac impediat, non solum peccet lethali ter, sed etiam restituere teneatur dampnum famae, & si quae alia dāna vltimus ex eum subditi detractione hinc sequuta. Periculum est, est diceremus teneri

eum tamen non teneri nisi in defectum subditi, qui
 id damnū sua detractōne dedit; quippe cum sub-
 ditus, & non prælatus, præcipua causa fuerit eius
 damni: quare, si efficeret subditum satisfacere, aut
 subditus suo proprio metu satisfecisset, vel obvi-
 nuisset remissionem satisfactionis: tunc prælatus
 liber ab onere restituendi maneat. Quando is, cui
 detrahitur, esset etiam subditus eiusdem prælari
 vni cū detractōre, Sotus art. 4. citato ait, neq; tunc
 prælatum teneri illi restituere damnū in fama, aut
 vitari, nisi re alia illi ex ea detractōne sequutū, est
 poterit illud impedire, nec impediat, quoniā,
 inquit, non tantā iustitiā tenetur prælatus suos sub-
 ditos protegere à damno in fama & in alijs rebus:
 quia cura prælari est cauere ne subditi peccent. Mi-
 hi verò contraria sententia longè verior cū alijs vi-
 detur, illi scilicet de rigore iustitiæ teneri illi restituere
 id damnū, in defectum eius, qui tanquam causa
 magis principalis illud dedit: eo quod ex officio
 atq; ad eodē de iustitiā tenetur etiam ab eodē damno
 subditi suūm protegere, si possit: quandoquidem
 non solum est rector superiorum subditorū, sed iudex &
 custos, qui impedire ex suo munere, ac proinde ex
 iustitiā, tenetur dānā omniā suorum subditorum:
 vidē quē admodum postquā id damnū iniuste
 est illi illatū, tenetur de iustitiā cogere alium suum
 subditū, vt illud restituat, si coram ipso ea de re cō-
 rēdatur, & is subditus possit illud resarcire: ita an-
 tequā inferatur, si possit illud impedire ne iniuste
 ei inferatur, non solum à suo subdito, sed etiam ab
 extraneo, neq; id efficiat, cōtra iustitiā peccat.
 cū restituendi onere ex natura ipsa rei. Eidem di-
 cērem de iudice seculari, qui possit impedire dan-
 num iniustū in fama sibi subdito, neq; illud im-
 pedire: quoniam princeps & munus eius ad id de-
 putat defendere ex officio tenentur sibi subditos
 ac protegere eos ab omnibus dānis, etiā honoris
 & famæ, si possint: hūc etiam tenentur eis ius di-
 cere, etiam quo ad ea damnā iniuste ab alijs eis il-
 larā, si coram ipsis iniuriarum actōne, atq; vt ipsis
 ea damnā resarciantur, cōtēdatur ac petatur:
 Quando autem subditus damnū in fama extra-
 neo iniuste inferret, non videt prælatum aut iu-
 dicem peccare contra iustitiā, sed solum contra
 caritatem, hō impediendo, cum possit, ne sibi sub-
 ditus id damnū extraneo inferret: quoniam non
 tenetur ipse ex suo munere seu de iustitiā extraneo
 id impedire: tamen, tanquam iudex sibi subditi,
 tenetur ad petitionem alterius, ius illi dicere, cog-
 nōdo subditum suū resarcire damnū extraneo
 iniuste illatū, eū hōq; etiam punire pro quan-
 titate culpæ in alterum commissæ.

Priuatū si attendent, vel præ se ferendo mole-
 stē sētre audire detractōnem lethalem, vel facitiā
 aliqua detractōni illi se opponendo, vel aliter di-
 bertendo sermonem ad alia, vel suo discessu, aut a-
 liqua alia ratione, se posse sine graui suo incomodo
 effugere, vt detrahens à culpa deūteret lethali, neq;
 ea occasione esse sequendū, vt detrahens in gra-
 uius peccatum irā, seu odij, vel alterius similibus la-
 beretur, tenentur sub culpa lethali id efficere;
 quoniam vniuersisq; sub lethali culpa tenetur im-
 pedire peccata lethalia sui proximi, si commode
 possit id efficere: eo quod vniuersisq; Deus manda-
 uerit de proximo suo. Atq; hæc de primo & duobus
 capitibus, ex quibus conclusio tertia est dictū,
 aliquē peccare posse non se opponendo detractō-
 ni, eamq; impedire non conando: tamen si expli-
 cādo obligatiōnem peculiārem prælari & alia-
 rum potestatum publicarū, non nihil de secun-
 do capite miscuerimus, quod ad illos eodē at-
 tinet, vt de illis in particulari sermo ad secundum
 caput non rediret.

Ve verò ex secundo capite peccet quis lethaliter
 non se opponendo detractōni, eamq; impedire non

conando, tria etiam necessaria sunt. Primum est,
 vt damnū factū, aut in re alia, quod ex tali det-
 ractōne imminet, sit notabile. Quando enim est
 leue, sicut non esset culpa lethalis illud efficere, ita
 longè maiori cum ratione non erit culpa lethalis
 illud non impedire. Imò verò cum longè grauius
 sit illud iniuste efficere, quā illud ex caritate non
 impedire, maior latitudo dāni requiritur, vt illud
 ex caritate non impediens lethaliter peccet, quā re-
 quiratur vt illud iniuste efficiens peccet lethaliter.

Secundum est, vt sit spes illud vitandi. Et qui-
 dem si detractio esset falsa, etiam post detractōnem
 consummatam, & post damnū ea illatum, vitari
 seu aboleri posset ostēdendo falsitatem detractō-
 nis. Si verò esset vera, cum, iuxta scripturā admo-
 nitionem *Ecclesiastici* 4. verbum veritatis cōtradi-
 cendum non sit vilo modo; post illam consummatam
 damnū eā illatū depelli non posset, nisi forte
 apparenibus aliquibus rationibus eum excusādo,
 de quo sit detractū. Antē detractōnem autem
 inceptam non sit consummatam præueniri posset ne
 damnū daretur, aut impediri ne augetetur.

Tertium est, vt sine graui suo damno ac mole-
 stia possit illud impedire, atq; tātā qualitate damni,
 quod ex detractōne imminet. Sot. art. 4. citato pro-
 pter hoc tertium requisitū excusat, etiam à cul-
 pā veniali, eos, qui sine magna sua verecundia op-
 ponere se non possunt detrahenti lethali alicuius.
 Vt si (inquit) detrahit, sit persona vasa illius:
 & qui se opponere deberet, esset famulus illius, aut
 persona alia abiecta, quæ coram illo mutire non au-
 deret: neq; enim tenetur succurrere eō modo fa-
 mæ proximi, aut spirituali detrahentis salutē, cum
 tanta sua rationabili molestia. Adde, ex tali oppo-
 sitione regulariter non sperari fructū, sed potius
 timeri posse accedere ira fore detrahentē, ma-
 iorāq; mala esse sequenda: eaq; de causa regulari-
 ter excusari homines, etiam à culpa veniali, non se
 opponendo detractōni nec conando illam impe-
 dire. Si tñ aliquis in simili aliquo euenru verisimi-
 liter crederet ex sua oppositione detractōni lethali
 alterius fructū esse sequendū, resq; esset graui-
 or, arbitror sub lethali culpa tenetur se oppo-
 nere, nihil impediente propria verecundia, quæ, sup-
 positis his circumstantijs concurrentibus, esset tunc
 irrationabilis: Quod si spes esset vitandi mortem
 corporalem alicuius se ita opponendo, aut simile
 aliud graue damnū, nullus sane iure poterit dubi-
 tate, famulum sub reatu culpæ lethalis teneri se
 opponere illustrissimo cuiq; etiam quando non
 admodum magna esset spes illud ea via vitandi,
 modo tamen inde non aliud damnū timēret,
 sed solum agramus de superanda ea verecundia
 in eum sitent.

Concurrentibus itaque simul tribus, quæ com-
 memorata & explorata sunt, quibus sub culpa le-
 thali tenetur se opponere ac conari impedire det-
 ractōnem. Sicut n. quibus sub culpa lethali impe-
 dire tenetur damnū proximi externarū diuitiarū
 rum, si commode possit: ita maiori cum ratione te-
 netur impedire damnū famæ, quod detritū ex
 suo genere est, quā bonum diuitiarū. Aliquo ve-
 rō illarū trium deficientē, non tenetur quis sub
 culpa lethali se opponere detractōni: & quia rari-
 tria illa simul concurrunt, diuus Th. art. 4. citato &
 doctores communiter affirmant, rari in eo inter-
 uenire culpam lethalem; quod priuata persona det-
 ractōni non se opponat. Prælatus verò & alij, qui-
 bus ex officio incumbit impedire dānā, etiam
 honoris & famæ, sibi subditorum, archibus ad te-
 nentur, & quousq; ad restitutionem eorum dan-
 norum tenentur, cum possint, ea non impedi-
 ant, paulò antea fuit explicatum.

Illud adnotandum, si is, qui se opponendo det-
 ractōni tenetur, simul posset impedire spirituale dan-

damnum detrahentis, & damnum eius de quo detrahitur, sanè si ad vtrumque, iuxta ea quæ dicta sunt, sub culpa lethali teneatur, duplex lethale peccatum ea omissione incurrere, vnum non subueniendo salutem spiritali detrahentis, & alterum non subueniendo damno eius, de quo detrahitur. Idem que est si in eodem euentu complacere in detractione in euentu secundæ conclusionis proposuit.

Quia ergo, qui detractiones audit, periculis hætenus explicatis est expositus, merito Hieronymus ad Neporianum ait: *Cave, ne aut linguam habeas aut aures prævientes, ne aut ipse alios detrahas, aut alios detrahebas audias.* Quia item sepe grauius peccat, qui detractiones audit quàm qui detrahit, vt in euentu primæ conclusionis, aut etiam in euentu secundæ, si audiens ex maiori odio complacere in proximi detractione, quàm sit voluntas nocendi eius, qui detrahit, ait etiam Bernardus 2. de consideratione ad Eugenianum. *Detrahere aut detraherentem audire, quid horum de inuicibus sit, non facile dixerim.* Ac sane, quædo audiens detractiones, aliter eas impedire aut declinare non valet sanum consilium est, molestiam ac criticismi præ se ferre illas audiendo: quoniam, vt Prover. 25. habetur. *Ventus aquilo dissipat pluuies, & facies tristis linguam detraherentem.* Atq; semper est ad præsens emendanda non speretur, (modo tamen iode maius malum non timeatur) latius est se opponere detractioni, vrbane saltem facta aliqua detraherentem reprehendendo, vel certe tristitia vultus, aut declinando in alium locum, ostendendo detractionem non placere, quàm nihil horum præstare. Inde enira fiet, vt vicium hoc vires paulatim amittat, & vt plures illud fugiant.

Ad arguendum in initio Disputationis propositum neganda est maior. Quamuis enim vnusquisque ordine caritatis præponere, cæteris paribus, optime possit famam suam famæ proximi sui, quando non potest veramq; simul seruare, nihilominus extra hunc euentum arctius teneatur seruare famam proximi sui, quàm suam propriam: quoniam cedere potest iuri suo, non subueniendo suæ propriæ famæ, atq; si id extraneabili causa efficiatur, nullum in eo interuenit peccatum: mat verò cedere non potest iuri alterius, quod habet, vt quiuis ex caritate teneatur ei subuenire ac impedire damnum, quod ei iniuste paratur, si commode sine fuo notabili detrimento id efficere possit.

Quouisque autem fas sit aut non sit ferre nobis detrahentes, & quando consilium sit eos ferre, quædo non item, legenda sunt quæ Disp. 20. dicta sunt: quæ enim ibi circa contumeliam dicta sunt, locum etiã circa detractionem similitèr habent, neque est necesse illa repte ere.

S V M M A R I V M.

1. Detrahere alicui per litteras priuatas aliud est, quàm detrahere libellis famosis.
2. Quid sit libellus famosus: sub eo comprehenduntur schedulae, quæ de aliquo crimine occulto ad iudicem deferuntur.
3. Si de sinistra intentione infamandi aliquem per schedulas sine causa conset, & de illarum autore, tunc ille puniendus est poena libellum infamatorium conficientis. Si vero conset schedulas non animo infamandi esse oblatas, sed vt crimen vere commissum detegat, tunc ille puniendus erit non quidem quod eis obtulerit, sed quod non plene & aperte denunciauerit.
4. Ad crimen libelli infamatorij etiam pertinet conuere composita aut referre illa, quæ in infamiam alicuius composita sunt: etiam quando signum aliquod apponitur, quo aliquod infamatorium significatur.

Tom. 5.

5. Qui in culpa famosi libelli incidit, culpam contra iustitiam in vris lethalem, si infamia, qua inde sequitur, erat grauis.

6. Qui libellum illum composuit aut edidit, restituere teneatur fama lesionem inde seq. cul. am.

DE FAME DETRACTIONE FAMOSIS LIBELLIS.

DISPVT. 35.



E lesionem famæ iniusta, quæ facta est, vt à signo distinguitur, sit, satis sunt, quæ Disp. at. 23. diximus. Et de restitutione, quæ ob eam iniustam, famæ lesionem fieri debet, infra suo loco erit sermo. Nunc verò prosequendo iniustam famæ lesionem, quæ signis sic, peculiariter est dicendum de famosis libellis.

Atque quando literis priuatis, vt epistola ad priuatum aliquem missa, ita detraheretur de fama alicuius, vt ea scriptura edenda non esset, sed perinde detractione ea epistola aut chirographo facta haberet, ac si eodem voce dictum significatumq; ei esset, ad quem ea epistola isse chirographus esset missus, tunc sane ea detractione literis facta rationem libelli famosi non haberet, neq; est cur peculiariter de illa loquamur, sed cum detractione, de qua hactenus loquuti sumus, est computanda.

Libellus autem famosus est scriptura, siue carmine siue soluta oratione scripta, quæ infamiam alicuius continet, nondum antea alioquin publicam (quando enim res, quæ ea scriptura continet, iam erat publica, non habet rationem libelli infamatorij) vt edatur publicatq; fiat, siue res ad effectum perducatur siue non, sed exposita, vt in noticiam aliorum breui aut paulatim veniat, laceretur ab aliquo, vel exuratur, aliã ratione impediatur rē illam, siue in se falsam siue veram, in noticiam aliorum venire. Nomen libelli inde eiusmodi infamatorij scriptis fuit impositum. quòd ea scripta esse soleat parui libelli. Siue autem eiusmodi scriptura tanta sit, vt libellus dici possit, siue non, si infamiam continet, vt diuulgetur, notatq; ea via hæc, rationem regnet libelli infamatorij: de quo nunc loquimur. Neque enim est necesse, vt à quo nomen est impositum, omnibus conueniat, quæ eo nomine significatur.

Libelli etiã famosi censentur schedulae, quæ de aliquo crimine occulto ad iudicem vel ad prælatum deferuntur, vt pro munere suo de sibi subdico circa id crimen inquirat, ita vt non sciatur quis eas schedulas mittat, vel quando eiusmodi schedulae ei apponuntur supra mensam, aut in alio loco, vbi eas reperiat ac legat, et si in eis continetur, quinam de ea re sciãt ac testificari possint: quia enim eiusmodi schedula ordinatur, vt is iudex aut prælatus de eo crimine & malefactoris inquirat, illudq; publicum efficiat notoriatē iuris sufficientē ad illud puniendum, atq; vt illud puniat, tales schedulae censentur libelli famosi, quando ex illis iudicē procedere non potest iudex ad inquisitionē, vt regulariter procedere non potest, verantē id iuris dispositione. Atq; de eiusmodi schedulis & libellis videtur esse sermo inquisitione §. et sic, de accusat. om. quo in loco famosi libelli nuncupantur, & præcipitur vt ex eis schedulis ac libellis famosis non procedatur ad inquisitionē, est id, qui illas obtulerunt. petant vt ad inquisitionem procedatur, non detegendo qui sint, qui id petant, & qui eas schedulas offerant. Consentunt h. v. l. a. §. ne C. de fam. lib. l. 3. ut dicitur. 7. & affirmat Greg. Lop. lib. 1. §. per ult. Quin obserua, de iure canonico vt tractatu sequenti videbimus, est id, qui eiusmodi schedulas offerent, sci-

se ipsos proferent, eas per se ipsos & tanquã suas offerendo iudici aut prælato, atq; petendo vt procederet ex suo officio ad inquisitionem & punitionem eius rei; sanè qñ crimen non esset in perniciem publicam, & de eo delinquens non laboraret infamia procedere non posset ad inquisitionem de eo crimine, ad illudq; via inquisitionis puniendum, estò in eis schedulis duo aut tres testes oculati, qui id scirent, nominarentur, vt ex illo eodem capite & ex alijs iuribus constat, tractatuq; sequenti dicitur. Et fortè in hoc etiam euentu loquitur s. tertix citat. Quando autè crimen esset in perniciem publicam, vt si esset crimen hæreseos, aut læsæ maiestatis humanae, aut ex illo immineret alicui subdito magnū malum, vt si illi pararetur mors iniusta, aut aliud graue damnum, tunc qñ offerrentur eiusmodi schedulae, ita vt non constaret, cuius essent, certe neque iudex credulus nimis esse debet, neq; procedere potest ad inquisitionem publicam, neq; ita ad occultam, vt infamia aliqua ei sequatur, de quo id crimine in schedula dicitur, neq; item segnis esse debet, quãdo verisimilitudo aliqua est rem ita habere, timorvene forte id ita sit, vt aliquid sine præiudicio famæ denunciati, quo ad fieri poterit, inquirat, vigilantior que circa id sit, vt peccata, quæ in perniciem publicam sunt, detegat ac puniat, & vt periculo & damno aliorum iniusto subueniat, impediaturque ne id illis eueniat. Dum autem in Lusitania commemoraret, ad quoddam cænobium delata fuit schedula quædam, sine nomine cuius ea esset: atque qui illam in iuratori tradidit, continuè disparuit: in ea verò continebatur, vt inquisitoribus significaretur, quoddam de fide suspectos, contra prohibitionem tunc eis factam, parare fugere de eo regno cū omnibus suis bonis, & quinã essent, qui id scirent, ac testificari possent. Significatum autem fuit cuidam inquisitori, eam schedulam ad id cænobium delatam esse, vt videret si quid fortè circa id factum esset opus. Ductus verò ille dissepositio illa iurius, quæ paulo antea citauimus, reprehendit vllam eis schedulã, tanquam quæ libelli infamatorij rationem haberet, habitam fuisse rationem, accessisseque ad noticiam eius schedulã ita allatã illi dandã, non solum in eo euentu, sed etiam in quocunque alio ad fidem attinente. Ego autem miratus aliquantulum ea de re fui, nec dubito ex sinistra intentione eorum iurium eam illius expositionem emanasse. Licet enim quando crimen esset tale, ad cuius inquisitionem procedi non possit, nisi præcedente infamia ea de re delinquentis, verum sit, quod ille dixit: in criminibus tñ, in quibus ex indicij quibuslibet procedi potest ac debet, si non ad publicam inquisitionem, & ad infamandum homines, certe ad occultam aliquam indagitem, quantum caritas, prudentia, ordinatusque zelus boni communis, peccatis circumstantijs concurrentibus, tunc dictauerit, & circa quæ crimina, obortis quibuslibet indicijs, vigilantiores esse debent ex publicæ potestates, quibus cura ac iurisdicchio circa illa incumbit, qualia sunt crimina læsæ maiestatis diuinæ aut humanæ, sanè neq; id ita esset censendum, quod inquisitor ille hæreticæ prauitatis tunc censuit, neq; præcludendum eo modo esset ostium, ne ea noticia ad inquisitores deferretur, vt vigilantiores circa id in particulari essent, ipsiq; met expenderent, nũ aliqua indago occulta esset circa id faciendã, aut aliqua vigilantia vel cautela esset adhibenda. Euenire enim aliquando poterit, vt aliquis vel præ veracundia, vel timore alicuius mali, non audeat accedere ad id denunciandũ, vt tenetur, sed vtatur eo medio, quo id sciat, in re valde reipublicæ vsu.

Atque in causa fidei, qui ex auditu solum aliquid norunt, denunciare præcipiuntur, vt inde vterus occultè inquiratur, vigilantioresq; inde

circã id inquisitores hæreticæ prauitatis sunt. Eodem quoq; modo, qñ prælatus religiosum similes schedulã deferunt circa delicta suorum subditorum, quamuis fidem eis adhibere nõ debeant, neq; iudicium temerarium de suis subditis ea tantum de causa formare debeant; & multò minus aliquid efficiere aut inquirere, vnde fama illorum periclitetur, cautiore tñ & vigilantiores circa id esse debent, eo pl̄, quo indicia alia moresq; alios eorundem suorum subditorum consentire magis cum eis delictis viderint, suãdibiliorsq; illa efficiere prudenter attenderint, prospiciendo ac cauendo vt nõ comitantur, & vt si commissã essent, in futurumq; pendere deprehendantur, paternã correctione, aut et iudiciali, prout res postulauerit, corrigantur. Eodẽ præterea modo, qñ schedula similis potestati publicæ deferretur, parari malum iniustum sibi subdito, verisimilitudoque aut rationabilis timor esset, ne forte res ita haberet, vigilans esse deberet, adhibereq; competentes cautelas teneretur, vt illud impediret, præferente id ita recta ratione. Neq; retrahantur his omnibus iura citata, quæ solum prohibent publicam inquisitionem ex eiusmodi schedulis circa delicta, de quibus non est infamia & comminatio procedi ex eis ad inquirendum delicta iam parata, vt illa puniant, qñ non sunt in perniciem publicam, non verò prohibent procedi sine cuiusvis infamia ad impedienda mala, quæ suscipiantur iniuste imminere & parari alijs in futurum. Circa delicta verò iam commissã, minimeque in futurum pendenda, quæ in perniciem publicam non sunt, omnibus est integrum de illis accusare prout iura permittunt, si ita ipsi velint: non verò eis permittitur offerre eiusmodi schedulas, quæ rationem habent libellorum infamatoriorum, & multo minus iudicibus permittitur procedere ex eis schedulis ad inquirendum, etiam occulte, de eis criminibus, vt ea puniant: atque id solum est, quod habetur duobus iuribus posteriori loco citatis.

Quoad eiusmodi verò schedulas ac delationes, arbitror esse dicendum: Si de sinistra intentione infamandi sine causa constet, & de illarum autore, tunc illum puniendum esse pena libellum infamatorij conscientis & edentis, vt ex se est notissimum, de qua pena infra Diss. 39. sermo erit. Si verò constet, non animo infamandi eas oblatas esse, sed vt crimẽ verè commissum detegatur ac puniatur, tunc, si tribunali sanctæ inquisitionis sit oblatæ, puniendus ille erit, non quidem quod illas obtulerit, neque quoad conscientiam forum vllum est in tali oblatione peccatum, sed quod non planè & aperte ipse, vt tenebatur, denunciavit: atque, nisi rusticitas ignorantiaque eum excuset, iudicandus erit in cidisse in penas edicti, arbitrariaque pena pro culpæ quantitate erit puniendus. Si verò illas obtulit bono zelo prælato aut iudici, vt malum cauerent ac impedirent in futurum pendens, sanè neque in eo peccauit, neque vlla pena ea de causa erit puniendus. Quod si iudici ecclesiastico illas obtulerit circa delicta, quæ non sunt in perniciem publicam, ac proinde circa quæ denunciatio nõ præcipitur, & quæ non sunt publica, ita vt circa illa delinquens laboret infamia, & quibus criminibus sermo est *cap. inquisitionis citato*, tunc sine suppresso eo, cuius iuror, offerantur, siue eo tunc se manifestante, sanè si de sinistro animo infamandi noti constet, sed potius de bono zelo, tamen si indifferenter, non iudicet in illum pena dignum, neque crederem interuenisse culpam lethalem, excusante illum à tanta culpa ignorantia. Eiusmodi autem denunciationses per schedulas, suppresso eas offerente, libelli infamatorij presumuntur, & tales puniuntur, ad petitionem eorũ, de quibus eis asseritur, commississe eos aliquod delictum, si compertum, quis

quis illas obtulerit, neque ex eis procedi potest ad inquirendum de crimine eisdem schedulis contento: atque id est, quod statuitur *l. unica de famof. libell. l. 3. tit. 9. part. 7.*

Ad crimen etiam infamatorij libelli pertinet, cā nere composita, aut illa referre, quæ in infamiam alicuius composita sunt. Ita habetur *l. lex Cornelia in fine, & l. item apud Labonem, §. generaliter. ff. de iniuriis, & l. 3. tit. 9. part. 7.* Hoc autē intellige, quando quod canitur, aut refertur, non erat publicum & certum ira habere, & de libello infamatorio in principio huius disputationis est dictum: Quando enim fama est iam amissa, scriptura aut vox, quæ id significat, quoad quod fama est amissa, sanè vt famam non lædit, ita neque rationem habet infamatorij libelli, non incurritur.

Ego non dubito ad libellum infamatorium attinere, pœnamque pro libello infamatorio statutam incurri, quando signum aliquod apponitur quo aliquid infamatorium significatur, vt si cornua ad fores alicuius appendantur, in signū quoddam illius ei fecerit adulterium, aut si aliquid de pingatur, quod denotet alicuius infamiam. Neque enim hæc minus infamant, quàm scripturæ affixæ, quæ idem significant & contineant: parumque refert, num signum, quo id significatur, & in notitiā aliorum deducitur, quando antea erat occultum, scriptura sit, aut signum aliud, quod illud idem alius significet ac manifestet, consentireque nobiscum videtur Perrus à Puteo à Julio Clar. *lib. 5. sent. §. vlt. q. 68. m. 25. relatus.*

Quod ad culpam attinet, (de pœna enim pro eo crimine statuta infra suo loco erit sermo) satis est perspicuum, eunt, qui in crimine libelli famosi incidit quouis modo explicatis, culpam contra iustitiam incurere lethalem, si infamia, quæ inde sequitur, aut quæ inde nata erat sequi, erat grauis. Quin simul poterit cōtrahere culpam contrariam iustitiæ commutatiuæ circa bonum honoris specie distinctam, si is libellus infamatorius simul etiam præiudicat honori proximi. Perspicuum etiam est, non solum eum, qui libelli famosi est cōfector, aut ad illū conficiendū quouis modo cooperatur, vel illum manifestat, vel vt vltimus manifestetur (interim dum infamia illa non est publica) est causa, peccare lethali, sed etiam eos omnes, qui aliquid horum efficere interius statuunt seu consentiunt. Satis item per consequens est perspicuum, quando ex libello infamatorio sequitur re ipsa infamia, aut inde etiam vltius damna alia sequuntur, quemcumque, qui eius libelli fuit quouis modo causa, ad illum quoquo modo aut ad illum diuulgationem cooperando, teneri restituere vel ea omnia damna vel eam illorum partem, cuius ipse causa aut concussa fuit. Quare qui, postquam libellus ad notitiam aliorum deuenit, illum aliis ostendit, aut contenta in eo illis significauit, antequam ea res esset omnino publica, teneri restituere eam partem infamiæ, cuius fuit causa, & si quæ alia damna ex ea infamiæ parte sint vltius sequuta. Qui verò consilio aut alia via ad libellum atque ad infamiam cooperatus est, modò non imperauerit, ne que deceptor exequutorum, solum teneretur ad restitutionem damnorum, quorum ita fuit concussa, in defectu exequutoris. Qui verò id imperauit, vnde ea damna sequuta sunt, aut decipiendo fuit causa vt darentur ac sequerentur, teneretur tanquam causa magis principalis ad restitutionem eorum omnium damnorum: executor verò & alix causas solum teneretur ad restitutionem in defectu cause illius magis principalis omnium eorum damnorum, iuxta ea quæ quoad eiusmodi omnes causas aut concussas *trac. 2. a. Disp. 7. 9.* copiose dicta sunt.

Qui libellum composuit, aut edidit, restituere

Tom. 5.

teneretur omnem famæ læsionem ex eo libello sequutam, & damna reliqua, si quæ inde sint etiam sequuta. Arbitror tamē eum, qui vltius libellum diuulgauit, restituere teneri partem damni, cuius ipse ea vltiori diuulgatione fuit causa, eumque, qui libellum composuit, aut primo edidit, non teneri ad restitutionem eius partis damni, nisi in defectu eius, qui ea vltiori diuulgatione fuit illius causa: quia hic exequutor fuit eius partis damni, neque qui libellum iniuste composuit, aut primo edidit, eam partem damni tali exequutori imperauit, sed solum cum iniuria eius, qui eo fuit infamatus, exhibuit instrumentum, quo is exequutor eam partem damni mandare exequutioni potuit, si vellet.

SVMMARIVM.

1. Lethaliter peccat, qui inuenit in memoriam peccatorum alicuius legit: idque contra iustitiam circa famam illius pro qualitate eorum quæ in ea continentur.
2. Semper est peccatum litteras alienas aperire, nisi adit consensus saltem rationabiliter presumpsus eius ad quem mittuntur, vel eius qui mittit, vel nisi adit rationalis causa.
3. Si ex iniusta litterarum apertione datum aliquod sequatur, tenetur aperiens illud rescire.
4. Litteræ aliene aperiri possunt ex rationabili causa, etiam absque consensu.
5. Hostium litteræ tempore belli licite aperiuntur: item quotiescunque pro bono communi id expediret.
6. Priuatus quislibet potest legere litteras alienas, quibus iniuste timet sibi datum parari.

DE APERTIONE LITERARVM alienarum. Et de legente memoriam peccatorum alterius, eamve aliis diuulgante.

DISPVT. 36.



Secundo eorum, quæ proposita sunt, incipiendo, qui inueniam memoriam peccatorum alicuius, attendens quid sit, vel antequam eam legere incipiat, vel eam legere incipiendo, non se continet ab ea non legenda, vel non vltius legenda, lethaliter peccat contra iustitiam circa famam illius pro qualitate eorum, quæ in ea continentur, continere possent: maximè quoniam ea memoria ad confessionem sacramentalem eorum peccatorum solet ordinari, in cuius sacramenti præiudicium aliqua ex parte cedit ea legi. Multo verò maius peccatum erit eam memoriam aliis ostendere, vel alia ratione ea peccata aliis detegere, si quid momenti alicuius detegatur, & cum opere restituendi famam læsam, & si quæ alia damna sint sequuta, vt est notissimum.

Quod verò ad primum, quod propositum est, attinet, quasi ex apertione litterarum alienarum infamia sequi, inter alia damna & inter alias iniurias est nata, & cognitio iniusta alienorum secretorum. Solentque id crimen oriri ex suspitionibus ac iudiciis temerariis, placuit de eo hoc loco sermone facere, quoniam nullus alius commodior locus occurrat, in quo hæc de re dicemus.

Dicendum verò est, nisi litteræ alienæ aperiuntur de consensu, saltem rationabiliter presumpso, vel eius, qui illas mittit, vel eius ad quem mittuntur, vel nisi adit rationalis causa, cur sine eorum consensu aperiuntur, semper esse peccatum illas aperire. Quoniam eo ipso, quod clausæ mittuntur, vult, qui illas mittit, ab alio non legi, quam ab eo, ad quem mittuntur, aut qui ad id vices eius, ad quem

G 3 mitrun-

mittuntur, habeat: habetque is, qui eas eo modo clausas mittit, ad id ius. Idem esset, si quis legeret scriptum aliud alienum, quod clausum non esset; sed præsumeret dominum illius non velle ut legeretur: quoniam ius ad id habet, iniuriaque illi fit, si eo illius iuri contraveniatur, maxime ad id aperiendo locum clausum, in quo id scriptum asseruatur, aut introeundo domum vel cubiculum illius, ipso invito, ad illud legendum. Erat verò lethalis culpa literas eiusmodi clausas vel alia eiusmodi scriptura legere, quando timeri iuste posset inde posse sequi damnum aliquod notabile, vel infamiam, vel quodcumque aliud, aut quando timeri iuste posset, ea via deueniri posse in cognitionem alicuius rei, quam multum expediret esse occultam; aut quando meritò is, qui literas clausas mitteret, vel alia scripta asseruata haberet, multum optaret, occultum id esse, quod in eis continetur. Estò enim ex aperiunt literarum nullam damnum sequeretur, iniuria tamen, quæ fit eas aperiendo eo præsumptè inuito cuius sunt, tanta esse potest, atenta rei qualitate, quam is occultam esse vult, ut ad culpam pertingat lethalem. Quando verò ex aperiuntione, aut ex lectione literarum alienarum, nihil tale timeretur, tunc solum esset culpa venialis eas aperire aut legere.

3. Atque quando ex iniusta aperiuntione aut lectione literarum alienarum damnum aliquod sequeretur, vel famæ, vel aliud quodcumque, tunc is qui ita illius esset causa, restituere illud teneretur, ut est notissimum. Si tamen aperiendo aut legendo eas literas iniuste solum venialiter, præter spem sequeretur damnum aliquod, quod quiuis prudens minime speraret, minimeve timeret, tunc non confurgeret obligatio illud restituendi, excusante ignorantia inuincibili seu probabili, quemadmodum à culpa, sic etiam ab onere restituendi id damnum. Idem arborè esse dicendum, quando ex aperiuntione aut lectione literarum iniusta lethaliter sequeretur damnum aliquod, quod nullus prudens sequendū timeret. Tunc enim, si nullum damnum timeri poterat, grauiusque in eo intrenerebatur iniuria, nulla est obligatio restituendi id damnum. Si verò damnum timeri poterat, sed non tantum, solum erit obligatio restituendi maximum damnum, quod timeri poterat, non vero incrementum ultra illud, quod nullus prudens timere poterat, excusante ut à culpa eius incrementi, ignorantia inuincibili, sic etiam ab onere illud restituendi. In foro tamen exteriori, quia id damnum sequendum esset ante illo operari rei illicitæ, certe in penam eius antecedentis culpæ, unde præter spem eam culpam committentis est sequutum, cogitur illud refarcire: ante latam autem sententiã refarcire illud in foro conscientie non teneretur.

4. Dixi supra, semper esse peccatum literas alienas aperire, nisi de consensu, saltem rationabiliter præsumpto, eius qui illas mittit, vel ad quem mittuntur, vel nisi adit rationabilis causa cur sine eorum consensu aperiuntur. Quoniam ex rationabili causa aperiri absque illorum consensu poterunt sine villo peccato. In primis enim prelati religiosorum, & religiosorum, vbi quæque id ita est statutum, aut quando id iudicatur expedire, aperire potest literas, quæ ad suos subditos mittuntur, aut quas subditi ad alios mittunt. Imò verò vbi est statutum sub culpa, aut sub censura, vel interdictis mittantur, aut recipiantur, nisi aspiciente eas prius superiore, cum qui illas accipit, aut mittit, contra formam eius statuti, in culpam incidit, aut simul etiam in censuram. Vbi verò statutum ad nullam culpam obligaret, (ut in nostra societate non obligat) non erit id peccatum lethale, nisi acceptio aut receptio earum literarum lethalis culpa alioquin in se huius, vel propter scandalum, vel quod aliquando

A lethalis contineant, vel quod ad finem lethalem ordinentur.

Deinde tempore belli in locis finitimis hostium licite aperiuntur literæ à ministris ad id deputatis. Et licite similiter aperiuntur, quotiescunque ex aliqua graui causa ita reipublicæ expedire iudicatur, bono ve communi. Secreta tamen alia: quæ in eis literis repetiuntur, tenentur occultare eiusmodi ministri. Atque quando certo scirent in aliquibus literis nihil contineri, quod præiudicium afferre posset reipublicæ, cererentque periclitare alicuius famam si viterius in eis legeretur, tenerentur desistere ab ea lectione, transireque ad aliud: quoniam legere eas literas solum est licitum, quantum fit satis, ut bono communi prospiciatur.

B Priuatus item licite aperire ac legere potest eas literas alienas, quibus iniuste timet sibi damnum aliquod iniuste parari, aut malum posse inde sibi euenire, ut illud fugiat ac impediatur, tantum præcise ex eis legendo. quantum ad id sit satis. Imò idem esse figere posset, quando iuste timeret, parari proximò eis literis damnum iniustum, aut ex illis posse ei iniuste sequi, ut illud ei ex caritate impediret. In his consentiunt Nauar. in Manu. c. 18. n. 53. & D. Ant. 21 par. tit. 1. c. 2. §. 5.

SVMMARIVM.

1. Secundum aliquos se ipsum infamans peccat lethaliter licet id faciat ut mortem effugiat, & peccat contra iustitiam comparatione communitatis cuius est pars, eaque de causa tenetur illi communitati famam restituere iniuste sibi ablatam.
2. Nemo se ipsum sine rationabili causa potest infamare absque peccato: quia ut prodigalitas bonorum vitium est, ita & fama.
3. Infamare se ipsum si præcise spectetur quoad solam infamiam, quam ipse inde contrahit, etiam si rationabiliter id fiat, non est ex suo genere culpa lethalis, sed venialis: quia homo dominus est sui honoris.
4. Si, dum quis se ipsum infamat, interueniat periculum, quia intercurando erat ascriptus dicere verum, sibi que inposuit crimen aliquod, interuenit tunc culpa lethalis perituri.
- D 5. Si ex infamia alicuius sequeretur tale aliorum scandalum, quod is sub culpa lethali vitare teneretur, tunc culpa esset lethalis eum se ipsum ita infamare.
6. Prelatus, qui suam famam regendis suis subditis obstrictam habet, contra iustitiam peccaret se ipsum infamando: ut etiam contra iustitiam peccat, qui alienam habens familiam, aut videns p. uperes grauius indigere, bona sua proicit in flumen.
7. Fieri potest, ut aliquis licite seipsum infamet, esto videat inde euenturum, vitam ab eo esse eripiendam, modo tamen non se infamet, crimen sibi iniuste imponendo, sed detegendo crimen quod verè commisit, quodque detegere non tenebatur, & modo ad id rationabilis causa existat.
8. Quando aliquis sine damni periculo detegeret crimen suum verum, de quo non iudicè interrogaretur, scilicet ad eandem notabilia tormenta: quia rationabiliter timeret, nisi id crimen ita detegeret, aliquid ei eorum esse euenturum, tunc merito posset illud absque peccato eo modo detegere, nihil impediendo infamiam, quam inde contraheret.
9. Non licet ad euadenda tormenta aut ad mortem euadendam detegere secreta recip. que in notabile illius damnum vergant.
10. Cum aliquis casu absque sua culpa nauis crimen alicuius secretum, vel ipse commissum fuit aliquod secretum, non tenetur illud seruare cum periculo vite, sed potest illud

illud detegere ad euadenda tormenta, etiamsi ex dete-
ctione alterius vita periclitaretur.

11. Si ex reuelatione secreti commissi, aut quod quis casu no-
uit, periclitaretur vita alicuius: ex eo vero quod celaretur,
solum bonos periclitaretur vel bona externa eius,
qui illud nouit, cum est prudentis arbitrio iudicandum,
quidnam sequi oporteat.
12. Si ex reuelatione secreti solum sequeretur damnum ho-
noris aut bonorum alicuius, tunc non solum fas esset sci-
enti tale secretum, illud reuelare ad euadendam suam
vel aliorum mortem, sed etiam ad euadendum quodcum-
que notabile damnum honoris aut diuinarum.
13. Qui per iniuriam nouit secretum alicuius, tenetur cum
equali aut cum paulo suo maiori detrimento id ser-
uare.
14. Illicitum est quempiam seipsum infamare, crimen ali-
quod sibi imponendo, etiam si id fiat ad euadenda gra-
uissima tormenta aut ad mortem euadendam.
15. Cum quis morte est plectendus, nisi sibi crimen aliquod
grauissimum imponeret, solum peccat venialiter, illud
sibi imponendo, quando ex ea criminis impositione non
sequitur notabile scandalum, aut notabilis iactura fa-
mæ aut bonorum.
16. Quando aliquis imponendo ita sibi tale crimen euaderet
quidem grauiora tormenta, ceterum condemnandus esset
de heresi, apostasia à fide: si vero non constiteret id cri-
men illud sibi imponendo, sed tormenta sustineret, nihil
horum ei esset euenturum, sed solum esset condemnandus
de suspecto in fide, tunc lethaliter peccaret crimen id sibi
imponendo, vt grauius fugeret tormenta.
17. Quando is, cui crimen heresis, aut aliquid simile, suffi-
cienter est probatum, vt brachio seculari comburendus
tradatur, eius esset conditio, de quo alioquin presump-
tio non esset commississe id crimen, timendum est eum
incurrere culpam lethalem, tale crimen sibi imponendo,
vt mortem euaderet.
18. Quando aliquis, ad euadenda quecumque tormenta cri-
men sibi imponit, ob quod est morte plectendus, lethaliter
peccat.
19. Lethaliter peccaret filius, imponens sibi crimen patris, ob
quod pater erat morte plectendus, vt vitam patris conser-
uaret. Et in se transferret mortem, quam pater erat sub-
iturus.
20. Peccat etiam lethaliter et ad restitutionem damni te-
nentur, non solum qui falso crimen notabile alicui im-
ponunt, sed etiam qui ad mortem euadendam, que in-
iuste eis infligeretur, alios falso in aequale aut in se re-
quale discrimen adducunt.
21. Qui alicui imposuisset crimen, ob quod periclitaretur vita,
vel ob quod sequeretur illi ac suis talis iactura famæ,
vt morti similis aut sepe similis esset, sanè se teneretur il-
lud retractare cum periculo tormentorum ac vite, quan-
do esset spes ea retractione impedienda aut reparan-
da esse damna: quod si non esset spes talis, tunc non teneretur
se retractare, sed teneretur restituere damna ita iniu-
sè data.
22. Si crimen alicui impositum tale non est, vt ex illo ei mors
vel aliud damnum in corpore aut fama vel diuitiis im-
mineret, tunc imparens tenetur se retractare, si ea retri-
actione possit ea damna impedire vel seruare.
23. Confessio criminis tormentis extorta non infamat con-
fidentem: non intelligendo de confessione iudice extorta.
24. Dissoluantur argumenta pro opinione contraria.

**VTRVM HOMO CONTRA IUSTI-
TIAM GRAUISQUE LETHALITER PECCET SE IPSUM ILLICITE
INFAMANDO, QUAM SI PROXIMUM INFAMARET, AD
RESTITUTIONEMQUE SUE FAMÆ TENEATUR. Et simul
quousque in tormentis obligatio sit seruare se-**

Tom. 5.

**creta aliorum, quantumque culpa sit, et cum qua-
li restituendi onere, ad tormenta et alia detri-
menta vitanda, alij crimen imponere.**

DISPV. 37.



Diximus hactenus de iustitia contra fa-
mam alterius. Nunc verò est exami-
nandum, verum qui seipsum infamat,
iniustitiam committat, ad restitutionem
nempe teneatur, & quo vique peccet,
aut non peccet seipsum infamando. Simul verò de
causione eorum, quæ circa hæc dicenda sunt, maxi-
mè quæ aliquis se ipsum infamat, vt tormenta, mor-
tem, vel alia mala fugiat, miscebimus sermone,
quo vique toleranda sint tormenta aut mors, ne
secreta aliena reuelentur, & quanta culpa sit, & cū
quali restituendi onere, ad tormenta et alia detri-
menta vitanda, alius crimen imponere. Hæc enim duo
posteriora seruanda in hunc locum fuerunt, vt extra su-
um proprium locum commodius examinarentur
hoc loco occasione eius, quod priori loco est propo-
situm.

Quod ergo ad primum eorum, quæ proposita
sunt, attinet, quodq; proprium est huius loci, Ca-
iet. 2. 2. q. 73. art. 2. Et in summa verb. detractio, & verb.
rest. c. vi. casu. 2. in ea est sententia, vt affirmet, aliquem
se ipsum infamare, etiam si id efficiat, vt tormenta
aut mortem euitet, esse ex suo genere culpam le-
thalem contra iustitiam comparatione communi
tatis reipublicæ, aut ecclesiæ, cuius est pars: eaq; de
causa restituere reipublicæ teneri famam ita sibi
iniuste ablatam. Sui verò comparatione aut, quam
nis contra iustitiam non peccet, eo quod iniustitia sit
ad alterum, nullusque sibi ipsi efficere iniustitiam
possit, esse tamen plus quam iniustum: quoniam se
ipsum infamare est contra caritatem propriam, qua
quis non minus se ipsum, quam suum proximum,
diligere tenetur: qua de causa, inquit, grauius pec-
cat se ipsum infamando, quam si suum proximum
simili infamia afficeret. Ad hanc sententiam acce-
dere ex parte videtur Maior in 4. dist. 15. q. 16. Pan-
quoque c. ex parte 2 de sepult. n. 2. ait, lethale peccatum
esse aliquem seipsum infamare, eaq; de causa pecca-
re eos lethaliter, qui in tormentis ea delicta sibi im-
ponunt, quæ non commiserunt, esseq; illos in statu
damnationis, si ante mortem eam confessionem
non reuocent. Eandem sententiam innuunt Diuus
Anton. part. 2. tit. 2. c. 2. §. 3. Felin. c. 1. de testium cogn. &
quidam alij. Pro eadem sententia, quod scilicet is,
qui se ipsum infamat, lethaliter peccet, citatur glo-
ssa c. 1. verb. erroris 15. q. 6. Ea tamen glossa solum loquitur,
quando aliquis metu tormentorum confitetur
errore in fide illum approbando in quo euentu nul-
lus est, qui dubitet, eum peccare lethaliter.

Angelus verb. detractio §. vltimo ait, eum, qui sine
metu tormentorum se ipsum infamat, lethaliter
peccare. Eum verò, qui metu tormentorum se ipsum
infamat, non peccare lethaliter: quia id mendacium
est officiosum: neque postea tenetur retractare et
delicta, quæ sibi imposuit, si timeat ea de causa esse
iterum torquendum, sed præligere eum posse mor-
tem, vt tormenta euitet. Si autem non timeat ea de
causa esse iterum torquendum, aut teneri retractare
delicta sibi imposita. Syluest. verb. detractio n. 4. vi-
detur Angelum sequi, addens, eum, qui ne iterum tor-
mentis subijciatur, non tenetur antequam senten-
tia feratur retractare delicta, quæ sibi imposuit, te-
neri tamen illa publicè retractare ante mortem post
latam sententiam.

Caietani & aliorum opinio suaderi potest. Primum,
Ecclesiast. 41. præcipitur, Curam habe de bono nomine,
hoc est, de bona fama. Curam, inquit ibi scriptura,
habe de bono nomine: hoc enim magis permanens tibi, quæ

1 mille thesauri pretiosi & magni. Et Proverb. 22. Melius est nomen bonum, quam divitiarum multa: ergo unusquisque que tenetur conferre suam famam, atque adeo lethaliter peccat seipsum infamando.

Secundo, Aug. 1. de Civit. Dei c. 20. & refertur c. si non licet 23. q. 3. sic ait: Falsi testimonij non minus rem est, qui de se ipso falsum fatetur, quam si adversus proximum hoc faceret. Aperteq; ibi docet Augustinus, quamvis octavum decalogi preceptum sub hac forma tradatur; Non dices falsum testimonium adversus proximum tuum; nihilominus illo eodẽ precepto ceteri prohibentur falsum testimonium adversus nosmetipsos cum regula diligendi proximum sit dilectio, qua nos ipsos diligimus, dicente scriptura; diliges proximum tuum sicut te ipsum: cum ergo culpa lethalis sit infamare proximum; consequens sanẽ est, ut culpa quoque lethalis sit, aliquem seipsum infamare.

Tertio; idem Aug. de bono viduitatis c. 22. & refertur c. non sunt audienti 11. q. 3. reprehendit eos, qui contenti testimonio propriae conscientiae coram Deo, negligebant propriam famam circa quãdam vitia, quorum indicia & suspitionem præbebant, additque Au. Nobis necessaria est vita nostra, alius fama nostra: ergo lethaliter peccat, qui se ipsum notabiliter infamare.

Quarto, argumentatur Caiet. unusquisque precepto caritatis tenetur plus se ipsum diligere, quã alium, seque ipsum infamando committit iniustitiam contra communitatem, cuius est pars: ergo se ipsum infamando, nõ minus peccat lethaliter, quã peccet infamando alium, peccatq; contra iustitiã, teneturq; restituere communitati damnum famam ita datum.

Quinto, idem Caiet. argumentatur, infamare se ipsum ex suo genere est culpa lethalis, ut est ostensum: ergo estõ quis id efficiat ad evitanda tormenta, erit culpa lethalis. Consequenter ex eo patet, quoniam metus mortis ac tormentorum non excusat id a culpa lethali, quod ex suo genere est tale: alioquin licitum esset fornicari ad mortem evadendam.

Sequentibus conclusionibus aperiam, quid circa ea omnia, quæ in titulo huius disputationis sunt proposita, sentiam. Prima est. Infamare aliquem se ipsum sine rationabili causa, peccatum est. In hac conclusione omnes consentiunt. Esset enim id prodigalitas famæ, quæ non minus est peccatum, quã peccatum sit prodigalitas bonorum externorum divitiarum: imò verò est maius peccatum, quo famam bonum divitiarum bonum excedit. Dixi, sine rationabili causa: quoniã si ex rationabili causa quis se ipsum infamet, ut humilitatis gratia, vel ad fugiendum damnus aliquod spirituale, vel ex alia simili, & neque interueniat mendacium neq; scandalum, statque moderate iuxta rectam rationem, attentis circumstantiis omnibus concurrentibus, nullaque alia circumstantia interueniat, quæ eum actum inciat, id sane nullum erit peccatum, quin potius infat egregia virtus. Sic Augustinus, & alij Sancti, sua aliqua crimina detexerunt. Et Matthæus Apostolus, se fuisse publicanum, indeque à Christo fuisse vocatum, scripsit, quod in futurum, quo ad id, suam famam maculare poterat: vt verò exaltaret Christi in ipsum misericordiam ac beneficium, illud que prædicaret, atque ad suam humilitatem, id non solum ei licuit, sed fuit etiam opus non exiguẽ virtutis. Ferre verò patienter infamiam ab alijs iniuste illatam, non se defendendo ex rationabili causa, multo magis esse potest licitum & frequenter Christi exemplo sit cum ingenti merito ac virtute, quando recta ratio contrarium ex aliquibus circumstantiis non postulat. Lege quæ Diss. 2. & 20. dicta sunt.

A Secunda conclusio: Infamare aliquem se ipsum, si præcise spectetur quoad solam infamiam, quam ipse inde contrahit, etiam si irrationabiliter atque illicitè id fiat, non est ex suo genere culpa lethalis, sed venialis, neq; est peccatum contra iustitiam, ea que de causa ex illo non confurgit restituendi obligatio. Conclusio hæc est contra Caietanũ, & suo etiam modo contra alios doctores supra citatos. Eam verò affirmant Sorus de regendo seculo memb. 1. q. 3. lib. 4. de iust. q. 2. art. 3. & q. 6. art. 3. ad 4. & libr. 5. q. 10. art. 2. Ledesimij 2. 4. q. 18. art. 2. Nau. in Manu. c. 18. n. 27. & c. inter verb. (semper liquor de Commensario Hispano) ad n. 563 Couar. 1. var. res. 2. n. 8. Eandẽ sententiam tribuere possumus Adrian. quodl. 1. lit. n. & q. 15. de rest. famæ, & Diuo Thomæ locis Diss. 2. uti- tati.

B Probari autem potest, quoniã homo dominus est sui honoris & famæ, vt quatenus ab ipso pendet, non secus de eis disponere possit, quã de bonis suis externis divitiarum, vt Diss. 2. copiose comprobauimus: ergo aliquem irrationabiliter ac illicitè seipsum infamare ex ea parte, qua famæ suæ iacturam facit, infamiamq; incurrit, nõ est aliud quã prodigalitas, quæ non est peccatum contra iustitiam, ea que de causa neque restituendi obligationem inducit; neq; item est peccatum ex suo genere lethale, sed veniale: sicut prodigalitas bonorum externorum peccatum non est ex suo genere lethale, sed veniale: aduerfatur enim solum caritati, qua unusquisq; se ac sua debet diligere: dilectio autẽ sui comparatione bonorum, quorum est dominus, & quæ neque ad salutem spiritualem, neque corporis necessaria sunt, non obligat ex suo genere sub culpa lethali, sed solum sub veniali. Atq; quantumvis fama nostra sæpe reipublicæ nostrisq; proximis sit necessaria; sicut & bona nostra externa diuitiarum sæpe etiam eisdem necessaria sunt, quia tamen fama nostra non est bonum proprium reipublicæ, neque nostrorum proximorum, sed nostrum: sicut neq; bona nostra externa diuitiarum, quando illia necessaria sunt, bonum proprium sunt eorum, sed nostrum, consequens profectõ est, vt sicut prodigalitas bonorum nostrorum diuitiarum externarũ non est peccatum contra iustitiam, etiam quando proximis ac reipublicæ necessaria sunt, ea que de causa id peccatum obligationem restituendi non inducit: ita etiam neq; prodigalitas famæ nostræ, etiam quando reipublicæ ac proximis nostris est necessaria, peccatum sit contra iustitiam, neq; vllã restituendi obligationem inducat, quod Caiet. nõ attendit. Confirmatur, quoniam qui famam alterius iniuste lædit, neque reipublicæ neq; alijs proximis tenetur ad vllam restitutionem, sed solum læso: atque si læsus illi parcat, eamque obligationem illi condonet, liber omnino ille manet à restituendi onere: ergo neq; qui suam propriam famã irrationabiliter atque illicitè lædit, ad vllam restitutionem reipublicæ aut alijs proximis tenetur: sibi autem de iustitia non tenetur; eo quod iustitia non sit eiusdem ad se ipsum: quo fit, vt nullo modo de iustitia restituere teneatur. Vtrũ autem prodigalitas propriae famæ ex eo, quod interdum in detrimentum cedat reipublicæ ac proximorum, ad culpam aliquando pertingat lethalem, ex sequentibus conclusionibus liquet.

C Tertia conclusio. Si dum quis seipsum infamat, interueniat periculum, quia iurcurandum erat astrictus dicere verum, sibiq; imposuit crimen aliquod, tunc satis perspicuum est, interuenire culpam lethalem periculum. Si item quis se infamet iactando se de aliqua culpa lethali, in eaq; complacendo, satis etiam constat in eo interuenire culpam lethalem: quippe cum complacencia in culpa lethali peccatum eiusdem speciei sit cum eo, in quo quis complacet

placet. Atq; de eiusmodi peccatore Psal. 51. dicitur: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? si etiam alicui necessaria esset sua fama ad se continentiam à culpa lethali, tunc lethalis esset culpa illam prodigere. Raro tamen in prodigalitate famæ ex hoc capite interuenit culpa lethalis. Similiter si quis se ipsum infamando se exponeret periculo vitæ, aut amissioni membri, neq; interueniret iusta causa, quæ eum à culpa lethali excusaret, tali periculo se exponendo, tunc utique lethaliter peccaret se ipsum infamando, eo quod vnusquisq; sub culpa lethali conseruare teneatur suâ propriam vitam ac membra.*

Quarta conclusio. Si ex infamia alicuius sequeretur tale aliorum scandalum, quod is sub culpa lethali vitare teneretur, tunc culpa esset lethalis, eum se ipsum ita infamare, aut nõ protegere aut defendere suam famam ac innocentiam, si commode posset. *Exempla sunt. Vt si ex peccato lethali alicuius credito sequeretur imitatio aliorum. Vel si ex peccato alicuius notabiliter contemneretur, in quo ille erat religiofus, virtusve minus reputaretur in aliis probis, segioresque notabiliter inde aliis redderentur ad virtutem. Atque ob hoc exempla Aug. de bono viduitatis c. vlt. & refertur c. non sunt audiendi citato, reprehendit quosdam homines ac mulieres, qui probi ac sancti reputabantur, contemnantq; suam famam aliquibus in rebus, quæ speciem habebant mali, contenti testimonio suæ conscientia; aitque ibi Augustinus, *Nobis necessaria est vita nostra*, (loquiturque non de corporali vita, vt aliqui malè arbitrantur, sed de recta vita quo ad mores, vt tibi perspicue patet) *alio veto fama nostra*. Exemplum est deinde in homine, cuius fama multum reipublica interest, salutarique aliorum spirituali, vel quia suam famam quasi obligatam aliis habet ratione muneris ac officij, ad quod bona fama est necessaria, vt euenit in prælato, vel quia licet obligatam suam famam alijs non habeat, ex eo tamen multum iuuantur proximi, fama que amissa, periret impedireturq; magnus spiritualis fructus: vt si is esset insignis concionator, aut alius ex cuius admonitionibus & exemplo alij multum iuuarentur, atq; ex cuius infamia periret ac impediretur is fructus; sanè hi lethaliter peccarent se ipsos infamando, quàn & non defendendo suam famam, si commode possent sperarentque se illam conseruatuos, & alioquin periretam cum aliorum spiritualia detrimento.*

Socus 5. de iust. q. 1. o. art. 2. ait, prælatum, qui suam famam regendis suis subditis obstrictam habet, contra iustitiam peccare se ipsum infamando; quæ admodum, inquit, contra iustitiã peccat, qui alienam habens familiam, aut videns pauperes grauiter indigere, bona sua prouiceret in flumen. Quamuis autè primum exemplum sit accommodatum: eo quod pater familias de iustitia teneatur filios & vxorem alere, ac proinde prouicere eum bona sua ita in flumen, in iniuriam filiorum & vxoris cederet, sicut in iniuriam subditorum cederet prælati se ipsum infamare cum eorundem subditorum detrimento quo ad id, quo ad quod illis est officio teneretur: secundum tamen exemplum sanè non est ad rem. Quoniam pauperibus non debetur subuentio ex iustitia, sed solum ex caritate: quare quatenus eo modo impediretur pauperum subuentio, non esset id peccatum contra iustitiam, sed solum contra caritatem.

Item quamuis fatear, eam iacturã famæ prælati cedere suo modo in iniuriam suorum subditorum, non tamen dicerem conseruare inde obligationem ex iustitia restituendi illis eam famam: quoniam fama illa non est subditorum, sed prælati. Vnde si tertius aliquis famam eiusdem prælati iniuste laederet, sanè non teneretur ex iustitia restituere illã

A subditis, sed prælato. Si autem prælatus eam obligationem restituendi illi remitteret, certè quamuis malè faceret, si suam famam recuperare posset eum commodo suorum subditorum, quorum adhuc esset prælatus, iniuriamq; in eo illis faceret; ille tamè aliis deobligatus omnino maneret ab onere illam ex iustitia restituendi. Quod si prælatus, vel à se vel ab alio ita infamatus, idoneus non maneret ad deinceps eos subditos regendos, teneretur munus relinquere, aliiq; prælati ipsi superiores, aut congregatio ipsa, si supremam in ea parte haberet quo ad id iurisdictionem, teneretur illi deponere. Si verò idoneus adhuc maneret, esset minus, quàm antea erat, non teneretur relinquere munus, neq; de iustitia teneretur restituere subditis emolumentum, quod ex maiori illa sua idoneitate essent percipuri: maximè quia prælatus non teneretur de iustitia ad optimum regimen, & ad maiorem utilitatem & profectum suorum subditorum, quasi si in aliquo ab optimo regimine maiorisq; commoditate & utilitate illorum deficiat, contra, iustitiam peccet, teneaturq; illis ad restitutionem. Pater etiã familias licet iniuriarum faceret filiis, proiciendo bona sua in flumen, aut aliter illa destruendo, vel prodigendo, non tamen teneretur ea illis restituere: quoniam solus pater & non filij dominus illorum est, neq; ad filios pertinent ea bona nisi post mortem patris, si tunc remaneant, perseverando illius vsq; ad eius mortem, atque tunc pertinent ad illos iuxta præscriptum legum, & prout pater voluerit eis eam partem relinquere, de qua tempore mortis liberè potest disponere. Quando infamia alicuius, siue is esset prælatus, siue aliquis alius, in illos redundaret, est distinguendum: Quoniam vel ille imponendo sibi id crimen, vel illud committendo ac consentiendo, solum est occasio infamæ aliorum, quia inde alij occasionem sumunt reputandi alios malos, aut ad abiectè de illis sentiendum, & tunc ad nullam tenetur illis restitutionem eius infamæ, quæ in illos redundauit: quoniam non fuit illius causa sed occasio solù. Vel fuit illius causa, saltem quia iuris dispositione infamia ex eo crimine in penam illius redù dat in alios ipsi coniunctos, vt in crimine hæreticos & læsæ maiestatis humanæ; aliqui ex descendentiibus ex condemnato de eo crimine infames manènt & tunc tenetur illis restituere id famæ damnatum, tanquam causa iniusta illius.

Quinta conclusio. Fieri potest, vt aliquis licet se ipsum infamet, esset videat in eueniturum vitã ab eo esse eripiendam: modò tñ non se infamet, crimen, quod non commisit, sibi imponendo, sed detegendo crimen quod vere commisit, quodque detegere non tenebatur, & modò ad rationabilem causã existeret. Exempla rem hanc dilucidam reddent. Est aliquis, qui crimen committit, propter quod dignus est morte, ignoratur tñ eum id crimen commisisse. Sane si videat innocentem ob id crimen periclitari, aut duci ad patibulum, poterit licite manifestare illum esse innocentem, sequè id crimen commississe, quando non potest alia via eripere illi à morte. Probatur, quoniam id solum est cedere iuri suo, quod habet, vt tunc non se prodatur, sed potius innocentem mori permittat: neq; est id se ipsum interficere, sed est reuelare iustam causam, quoniam à publica potestate iuste interficiatur: atque est ex rationabili causã postponere famam propriam famæ innocentis, vitamque propriam vitæ innocentis, quod licitum est, maximeque meritum, vt ex his liquet, quæ supra in hac 2. in materia de caritate q. 26. art. 5. & tractatu precedenti Dissert. 14. conclusio. 3. diximus: ergo licitum in eo euenit est, se ipsum cum periculo vitæ infamare detegendo crimen, quod verè commisit. Imò verò conclusione citata ostendimus, fas esse rationabili ex causã postponere vitam nostrã vitæ nocentis, vt permittere

nos ab iniusto aggressore interfici, ne ipsum interficiamus. Et Sotus de ratione tegendi loco citato conclus. 5. recte ait, non solum aliquem licite posse famam suam postponere famæ proximi, detegendo crimen suum quando innocens de illo infamatur, in quo consentit etiam Ledesmus. 2. 4. q. 18. art. 2. fed etiam famæ nocentis, sustinendo patienter crimen, quod ipsi imponitur, ne alium detegat, qui illud commisit, vt ita iactura suæ famæ fama proximi illa sa perseueret: sicut, ait, postponi potest vita propria vitæ proximi. Obserua tamen, si fama innocenti longè plus necessaria reipublicæ esset, quàm fama nocentis, tunc contra caritatem reipublicæ ac Dei esset, permittere conseruationem propriæ famæ, aut fama illius alterius conseruaretur, vt Diss. 14. citata quoad vitæ conseruationem dictum ostensum que est.

Aliud exemplum conclusionis proposuit est. Si aliquis, qui verè crimè aliquod commisit, pro quo est dignus morte, subijciatur torturæ, cruciatibusque, vt veritatem confiteatur: cæterum ei torturæ subijciatur, non seruato ordine iuris; eo quod non sit semiplena probatio, vt veritatem confiteri teneatur; neq; sint sufficientia indicia, vt torturæ subijciatur. Sanè is licite se ipsum infamat, detegendo crimen, quod confiteri non tenebatur, nihil impediendo quod propter illud sit morte plestendus. Ratio autem est, quoniam non mentitur detegendo ita crimen suum; rationabiliter ex causa cedit iuri, quod habet ad illud celandum; neque sibi infert in eo mortem, sed solum rationabiliter ex causa, ne se tormenta sustineat, detegit delictum, ob quod verè est dignus morte, permittitque eripi sibi vitam, quam non tenetur conseruare cum tanto suo labore ac molestia. Ita Sotus conclus. 5. citata & memb. 3. q. 4. concl. 10. & 5. de iust. q. 10. art. 2.

Contrarium verò huius secundi exempli affirmat Nauar. in Manu. c. 18. n. 29. & c. inter verba. n. 577. & 588. ductus, quod qui in eo euentu detegit suum crimen verum, causa est suæ propriæ mortis. Hoc tamen aperte est falsum, vt proximè deduximus ac ostendimus, & constat ex primo exemplo circa hæc quædam conclusionem proposito, in quo Nauar. non negabit, licere detegere crimen proprium pro tuenda illo modo vita innocens: quod tamè esset illicitum, si detegere suum verum crimen in eo euentu, in quo illud detegere non tenebatur, esset sibi ipsi esse causam mortis.

Quando autem aliquis sine mortis, aut amissionis membri periculo detegeret crimen suum verum, de quo non iuridicè interrogatur, quia scit, quantum illud detegat ac confiteatur, non tamen ea de causa esse interficiendum, nec mutilandum; atram illud ita detegeret ad euadenda notabilia tormenta, mutilatione, aut mortem; quia rationabiliter rimeret, nisi id crimen ita detegeret, aliquid eorum esse ei euenturum; tunc longe maior cum ratione posset illud absq; peccato eo modo detegere, nihil impediendo infamia, quam inde contraheret. Quoniam quemadmodum pecunia licite posset tunc redimere ea tormenta, aut periculū mutilationis vel mortis: sic etiam potest licite illa redimere amissione propriæ famæ: idq; non solum quoniam licet fama ex suo genere præstantior sit pecunia, ingens tamè copia pecuniæ superare potest in æstimatione famam aliquam; sed etiam quoniam vita integritasque illius excellentioris ordinis sunt, quàm fama.

Vt verò hoc loco, antequam vltierus progrediamur, aliquid obiter de ijs inferamus, qui tormentis aut mortis metu iniuste coguntur detegere crimina vera, aut alia secreta aliorum, quo vsq; eis liceat, aut non liceat, illa detegere ad tormenta vel mortem euadendum, sequentes subijciamus conclusiones.

Sexta ergo conclusio in ordine est: Neq; ad eu-

adenda quæcunq; tormenta, neq; ad mortem ipsam euadendam, fas est detegere secreta reipublicæ, quæ in notabile illius perniciem vergant. Vt sunt ea secreta exercitus, ex quorum detestatione notabile periculum exercitui aut reipublicæ immineret. Conclusio hæc affirmant Sotus de regend. secret. memb. 3. q. 4. concl. 6. & Nau. c. inter verba. n. 561. Probari autem potest, quoniam pro salute reipublicæ quibus teneatur exponere propriam vitam, ad idq; à reipublica potest sub lethali culpa obligari, præsumendum est in euentu huius conclusionis velle eo modo obligare ad ea secreta non detegenda: ergo nefas est ad tormenta aut mortem euadenda detegere eiusmodi reipublicæ secreta. Alia autem secreta, ex quibus leue detrimentum posset reipublicæ euenire, detegere quibus posset absq; culpa, ad mortem aut ad grauiora tormenta euadenda. Quoniam non est præsumendum rem publicam velle, vt cum tanto ea scientis detrimento non detegatur: neq; reipublicæ rationabiliter erid velle posset.

Sotus lococit. quem Nauarrus etiam sequitur, ait, Magistratus, iudices, scribas, & alios ministros publicos, quibus secreta publica & causæ particularium ex officio committuntur, quibus ob suum ministerium stipendia accipiunt, teneri, etiam in causis particularium, tormenta & mortem potius tolerare, quàm ea secreta illorum detegant, ex quorum manifestatione vel mors alicuius eorum sequeretur, vel ingens aliquod damnum, vt amissionis comitatus, marchionatus, ducatus, vel alterius maioratus, vel quippiam aliud notabile. Placet autè nobis hæc opinio; quoniam ita postulat recta ratio; possumtq; ea officia cum eo onere concedi; præsumendum est, rem publicam velle, vt ad id in eis euentibus teneantur. Quando autè in causis tanti momenti probabile esset, ex ea manifestatione secretorum sequendum non esse tantum damnum, itemque qd secreta essent rerum & causarum minoris momenti detegi sine peccato ab eis ministris publicis possent, vt mortem, mutilationem, aut non leuia tormenta euaderent. Quoniam ratio non postulat, vt cum tanto onere teneatur familia secreta seruari, neque est credendum rem publicam ad id intendisse eos obligare, neque si intendisset, esset id rationabile & æquum.

Septima conclusio. Quando aliquis casu absq; sua culpa nouit crimen secretum alicuius, aut aliud eiusdem secretum, vel ipsi commissum fuit aliquod secretum, non tenetur illud seruare cum periculo propriæ vitæ, membri aut grauium tormentorum; sed licite potest illud detegere ad mortem aut grauiora euadendum tormenta, etiam si ex detestatione periclitetur vita alicuius. Excipio, nisi ea lege acceptasset id secretum sibi commissum, vt etiam ad mortem euadendam non posset illud detegere.

Priorem huius conclusionis partem affirmat Sotus vbi supra concl. 3. & 9. Non tamen fundamentum, cui ille innititur. Ait enim obligationem seruandi eiusmodi secreta non esse ex iustitia, sed ex caritate, eaque de causa nos non teneri illa seruare cum tā graui nostro detrimento. Nos verò Diss. 3. & 116. & seqq. satis perspicue ostendimus obligationem ea seruandi esse de iustitia, eaq; de causa eum, qui illa, qd tenetur, non seruat, teneri ad restitutionem damnorum in da subsequutorum: quod Sotus negare non potest. Neq; est verum, quod subiungit. Eodem videlicet modo nos ex caritate teneri seruare secretum quod casu nouimus, quo ex sola caritate tenemur seruare res proximorum nostrorum, quas casu inuenimus. Non, inquam, hoc est verum. Quoniam non seruando res proximorum nostrorum, habemus nos negatiue, eaq; de causa, quando ex officio non tenemur illos seruare, non censetur causa detrimenti atq; amissionis earum, quoniam non in istiusmodi in illarum destructionem & amissionem. At verò

Verò non seruire secretum, non est habere nos negatiuè circa infamiam, aut circa alia damna, quæ proximo ex illius reuelatione sequuntur, sed est iniure in ea damna positiuè de refectione eius secreti. Fundamentum verò, cui nos nitimur, est. Quoniam, qui secretum accipit cum pacto, ut illud non reuelet, non censetur se obligare cum tanto onere, ut etiam si necessarium sit, illud reuelare ad euitandam propriam mortem sibi, aut uxoris, vel ad euadendam grauius tormentum aut mutilationem cuiusquam eorum, non possit illud reuelare: maxime cum secretum committi soleat in nullum eius emolumentum, cui sub pacto illud seruandi detegitur, sed vel leuitate illud detegentis, vel in ipsius commodum aut alicuius terrij, nulliusque prudens in eo euentu acceptasset id secretum cum tanto suo onere: cum ergo ordine caritatis nullus teneatur posse habere suam propriam vitam aut suorum, vel grauius sui aut suorum corporis læsionem, vitæ alterius consequens profectò est, ut in eo euentu neque ex iustitia neque ex caritate teneatur seruire id secretum, sed possit licitè illud detegere, nihil impediente, quòd inde vita alterius periclitetur. Atque cum, quando aliquis casu absque sua culpa nouit secretum alicuius, ex natura rei non consurgat maior obligatio illud seruandi, quam si ea lege ei reuelaretur, ut non posset illud detegere: consequens hinc est, ut in eo euentu longe maiori cum ratione non teneatur illud seruire cum tanto suo onere.

Addidi posteriorem conclusionis partem, quoniam si is, cui secretum reuelaretur, ea lege illud acceptaret, ut neque ad mortem euadendam detegere illud posset, sanè licitum esset tale pactum, merito reuelans uelle posset, non aliter reuelare illi id suum secretum, quod tanti sita referat seruari, nisi cum eo onere, quæ tunc, qui ita illud acceptasset, de iustitia teneatur illud seruire, etiam si, ut illud seruaret, propriam amitteret vitam, peccaretque lethali ter, teneaturque ad restitutionem omnium damnorum ex reuelatione illius, ut ea ratione mortem euaderet, subleuatorum, si illud reuelaret.

Octaua conclusio. Si ex reuelatione secreti commissi, aut quod quis casu nouit, periclitaretur vita alicuius, ex eo verò quòd celaretur, solum periclitarentur honor, aut fama, vel bona externa diuitiarum, eius, qui illud nouit: arbitror prudentis arbitrio esse iudicandum, attentam quantitate detrimenti honoris, aut famæ, vel diuitiarum, eius, qui illud nouit, & spe, quæ est ut illud detrimentum resarciatur postea, & num iniuste vita sit illi alteri auferenda, an iuste: itemque num secretum sit reuelatum in commodum eius, qui illud secretò accepit, vel alterius, & ex reliquis circumstantiis concurrentibus est iudicandum, num cum tanto suo detrimento teneatur illud seruire, an non: quòd, etiam si per secretum commissum illud accepisset, non censetur cum tanto suo detrimento intendisse se obligare ad illud seruandum, si detrimentum esset magnum, & sine spe, quòd foret reparandum, nisi expresse fuisset de dictum pactum, ut etiam cum tanto suo detrimento teneatur illud seruire: tunc enim validum esse id pactum, illique esset standum, ut in posteriori parte huius conclusionis præcedentis dictum est. Minor verò esset obligatio ad id secretum seruandum, si casu absque sua culpa illud sciuisset, ut est satis perspicuum, dictumque ad finem prioris partis præcedentis conclusionis.

Illud tamen obseruanda, quando aliquis detrimentum pateretur in aliquibus suis bonis celando secretum alterius, quòd casu nouit, aut quod sibi fuit commissum, idque sic ex reuelatione illius alicuius pateretur grauius damnum, tunc, si id secretum reuelatum ei non fuit in suum commodum, sanè illud,

A in cuius commodum id secretum fuit seruatum, ut vitaretur ei maius damnum, teneri in conscientia foro compensare illi id damnum: imò in exteriori foro conceditur actio negotiorum gestorum ei, qui in gratiam alterius illud est perpeffus aduersus eum, in cuius gratiam illud est passus, si res talis non sit, ut iusta aliqua de causa in exteriori foro non debeat concedi talis actio, ut si interuenit aliqua culpa in eo secreto non reuelando, aut aliud simile.

B Nona conclusio. Quando ex reuelatione secreti, de quo duabus præcedentibus conclusionibus habitus est sermo, solum sequeretur damnum honoris aut famæ, vel bonorum externorum diuitiarum alicuius, tunc non solum fas esset scienti tale secretum, illud reuelare ad euadendam propriam, vel suorum, aut etiam cuiusvis alterius innocentis, mortem, mutilationem, aut grauius tormenta, sed etiam ad euadendum quòd duntaxat notabile damnum proprium honoris, famæ, aut bonorum externorum, diuitiarum. Quantum autem damnum sustineret in eo euentu quis debeat, ne alienum reuelaret secretum, prudentis arbitrio est id iudicandum, attento damno, quòd proximo ex reuelatione talis secreti immineret, & attentis cæteris circumstantiis omnibus concurrentibus. Illud addo, plus damni teneri sustinere illud, qui cum pacto, ut seruaret secretum illud accepit, quam illum, qui casu id secretum nouit. Imò verò horum utrumque petere posse satisfactionem damni, quòd sustinuerit, ut seruaret secretum ab egi in cuius utilitatem id secretum seruauit, idque damnum sustinuit, iuxta ea, quæ præcedente conclusionè dicta sunt. Atque quando aliquis formaliter aut virtute se altrinxit seruare secretum sibi commissum, num petere possit compensationem damnorum, quæ, ut illud seruaret, sustinuit, & quo usque, quando non fuit expresse, in se suscipere eorum onus & damnum illud seruandi, si quòd inde eueniret, iudicandum est id ex circumstantiis concurrentibus, ex quibus prudentis arbitrio est expendendum, an cædendus sit uelle in se suscipere id detrimentum, si eueniret, aut partem, attento quòd in ipsius commodum omnino aut ex parte fuerit id secretum illi reuelatum, aut quòd ipse sollicitauerit, ut sibi reuelaretur, in se suscipiendo onus illud non reuelandi, attentisque aliis circumstantiis concurrentibus.

C Primà huius conclusionis partem, quòd scilicet in eo euentu fas sit reuelare id secretum ad euadendam damna sibi commemorata, affirmat Sotus de rege. sect. lxxviii. c. 7. de iust. q. 10. ar. 1. Probari autem potest, quòd lege caritatis nullus teneatur vitare damna honoris, famæ, aut bonorum externorum diuitiarum proximi cum tanto suo detrimento, ut in materia de elemosyna & aliis sæpe dictum est. Nullus itè, cui committitur tale secretum, intendit se obligare illud seruire cum tanto suo damno, nisi ad illud cum tanto suo damno seruandum expresse se altrinxeratque, quòd casu secretum id nouit, non maior obligatio illud seruandi consurgit ex natura rei, neque cum maiori suo detrimento, quam si illud per secretum commissum agnouisset, imò minor tunc consurgit obligatio, ut duabus præcedentibus conclusionibus dictum est: ergo prima pars eius conclusionis vera est. Reliquæ verò partes non alia indigent probatione, quam explanatione, quæ in eis fuit adhibita.

D Decima conclusio. Qui per iniuriam nouit secretum alicuius, teneatur cum æquali aut cum paulo suo maiori detrimento id secretum seruire. Vnde si ex illius reuelatione mors alteri immineret, teneatur potius tormenta ac mortem perpeti, quam illud reuelare. Si verò ex reuelatione talis secreti solum immineret alteri damnum in honore, aut fama, vel in bonis externis diuitiarum, ipsi verò, cum illud

reuelaret, immineret mors, membri amissio, vel imminerent graua tormenta ac cruciatus, licet quidam possit illud reuelare; attamen restituere ei proximo teneretur damna omnia ex ea reuelatione illi sequuta.

In priori huius conclusionis parte consentire videtur Sotus vbi supra conclus. 7. & Nauar. c. inter verba n. 561. Probari autem potest, quoniam cum is per iniuriam atque iniustitiam sciverit id secretum ut verbi gratia, aperiendo illicitè alienas literas, aut via alia illicitè inquirendo crimen secretum alicuius, vel aliqua alia simili ratione, sanè tenetur serua re illum indemnem antequam damna inde illi eueniant, etiam cum aequali maiori suo damno, què admodum post eadem damna iniustè illi sequuta tenetur ea illi restituere cum equali aut etiam cum paulò maiori suo damno, vt tract. 2. Disp. 754. & tractatus precedente Disp. 102. est dictum: ergo quando imminet mors proximo ex reuelatione talis secreti, tenetur illud serua re cum detrimento suæ propriæ vitæ; & quâdo imminet illi imminet illi aliud damnum; tenetur illum serua re indemnem cum æquali aut paulò maiori suo damno.

Posteriorem verò partem eiusdem conclusionis affirmat Nauar. vbi supra n. 562. Potest autem probari, quoniam qua ratione nullus regulariter tenetur restituere bona famæ aut externa, cum detrimento propriæ vitæ, aut cum longe maiori suo damno, quàm sit illud, quod restituere tenetur, estò per iniuriã illud dederit, maximè quò spes est, quòd in proximo sine tanto suo damno refutuet, vt dispersionibus citatis est dictum: ita in re proposita, estò quis per iniustitiam veniret in noticiam secreti alicuius, ex cuius derelictione nulli imminet vitæ periculum, sanè non tamen tenetur illud serua re cum periculo propriæ vitæ, aut cum longe maiori suo detrimento, quàm sit detrimentum, quòd ex illius derelictione proximo suo imminet, quando pactus est illud restituere, maximè si spes sit se illum restituurum. Ratio tamen ac iustitia tunc postulant, vt proximo suo ea omnia dâna restituar, quæ sua culpa ista illi sine sequuta.

44 His ita obiter insertis, regrediamur ad infamiã, qua quis seipsum infamat, vnde digressi sumus, circa quam vndecima conclusio est: Illicium est quæpiam seipsum infamare, crimen aliquod sibi imponendo, etiam si id fiat ad euadendã gratissimã tormenta, aut ad mortem euadendam. Conclusio hæc facilis est, atq; communis omnium. Cum enim in eo, quòd crimen sibi aliquis imponat, interueniat mendacium, quod intrinsecè malum est, nulla sane ratione fieri potest, vt aliqua de causa id liceat quare potius homo tenetur perpeti quæcumq; grauissima tormenta, mortemq; ingenti cum merito gloriæq; corona perpeti, quã Deum offendat mendacium profecendo etiam si eo non simul se ipsum infamaret. Vnde ij vincti, qui ob crimen falsum, quod negant, tormentis subijciuntur, aut ad patibulum ducentur morte plectendi, animandi acriter sunt, ea omnia constanter perferre, crimenque sibi non imponere ob ingens meritum, aut cumularissimum præmium ipsi paratum: est enim velut genus quoddam martyrij illa perpeti, ne Deum vel venialiter offendant.

Potissima verò difficultas grauisq; controuersia circa hanc materiam est, num qui, ad euadendã grauis tormenta, delictum aliquod sibi imponit, ob quod fit morte plectendus, lethaliter peccet, an non Sotus de regen. sect. memb. 1. q. 3. conclus. 6. licet nõ omnino firmus, affirmat tamen non esse peccatum lethale, solum crimen aliquod sibi imponere, ob quod morte fit puniendus, vt ea ratione seu vitæ patris, mortemq;, quam ille erat subiturus, in se transfera: Quoniam, inquit, id mendacium nõ est perniciosum, sed officiosum. Et mem. 3. q. 4. ad si-

nem conclus. vbi ait, esto quis, vt fugeret tormenta, falsum crimen sibi imponeret, non peccare lethaliter: quoniam id mendaciũ solum e licet officiosum: Ibi tñ non explicat, verum idem sit, quando ob crimen, quod ita consistetur, morte esset plectendus. Tandem 5. de iust. q. 10. ad finem art. 2. affirmat, non esse culpam lethalem, ad euadenda graua tormenta confiteri crimen falsum, ob quod, qui illud confitetur, sit morte puniendus: Quoniam, inquit, nõ tenetur homo cum tanto cruciatur conserua re vitam propriam: eaq; de causa permittere potest mortem breuiorem. Quare censet, id mendacium non esse perniciosum, sed officiosum. Eandem sententiam affirmat Ledesmius 2. 4. q. 18. art. 2. quando tormenta sunt graua. Quando verò tormenta leuia sunt, omnes confitetur culpam esse lethalem, cum confiteri crimen, quod non commisit, & propter quod esset morte plectendus: quoniam cum tã paruo damno vnusquisq; tenetur sub reatu lethalis culpæ conserua re propriam vitam.

Contrariã verò sententiam affirmat Nauar. in Manu. c. 18. n. 19. & c. inter verba n. 556. & 558. ductus ex eo, quòd detegere ita crimen falsum, ob quod fit mors plectendus, est causam esse suæ mortis, quòd est culpa lethalis, neq; excusatur ex eo, quòd id fiat ad graua tormenta euadenda. Eandem sententiam videtur amplecti Couar. 1. var. res. l. 2. in calce n. 8. & iuxta eam intelligit Panor. & alios, atque addit, ne que Sotum illam negare. Quod tñ non video cur scripserit. Licet enim Sotus neget, nec negare possit, si quis eò modo verè esset causa suæ mortis, peccare in eo lethaliter: videtur tamè Sotus aperte sensisse, in eo illum non esse causam suæ mortis, & ob id peripicue asserit, illũ non peccare lethaliter.

In hac re graui circa euentus aliquos, qui facile possunt euenire, sequentes subiungam conclusiones. Duodecima in ordine est. Quando quis morte est plectendus, nisi sibi crimen aliquod grauissimũ imponat, solum peccat venialiter illud sibi imponendo, quãdo ex ea criminis illius impositione nõ sequitur notabile scandalum, neque iactura notabilis famæ ac bonorum aliorum. Exemplum est ac commodatum in iis, qui propter crimen hærescos aut apostasæ à fide, tradendi sunt brachio seculari vt comburantur, eo quòd id crimen sit aduersus illos in tribunali sanctæ inquisitionis probatum sufficienter. Si enim aliquando forte cõtingat aliquè illorum innocetum esse, & iam res ad eas angustias deueniat, vt nisi sibi id crimen imponat, & de eo iã confessus misericordiam petat, tradendus sit brachio seculari, tunc non peccat lethaliter sibi illud imponendo, vt mortè euadet, sed solũ peccat venialiter. Ratio autè est, quoniam id crimen sibi tunc imponendo, non est sibi causa mortis, sed potius id efficiendo se ipsum eripit à corporis morte. Item quoniam in eo euentu regulariter ex eo, quod confiteatur id crimen, quòd verè non commisit, & ad reconciliationem ecclesiæ tanquam de eo confessus admittatur, non generatur maior scandalum, quam generaretur ex eo, quòd publicè condemnaretur tanquam fictus & impænitens de crimine hærescos, aut apostasæ à fide, & combureretur. Itemque quoniam ex eo, quòd sibi id crimen tunc irripo nat, non sequitur maior iactura honoris & famæ, bonorumque externorum, diuiciarum, sibi & suis, quã si illud sibi imponeret: cum similitè essent ei confiscanda omnia bona, si illud sibi non imponeret; & maior infamia esset suis obuentura ex eo, quod condemnatus de eo crimine tanquam fictus & impænitens combureretur, quã ex eo, quòd imponendo sibi id crimen, illudq; confitendo, reconcilietur ecclesiæ: ergo mendacium illud nec sibi nec alijs est perniciosum: ac proinde neque est culpa lethalis, sed solũ venialis. Arbitrorque Nauarrum in hoc euentu non fuisse dicturum contrarium.

Decima tertia conclusio. Quando aliquis imponendo ira sibi tale crimen, euaderet quidem gratia tormenta, ceterum condemnandus esset de hæresi, aut apostasia à fide, confiscandusq; ei essent boni, nisi verò non confiteretur id crimen, illud sibi imponendo, sed tormenta sustineret, nihil horum ei esset eueniturum, sed solus esset condemnandus de suspecto in fide, tunc lethaliter peccaret id crimen sibi imponendo, vt grauius fugeret tormenta, idq; præsertim si filios aut nepotes haberet. Conclusio nem hanc mihi omnino persuadeco, quoniam medicum illud esse proximis perniciosum, dum cū scandalo multitudinis condemnandus esset de hæresi aut apostasia à fide. Esset item iniuriosum fidei ac religioni Christianæ, dū non vereretur imponere sibi notā defectiōnis à fide à religione Christiana, tanquam qui aliquando crederet falsam esse fidē, veram ve non esse Christianam religionē. Esset quoq; id mendacium perniciosum valde personis omnibus sibi consanguinitate aut affinitate coniunctis, dum infamiae notam grauissimam omnes ille inde contraheret, eo magis, quo illi plus essent coniuncti, præsertimq; esset perniciosissimum descendentiū, aut etiam ascendentiū illius, qui non solū grauiorem infamiae notam contraheret, sed etiam quos eo suo mendacio legitime priuaret porcionibus in bonis ipsius debitis, atq; etiam alteri coniugi, si coniugatus esset: inde enim & notam grauent infamiae contraheret, & pateretur detrimentum maximum in prole, & in bonis, tam suis, quam filiorum, sibi cum illo communiū. Cū autem hi omnes cedere iti eō euentu non teneantur iuri suo, ne id detrimentum ille, imponendo sibi ipse sua de causa tam sedum ac nociuum crimen, in se inferat, consequens profectō est, vt neq; metu grauius tormentorum possit illi absq; lethali culpa imponere sibi id crimen in præiudiciū tantum fidei ac religioni Christianæ; cū tanto scandalo suorum proximorum, & cum iniuria tanta ac detrimento personarum sibi consanguinitate aut affinitate coniunctarum. Confirmatur eadem conclusio, quoniam si is idem, vt euaderet similia tormenta imponere alicui alteri crimen aliquod; ex quo æquale aut minus detrimentum sequeretur illi, quanti sit illud, quod nullus teneretur pati id detrimentum, vt alius via illicita mortem aut tormenta euaderet: ergo in re proposita ista etiā, de quo agitur, lethaliter peccat.

Petes. Vtrum in euentu huius conclusionis; qui ita cum tanto aliorum detrimento sibi crimen imponit, teneatur illud retractare. Respondeo, Si retractando irasuum crimen, impedire possit scandalum & damna commemorata; aut ea rescircire, teneatur utiq; id efficere sub reatu culpa lethalis etiam si iterum subiiciendus esset tormentis: idq; sanè locum habere potest, nō ex intervallo, saltem ante latam sententiam. Ceterum si id nihil iam inferuiat ad impedienda neque ad rescircienda damna commemorata, sed potius inferuiat vt ab eo auferatur vita, & crescant magis, quam minuant, damna commemorata, vt regulariter eueniet ex intervallo ac post latam sententiam, tunc non teneatur cum tanto suo maiori detrimento, & nullo, aut ferè nullo, emolumento alio, id crimen, quod sibi inique imposuit, retractare.

Decima quarta conclusio. Quando is, cui crimē hæresis, aut apostasia à fide, sufficiēter est probatum, vt brachio seculari comburendus tradatur, eius esset conditiōnis, de quo alioquin præsumptio non esset commissa ille id crimen; eo quod non sit de eorum progenie, de quibus est ea suspicio; præsertim si vir esset autoritatis, sanè multum timeant, eum incurrere culpam lethalem, tale crimen sibi imponendo vt mortem euaderet, nihil impediens quod de eodem crimine esset publicè condegn-

natus mortēq; ob illud esset plectendus. Derogaret n. autoritati fidei catholice ac religioni Christianæ consentiendo in eam notam, quod à fide defecerit deberetq; potius fortiter mori summo cū merito, quam eo modo fidei ac religionis Christianæ autoritati derogare: semperq; de eiusmodi hominibus, qui id crimen negando fortiter moriantur pietatis ac Christianæ religionis signa ostendendo, quæ vt verè catholici solent ostendere opinio apud homines manet, fortè innocenter fuisse passos eam mortem, neq; tantum scandalū ex ea morte generatur, quantum generaretur si confiterent in notam, quæ eis imponitur, eam cōfiteudo. Post confessionem autem de eo crimine ad mortē etuadendam effectam, sequunturq; condemnatoriā sententiam, qua de eo crimine essent damnati ac reconciliati ecclesie, non tenerentur retractare eā confessionem. Quoniam id parum iam rescircire scandalum datum, notamq; quam fidei religioniq; Christianæ ex sua parte inuoluerunt, essetq; ex leui causa præbere occasionem vt interficerentur, sine suo & suorum emolumento. Conclusio hæc non alia probatione indiget.

Decima quinta conclusio. Quando aliquis, ad euadenda quæcumq; tormenta, crimen sibi imponit, ob quod est morte plectendus, lethaliter peccat. Conclusio nem hanc cum Nauarro, & vt videtur, cum Covar. in calen. 8. citat, & alijs, quos citat, mihi persuadeco aduersus Sotum & Ledesmium. Quoniam quamuis homo non teneatur cū tanto cruciatu, quantum est, quod tormentis inferunt, conseruare propriam vitam, adhibendo remedia, quæ tantis cruciatu afferant & efficiant, quantum tormenta efficiunt, possitq; homo licite mortem potius permittere, quam talia adhibere remedia; nihilominus aliud est, non conseruare vitam eis remedijs, illaq; non adhibere, quibus conseruaret, & aliud longe diuersum est, præbere causam obiectiuam ac meritariam mortis, illam conseruando, cū non sit, vnde potestas publica iuste (iuxta eam cōtessionem facti sibi exhibitam) moueatur ad condignam mortis penam imponendam; executionique mandandam, quod non est conseruare præcise vitam, sed est causam destructionis illius verè apponere. Hoc autem neque ad fugienda tormenta esse potest licitum: neque ex tormentorum fuga honestatur, non solum quatenus mendacium est, quod est intrinsece malum; nullaque ex causa potest honestari; sed etiam quatenus est appositio causæ obiectiue meritorie mortis, cooperatioque ad propriam mortem. Sicut enim nulla alia cooperatio ad propriam mortem iniuncta in se (qualis est, de qua nunc loquimur) honestari ex fuga tormentorum potest; ita neque hæc, quæ vere est cooperatio ad eam mortem in se iniunctam.

Neque aduersus hanc nostram sententiam mihi obijcias. Pari ratione peccare eum lethaliter, qui metu grauium tormentorum detegit crimen suum verū, de quo non iuridice interrogatur, & ob quod est morte puniendus: cuius tamen contrarium conclusionē quinta nos asseruimus. Non, inquam, id mihi obijcias. Quoniam dispar admodum est vtriusq; ratio, quod Nauarro non attendit. Qui enim in hoc euentu, qui nobis obijcitur, detegit crimen suum verum, quod detegere nō tenebatur, nō dat causam obiectiuam & meritoriam suæ mortis, sed detegit, quam iam dederat, & quam contractam habebat, cedendo iuri suo, quod habebat ad illam non manifestandam ac occultandam. Soluuntque apponit conditiōnem sine qua ob illam non erat à iudice interficiendus: quod ex rationabili causa est licitum, non solum in illo exemplo, sed etiam in illo alio in eadem conclusiōne adhibito, de eo, qui detegit crimen suum, & innocens propter illud

illud interficiatur, & in quocunque alio simili. Atque verè in re propofita fingitur, fingendoque obijci-
tur caufa meritoria mortis, qua iuste formaliter
(sed non materialiter, eo quod ea caufa non fit, sed
conficta fuerit à reo) potestas publica mouetur ad
mortem infligendam, quare ea impofitio fibi eius
crimini cooperatio est ad eam mortem, veraque
est caufa illius iniufta, non fecus atque qui crimen
falso alicui imponunt, propter quod iudex mortem
illum iuste formaliter punit, verè dicuntur ac sunt
caufa iniufta eius mortis.

Peres, vtrum in euentu conclusionis propofitæ,
postquam aliquis metu tormentorum fibi crimen
impofuit, ob quod est interficiendus, teneatur sub
culpa noui peccati lethalis aut continuationis præ
cedentis, illud retractare. Ad hoc respondeo: Si ad-
huc res sit in statu, in quo retractatio proderit ad
mortem euadendam, & ad vitanda alia damna, tene-
ri cum sub culpa lethalis illud retractare, esto ite-
rum subijciendus sit eisdem aut grauioribus tor-
mentis. Quoniam teneatur auferre causam iniuftam
mortis, quam dedit, & quam dare conseruet con-
tinuando, cum possit illum, auferre retractan-
do crimen, quod fibi impofuit; neque id efficiat.
Si verò res iam sit in statu in quo retractatio
profit ad mortem euadendam, vt quia lata est iam
sententia, tunc non tenetur sub reatu culpæ lethalis
illud retractare. Quoniam iam tunc ea retractatio
nihil proderit ad vitam cõseruandam, & parum
aut nihil proderit ad suam & suorum famam resar-
ciendam & regulariter neque ira ad scandalum tol-
lendum, vt sub reatu culpæ lethalis ad eam retra-
ctationem publicam faciendam teneatur. Semper ta-
men confiderem, vt quando ille ad patibulum du-
ceretur, affereret coram omnibus, etiam cum iure-
iurando, restando locum, & tempus, in quo est, ra-
tionemque, quam proxime Deo est redditurus, se
nunquam id crimen commiffisse, sed metu aut vi
tormentorum illud fuisse factum, si bique im-
pofuisse. Atque ita in similibus euentibus, monitu
confessatorum, aut eorum, qui illos comitantur,
adiuantque ad christianè & sanctè moriendum,
conferuerunt facere, qui interficiuntur ob crimen
quod non commiferunt.

Decima sexta conclusio: Lethaliter peccaret fi-
lius, qui fibi imponeret crimen patris, ob quod pa-
ter erat morte plectendus, vt vitæ patris cõseruaret,
& in se transferret mortem, quam pater erat subi-
turus. Conclusio hæc est aduersum Sotum, qui, vt
supra relatum est contrarium asserit. Probari au-
tem potest. Primò, quoniam si pater dignus ob id
crimen est morte, vt Sotus supponit, nostram con-
clusio etiam supponit, sanè ea fraudè ac mendaciò
in iudicio impedire executionem iustitiæ in eum,
deludere, eo modo publicas potestates, subijcien-
do illis innocentem loco nocentis, qui dignus est
ea morte, non videtur carere culpa lethali, vt satis
ex se est perspicuum. Secundò, quoniam cooperari
eo modo ad suam propriam mortem, fingendo in
iudicio causam iustam obiectiuam illius, qui vere
non est, peccatum vtique est lethale, vt circa præce-
dente conclusionem est ostensum: quoniam non
est solum permittere propriam mortem, & vitam
exponere pro patre, sed est cooperari iniuste ad pro-
prium mortem, vt pater à iniusta & commiserita mor-
te fraudulenter liberetur, quod nulla ratione po-
test esse licitum, sed in re ex vtraque parte adeò gra-
ui est perspicue culpa lethalis. Adde, si id liceret ad
eripiendum patrem à morte iusta & ab eo commé-
rita, idem liceret ad eripiendum amicum, & quæ-
cumque alium proximum; cum pro proximo liceat
rationabiliter ex causa exponere propriam vitam: id
verò Sotus non concedet.

Vt verò aliquod etiam hoc loco de eis infera-
mus, qui mortis metu, aut tormentorum, aliis cri-

men imponunt, atq; de ijs, qui odio vel aliâ de cau-
sa idem efficiunt, decima septima conclusio est: Le-
thaliter peccant, atq; ad restitutionem omnium da-
mnorum inde sequutorum teneantur, non solum
qui odio, vel pecunia corrupti, aut alia simili de cau-
sa crimen notabile alicui imponunt, item que illi,
qui ad mortem aut tormenta euadenda, quæ iuste
eis tam formaliter quam materialiter infliguntur,
sed etiam illi, qui ad mortem aut grauissimam tormen-
ta euadenda, quæ iniuste materialiter aut formali-
ter inferuntur, alios falso in æquale aut in fere æ-
quale discrimen adducunt. De hac conclusione nul-
lus est, qui iure possit dubitare. Quoniam perspi-
cium est, culpam esse lethalem cum restitendi o-
nere, odio, aut alia simili de causa, iniuste alicui
imponere crimen, in quo imponendo tanta cerna-
tur iniuria, quæ ad culpam sufficiat lethalem. Per-
spicuum etiam est, eum, cui iuste formaliter aut ma-
terialiter infliguntur tormenta, vt fateatur verum,
de quo iuridice interrogatur, lethaliter peccare,
imponendo innocenti quocunque notabile cri-
men, vt ipse ea via mortem effugiat, aut vt libere-
tur à tormentis id reticendo, quod confiteri tene-
tur. Id quod, dum reus de complicibus interroga-
tur, facile potest euenire, detegendo aliquos inno-
centes, seu potius crimen illis imponendo, vt no-
centes reticeat. Euenire etiam idem potest, dum
reus interrogatur de suo proprio crimine, infamando
alios de eodem crimine, aut de alijs crimi-
nibus, sperando se ita à morte aut à tormentis eua-
surum. Perspicuum item est, eum, cui mors aut gra-
uissima tormenta iniuste materialiter parantur,
quia vere est innocens, itemque eum, cui solum for-
maliter iniuste parantur, quia cum vere sit in cul-
pa, de qua agitur, non tamen interrogatur iuridice
lethaliter peccare alios in simile, æquale, aut fere
æquale discrimen falso adducendo, vt ipse ea mala
euadat. Cum enim nullus alius iniustitiæ aut cari-
tatis lege teneatur eiusmodi, vt à morte iniusta,
aut à tormentis iniustis, illos liberet: consequens
perfectò est, ipsos lethaliter contra iustitiam pec-
care, alios in simile, æquale, aut fere æquale discrimen
adducendo, vt ipsi eiusmodi iniusta discrimina
euadant.

Quod autem hoc loco posset in dubium vocari,
est: Num quando alicui mors aut graua tormenta
iniusta materialiter aut formaliter imminet, le-
thaliter is peccet, crimen aliquod alicui im-
ponendo, ex quo non sequitur illi iactura vitæ,
aut membri, aliudve corporis damnum, sed solum
iactura honoris, fame, aut honorum externorum
diuitiarum, idque vt ipse grauiora illa alia mala e-
uitet, quæ ipsi iniuste imminet. Ratio verò dubi-
tandi est, quoniam cum vnusquisque lege caritatis
teneatur exponere honorem & famam ac bona ex-
terna diuitiarum pro vita corporali alterius, quæ-
do ille alius non potest aliter euadere mortem, au-
tilationem, aut grauem corporis lationem, quæ ini-
uste ei imminet; consequens esse videtur, vt qui
ad similia damna vitanda, crimen id alteri im-
ponit, ex quo solum periclitantur fama & bona ex-
terna diuitiarum illius, nullam illi iniuriam effi-
ciat, ac proinde vt non peccet lethaliter id menda-
cium asserendo, idve crimen illi imponendo, sed
solum venialiter. Dicendum tamen est, id esse cul-
pam lethalem iniustitiæ. Primò quoniam honorè
& famam nullus videtur teneri exponere pro vita
corporali alterius: quoniam non est mendacium
ad id à Deo ordinatū & collatū hominibus, vt bo-
na externa diuitiarum ad cõseruationem vitæ à Deo
ordinata sunt ad id quæ creatæ & collata ab eo sunt
hominibus in genere: & quando darentur, obliga-
tionem esse exponere honorem & famam pro vi-
ta corporali proximi id solum esset lege caritatis,
non verò lege iustitiæ. peccatum verò lethale ini-
ustitiæ,

stunt est, contra voluntatem alicuius, saltem præsumptam, accipere aliquod notabile ab eo auctoritate priuata, quod ille solum teneatur dare ex caritate; pauperes enim contra præsumptam voluntatem aliorum accipere non possunt auctoritate propria, quod illi sola caritatis lege teneatur inter alios distribuere, atque si illud accipiant, contra iustitiam peccant ac furum committunt: quare cum impositione criminis falsi alicui proximo semper inferatur præiudicium famæ illius, cõsequens est, vt si notabile præiudicium famæ eo inferatur, qui pa interueniat lethalis iniustitiæ illud illi contra voluntatem illius præsumptam imponendo, etiã si id fiat ad euadendam propriam mortem. Neque mihi obijcias, ad euadendam mortem corporis, licet accipi bona externa diuitiarum alicuius, eo inuito: cum tamen ipso solum ex caritate teneatur ea tunc dare. Non, inquam, id mihi obijcias, quoniam in materia de elemosyna ostendimus, accipientem habere tunc iustitiæ ad illa accipiendum ac proinde illorum dominum peccare contra iustitiam, tenerique ad restitutionem damnorum subsequutorum, si resistat volenti illa accipere ad euadendam extremam vitæ necessitatem: longè autè aliter res se habet in aliis bonis, quæ non sunt externa diuitiarum, vt ibidem dictum est: quoniam hæc alia bona non sunt cõditã Deo omnibus quo ad dominium communia, vt cõditã fuerunt bona externa diuitiarum prima sui constitutione. Secundo, idem probatur, quoniam nullus in eo euenit teneatur subuenire extremè indigenti ea via, nẽ pe mentiendo, falsumq; crimen sibi imponendo; & multo minus ipse, qui extremè indiget, ius habet sumendi sua auctoritate tale subueniendi sibi genus, mentiendo, falsumque crimen suo proximo imponendo: ergo quicquid damniira dat, vt suæ vitæ sui que corporis incolumitati consulat, est absque vilo iure, ac proinde contra iustitiam, eaque de causa lethaliter contra iustitiam in eo peccat, si id damnum ratum sit, vt ad culpam sufficiat lethalem, teneaturque illud restituere. Illud admonerim, quamuis malè admitteretur, illud absque culpa lethali posse id efficere cum solo veniali peccato ob mendacium, nihilominus teneri restituere damnum, quod eo modo dederit. Quoniam, qui iustè damnum dat, vt suæ extremæ necessitati consulat, teneatur illud restituere, nisi intelligat eum, qui illud patitur, contentum fore, vt illud non restituatur: neque enim hic alius tenebatur de iustitia subuenire illi gratis, neque etiam de caritate, si is, qui id damnum dat, potens sit illud restituere, vt in materia de elemosyna comprobati sunt.

Decimoctaua conclusio: Qui alicui imposuisset crimen, quod periclitaretur vitæ, membrum aut læsio notabilis corporis illius, vel ob quod sequeretur illi ac suis talis ac tanta iactura famæ & bonorum externorum diuitiarum, vt æquiparetur, aut ferè æquiparetur morti, sanè isteneatur illud retractare cum periculo tormentorũ ac propriæ vitæ; quando esset spes ea retractione impedienda aut reparanda esse ea damna. Quod si non esset talis spes, tunc non teneretur se retractare sed teneretur pro viribus restituere ea omnia damna ita iniuste data.

Prior pars huius conclusionis probatur, quoniam vnusquisque teneretur restituere damna à se iniuste data; cum æquali sua iactura, atque etiam cum paulo maiori, vt *concl. 10. extractu 2. disp. 745. & extractu 3. Disp. 102.* dictum est quare si is, qui crimen imposuisset, ob quod ea damna immineret aut data essent, sua retractione posset illa impedire aut rescire, teneretur id efficere, nihil impediens, quod inde sequeretur mors ac infamia ipsius.

Hinc colligitur, si aliquis crimen hæreticos alicui imposuisset, teneri eum se ipsum retractare cum periculo propriæ vitæ, honoris, ac famæ, etiam si ille alius mortis timore aut vi tormentorum falsus fuisset id crimen, illud sibi impotendo, neque iam vitæ illius periclitaretur. Ratio autem est, quoniam, vt *in casu precedente versus finem Disp. 102.* respondendum ad 3. argumentum pro opinionè Adriani § *illud circa argumentum, &c.* dicebamus infamia, quæ illi sibi & suis contrahit, aut contraxit, cui iactura bonorum omnium externorum, vel æquatur morti, aut illam superat, cum satius illi esset nõ viuere quam viuere cum tanta miseria, vel certè parum mors tantam misericordiam superat, quare, quando spes esset, ea retractione illa omnia mala, vel omnino, vel magna ex parte, impedienda aut rescire, sanè ille teneretur se ipsum retractare.

Posterior verò pars conclusionis ex eo probatur quoniam si retractatio profutura iam non est, vt prædicta damna impediuntur aut resciantur, sed potius ex illa sit sequendum, vt qui se retractat, sine vilo aut cum exiguo emolumento aliorum puniatur vitæ ac famæ amissione, satis perspicuum est, non teneri se retractare, sed solum teneri restituere pro viribus omnia damna ex ea falsi criminis impositione à se data, alijsque seq. tura.

Atque hoc maxime est attendendum pro his, qui in tribunali sanctæ inquisitionis reconciliantur, posteaque confessarijs dicunt, se mortis metu aut tormentorum imposuisse aliquibus crimina in eo sancto tribunali condemnati ac puniti sunt. Cum enim hi, si sint eiusdem nationis suspecti, cum alijs condemnatis, quibus dicunt crimen imposuisse, suspecti in ea retractione habeantur, sanè propter eorum retractionem nihil de sententia iam lata mutabitur, maxime cum non vnus solum testimonio lata fuerit, cautique esse soleant inquisitores hæreticæ prauitatis attendentes circumstantiis omnibus concurrentibus, & in exactissime examinanda veritate antequam ad condemnationem procedant: quare talis retractatio solum inferuierit vt ipsi, qui illam efficerent, iterum comprehenderentur ac traderentur puniendi brachio seculari. Ex qualitate itaque eius, qui se retractaturus est, & ex alijs circumstantijs concurrentibus, iudicandum est, num retractatio proderit, vt detegatur veritas. Et quidem quando esset spes probabilis veritatem ea retractione comperendam, mortentur aut infamiam alicuius impediendam, vel restituendum aliquem esse in saum honorem ac famam, & in possessionem suorum bonorum externorum, saltem quo ad suos successores, si ille iam esset defunctus, teneretur is se retractare, propter honorem & famam defuncti, suorumque consanguineorum, & vt damnatorum bona suis saltem successoribus restituantur. Atque quamuis confessarij in eo tribunali fidem adhibere debeant quibuscunque penitentibus pro se & contra se, vt illis cautè ac sufficienter examinatis, onerataque conscientia eorum, quando id viderint expedire, vt attendant, anteresita se habeat, eis præcipiant ac iniungant, quæ, iuxta ea quæ fuerint confessi, facere tenentur, aut expedire illis iniungere, non tamen esse debent nimium creduli, sed potius cauti, ne fortè, decipiantur ab iis, qui nationis sunt suspecti, & quos ipsi non constat ex animo conuersos esse ad hunc: neque item esse debent plus iusto increduli, maxime quo ad ea, quæ ad id tribunal internum spectant.

Decimanona conclusio. Quando crimen alicui impositum tale non esset, vt ex illo ei immineret mors vel amissio membri, aut grauis corporis læsio, vel talis iactura famæ ac bonorum externo-

rum, quæ morti ferè æquaretur, tunc quillud im-
possibile, teneretur se retractare, si ea retractatio-
ne impedire aut rescire posset ea damna: modò
tamen à se, cui crimen est impositum, contentus nõ
esset alia satisfactio: & modò ea retractatio, nõ
cederet it longè maius damnum eius, qui crimen
imposuit, quàm sit damnum, quod criminis im-
positione dedit. Vnde cum periculo propriæ vitæ, aut
membri, vel grauis læsionis corporis, vel cù quouis
alio longè maiori damno suo proprio, quàm sit da-
mnum quod dedit, non teneretur se retractare. Tene-
tur tamè alia via restituere pro viribus totum da-
mnum à se iniuste datum. Conclusio hæc perspicua
est ex dictis tract. 2. Diss. 75. 4. & tract. 3. Diss. 10. 1. cita-
tis. Quis enim restitueret quidem teneretur damnum
à se iniuste datum, cum æquali aut cum paulò ma-
iori suo damno ac detrimento: cum longe ramen
maiori non teneretur, maximè quando alia via fieri
potest compensatio: nunquamque cum periculo vi-
tæ aut membri teneretur restituere damna, quæ lon-
ge sunt inferiora.

33 Illud hoc loco obiter circa hæcenus dicta ad-
monuerim. Doctores modo ductos c. 1. 15. q. 6. asse-
rere, confessionem criminis tormentis extortam
non infamare confitentem. Hoc verò bene & malè
potest intelligi. Si enim intelligatur de confessione
iuridicè extorta, & propter quam reus licitè con-
demnatur, falsum profectò est. Quoniam ita con-
demnatus infamis est infamia iuris & facti, in eue-
ntibus Diss. 7. 8. & 9. explicatis. Neque asseritur contra-
rium in eo capite, in quo solum est sermo de ijs, quæ
metu iniusto tormentisque iniustus extorquentur,
ob quæ mericò voluit ille summus Pontifex nullum
esse infamem, vt similes coactiones cessarent, quæ
ministris ecclesiæ fiebant, vt patet id caput intuen-
tri. Atq; sermo ibi est de infamia iuris, vt Caiet. 2. 2.
q. 73. art. 2. rectè affirmat. Infamiam quippe, quæ ex
natura rei ex tali confessione oritur, opinionem ve-
ve, quam de eo modo confitente ac imponente sibi
crimen homines conspiciunt, nec tollere possunt,
nec intendunt iura.

34 Superest respondeamus ad argumenta pro opi-
nionem Caiet. & aliorum proposita. Ad primum i-
taque dicendum est, in eo loco Ecclesiastici 41. non
tam tradit præceptum, quàm admonitionem ac sa-
luberrimum concilium. Neque eam admonitionem
ac consilium esse, vt aliter bonum nomen quæra-
mus, quàm querendo ac sectando virtutem, ope-
raque illius exercendo, quàm bonum nomè in hoc
seculo & in futuro consequitur tanquam effectus,
parique præmij illius. Cum enim præmississet ibi
scriptura: *Pe vobis viri impij, qui dereliquistis legem Do-*
mini altissimi. Et si avari fueritis, in maledictione nascemini
id est, ita vestro arbitrio derelinquendo ac trans-
grediendo legem Altissimi, viramque in peccatis
peragendo, efficietis vt in maledictione, qua à Deo
ea de causa estis maledicti, sitis nati, vniatue: *Et si*
mortui fueritis, (ita in peccatis vitam finiendo) in ma-
ledictione (æterna scilicet) eritis pars vestra. Omnia, que
de terra sunt, in terram reuertuntur: sic impij à maledictio-
ne in perditionem, id est, sicut quæ de terra orta sunt, in
terram per mortem reuertuntur: sic in pij à ma-
ledictio, quod dum viuunt maledicti ob sua crimina
à Deo & ab hominibus sunt, per mortem transeunt
in æternam perditionem, seu damnationem. Lu-
lus hominum in corpore ipsorum, id est, tempore mor-
tis, dum corpus deponunt, lugentur homines, tunc
que in eoluètu (vt eo tempore fiebat) prædicantur
gesta ac virtutes eorum: non tamen impijorum dele-
bitur, ac peribit, eruntque in perpetuum ignomi-
am & opprobrium coram Deo. Hæc, inquam,
cùm ibi præmississet scriptura, continuò subiunxit.
Cavam habe de bono nomine (quale se est illud, quod
de virtute ac sancta vita in hoc seculo & in futu-
ro coram Deo comparatur) Hæc enim magis perma-

nabit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. Quod
autem querendum sit virtuti ac sanctæ vitæ in-
stendo, tanquam effectus ac pars præmij illius in
hoc seculo & in futuro, continuò subiunxit scriptu-
ra, dicens: Bonæ vitæ (qua scilicet id bonum nomen
comparatur numerus dierum, (qui finiuntur breui,
& cum eis labor & cura in virtute exercenda, ope-
randoque meritorie) bonum autem nomen permanebit
in æternum. Eo itaque in loco admonet sapiens, non
quidem querere bonum nomen, quod cum hoc se-
culo peribit, quale est, quod mundi gloriæque ina-
nis cupidi querunt: sed curare nos admonet bonum
nomen, quod in æternum manebit. Neque illud cu-
rare admonet, id insecundo, perinde si quis ina-
aniter suam quereret vanam insecundo illam,
sic enim insecundo fugeret, vt vsu euenire
ijs quotidie solet, qui opera virtutum ob gloriam
inanem exercit: sed curam illius habere nos admo-
net querendo. ac sectando virtutem vnde oritur
bonum id nomen, & quam id bonum nomen con-
sequitur.

Ex eo ergo Sacræ Scripturæ testimonio non
sequitur, peccatum lethale aut veniale esse, aliquè
esse suæ sanæ prodigum: sed ex natura ipsa rei, at-
tentis circumstantijs omnibus concurrentibus,
est expendendum, quando prodigere famam, infamiam
vide sponte ac libere subire, culpa sit lechalis,
quando solum sit venialis, & quando nulla sit cul-
pa, sed potius meritum. Illud quoque Prouerbior.
22. *Melius est nomen bonum, quàm diuitia multa,* de eod-
dem nomine bono intelligat, quod virtutem san-
ctamque vitam consequitur. Additurque ibidem,
Super argentum & aurum gratia bona, hoc est, gratum
esse coram Deo & hominibus ob eandem virtutem,
vitæque sanctitatem.

Ad secundum dicendum est, Augustinum eo in
loco solum velle vt utrumque esse peccatum, & vt ut-
que suo modo prohibitum esse octauo decalogi.
præcepto: quod nos confitemur. Vnde illud verbu,
non minus, non significat, ibidem, quod non leui-
us, sed idem, quod sicut, seu quod perinde, quasi
comparatio in eo sit, quod verumque sit pecca-
tum, non verò in quantitate & grauitate peccati:
quare inde non habetur, aliquem se ipsum infama-
re falsum testimonium aduersus se ipsum dicendo,
ex suo genere esse peccatum lethale, sicut ex suo ge-
nere peccatum est falsum testimonium dicere ad-
uersus alterum.

D Ad tertium dicendum est, eo in loco esse ser-
monem de contemnentibus suam famam præben-
do alijs occasionem suspicionis peccati lethalis cù
illorum scandalo, quod supra est dictum esse cul-
pam lethalem: contemnere vero propriam famam
quando nos non præbemus occasionem, & quando
necessarium est illam curare ad tollendū aliorum
scandalum, & vt non impediatur notabilis proximo-
rum profectus, Sanctis esse consuetum. Paul. e-
nim 1. ad Cor. 4. ait: *Mibi autem pro minimo est, vt à vo-*
bis iudicet, aut ab humano die. Pro minimo, dixit, & nõ
pro nullo: quoniam bona fama apud homines in hoc
seculo bonum aliquod est.

E Ad quartum negadum est, vnumquemque præ-
cepto caritatis teneri plus se ipsum diligere, quàm
alium, maximè in ijs, quæ ad vitam æternam con-
sequendam necessaria non sunt. Aliud quippe est,
posse ordine caritatis præponere dilectionem sui
dilectioni proximi; aliud verò longè diuersum est,
ad id teneri præcepto caritatis: atque quamuis pri-
mum sit verum, secundum tñ est falsum. Etenim
meritorie potest quis præponere vitam proximi
suæ vitæ propriæ, vt dictum est. Præsertim si, de
qua disputamus, obligatio non infamandi proximi
non solum est ex caritate, sed et ex iustitia: obliga-
tio verò non infamandi se ipsum est solum ex ca-
ritate: cù verò non possit quis cedere iuri alterius,
sicut

sicut cedere potest suo proprio iuri, grauius sane multo, ceteris paribus, peccat infamando proximum, quam infamando se ipsum. Illud verò, quod Caiet. addit, aliquem scilicet seipsum infamando, iniustitiam committere contra communitatem, cuius est pars; ostensum est, falsum omnino esse.

Ad quintum negandum est, aliquem seipsum infamare esse ex suo genere culpam lethalem: contrarium quippe est a nobis ostensum. Estò autem id ex suo genere esset culpa lethalis, sicut abscondere sibi membrum ex suo genere est culpa lethalis; cum tamen intrinsece non sit malum, liceret sane ex rationabili causa, qua cohonestaretur, illud effundere, qualis interdum esset fuga inimicium tormentorum, aut liberare innocentem, qui ob nostrum delictum, quòd ignoraretur à nobis esse patratum duceretur ad patibulum, vt ostensum supra fuit: sicut etiam ad vitam conseruandam licitum est abscondere membrum, vt tractatu præcedente fuit comprobatum.

S Y M M A R I V M.

1. Repetuntur nonnulla ex antè dictis de iniuria, contumelia.
2. Qui alicui committitur, aut aliquid dicit quod f.ome illius præiudicat, ex eo quòd addat aut præmittat saluo honore qui ei debetur, non ideo impeditur aduersus eum actio iniuriarum neque excusatur à pena.
3. An si aliquis verbum contumeliosum alicui in sua presentia vel absentia dixerit, aut detractiuum fame: si que cui hoc dictum sit, actionem iniuriarum ei inuenit, ea iniuriarum actio cesset ea exceptione quòd verum dixerit, paratusque sit probare, adeo vt si id probet, alio contentente falsum esse, eis adat omnino penam, & ita iniuriarum actio cesset.
4. Si quis verba ex se contumeliosa in aliquem etiam iratus proferret, conserteret irrogasse contumeliam, ac proinde agi contra eum posset de iniuria, nisi sufficienter probaret, se illa eo animo non dixisse.
5. Cum duo se inuicem contumelia affecerunt, utriusque competit aduersus alterum actio iniuriarum.
6. Si quis in Hispania verè adulteram vocaret adulteram, aut viro eius adulterum uxoris improperet, tenetur actione iniuriarum, licet verum sit, & punitur pro quantitate iniurie spectatis circumstantiis.
7. Quia liberi parenter, nec liberi patronos, nec descendentes ascendentes in causa criminali, aut que notam illis irrogat, accusare possunt inde fit, vt neque, ad eadendè penam iniurie contra illos illatam, admittantur ad præbandum verum esse quòd in præiudicium honoris illorum dixerunt.
8. Iniuria irrogatur, si gestibus aut quibuscunque motibus corporis, aut veste ad id induta, vel quavis alia ratione, aliquis aliquem imitetur, aliquid factum in illo denotando, vel ridiculum, quo honor eius quodammodo ledatur, & posse aduersus eiusmodi intentari actio iniuriarum.
9. Femina sit iniuria, si illa boneste p.iat, atque aliquid fiat quo pudicitia illius attingatur, verbo, scripto, nutu, ita vt id honoris eius deroget, competitque pro ea actio iniuriarum patri, sponso, aut marito, pro conditione status.
10. Iniuriam inferri iniuriarumque actio aduersus eum competit, qui aliam insequitur, vt ei nocet, aut qui illum includit in loco aliquo, aut aliquid huiusmodi facit.
11. Impubes non potest accusari iniuriarum, qui scilicet decimum cum dimidio annuum non excefferit: at bene extraneam atatem.
12. Actio iniuriarum competit etiam aduersus causas iniuriarum, vt consulentes, mandantes.

Tom. 5.

13. Qui sine principis autoritate vel iudicis domum moribundi ingreditur, & ibi, intus quòd infirmus ei aliquid debeat, bona aliqua occupat vel obsignat, amittit eo ipso debitum, & insuper, siue debeat moribundus esset sine non, soluit tantundem, ac sibi deberi dicebat verbis eius defuncti, & insuper tertio parte bonorum suorum à Rege confiscatur, & redditur infamatus.
14. Qui sepulchrum defuncti violat vel tranripit, lapides inde auferendo, punitur pena X. librarum auri fisco Regis.
15. Qui furatur vestes, cum quibus defuncti humati sunt, si armati id faciant, morte plectuntur: si minus, usque ad penam metalli demouantur.
16. Quibus corpora aut ossa defunctorum violant, si humiliares sint, morte plectuntur: si honestiores, perpetuum vel deportantur, vel in metalla damnantur.
17. Gentilium verò & paganorum sepulchra violantur impune.
18. Si qua alia iniuria fiat defuncto, ita vt ad infamiam illius pertineat, ad illius heredes spectat nomine proprio intentare iniuriarum actionem.
19. Si corpus defuncti ratione debiti à credi: ore sepeliri impediatur, is creditor puniebatur pena L. librarum auri, aut si soluendo non esset, in corpore pena arbitraria iudicis.
20. Quando mancipium iniuriæ intulit, rationeque eius iniuriæ, quæ ab illo culpa domini illata fuit, iniuriarum actio competit, tunc si iniuria sufficienter compensetur punitone corporali: mancipij, quæ nec mortem ei infert, neque illum in aliquo membro mutilat, tenetur tunc domini tradere id mancipium, vt iudicis arbitrio punitur.

DE PENÀ PRO INIURIA CONTRA HONOREM AC FAMAM ILLATA.

DISPVT. 38.



Ractatu præcedente à Disp. 40. occasione iniuriæ huic quarto tractatu propria, quando est coniuncta cum læsione, dånòve corpori illato (quod proprium erat eius loci) diximus copiose omnia ferè, quæ hoc loco dici poterant, quæque magis propria erant huius loci. Vnde illa hoc loco magno nos onere seuabunt, reuidentique poterunt, quo adea, quæ propria sunt huius loci.

Disp. 40. citata duplicem iniuriam cum Vlpiano distinximus. Vnam latissime sumptà, prout quicquid non iure fit, cum irrevè alterius pugnat, iniuria dicitur, quæ non iure seu contra ius alterius factum. Alteram verò presse sumptam, prout est idem, quòd contumelia, ita scilicet, vt quicquid in alterius contemptum fit, seu cedit, iniusteque est factum iniuria presse dicatur, siue ea iniuria ac contemptus coniuncta sit cum læsione ac damno corporis, vel bonorum externorum diuitiarum, siue non. Atque hæc est, quæ præcisè sumpta à quocunque alio dånò, eòve modo præcisè spectata, ad hunc quartum de iustitia tractatum pertinet, illiusque est propria, siue illata sit verbis, aut quocunque alio signo, siue factò aliquo.

Illud tamen est addendum, contumeliam pro ea iniuria presse sumpta, huicque tractatui quarto propria, latius patere, quam pateat cõtraria: prout præcisè est contra bonum honoris, vt de contumelia hæsten? in hoc tractatu loquuti sumus. Quis enim contra famam iniuste fit, sane in contemptum & abiectionem eius, cuius est ea fama, in estimatione hominum cedit, ad iniuriamque pertinet huic tractatui propria, de cuius penæ actio-

H 2 necque

neque iniuriarum propter illam hoc loco disputamus. Hoc dicitur observari, quod dum ea iniuria lætetur quis, qui illam est passus, eosque ad quos iniuria illius prosequi iuris dispositione spectat, etiam ex officio iuxta ea quæ tractata præcedente disp. 42. dicta sunt, ut lætere solet dum detractione est illata; quæ à tergo eius sit, de cuius fama detrahitur, necdumq; honorem contingit, ut ex parte suoque modo contingere videtur, eo ipso, quod ea detrahitio ad notitiam illius pervenit, sanè quemadmodum in illo interim dum ad notitiam illius, aut illorū, ad quos prosequi iniuriarum illius spectat, non devenit, locum non habet intentari actionem pro ea iniuria illata, ita neque locum habet infligendi pœnam pro ea iniuria. Itaque nobis hoc loco sermo est de pœna pro iniuria preesse sumpta, siue illata illa sit contra honorem, siue contra famam, & de actione iniuriarum, quæ pro iniuria ut utramque comprehendit, competit. Tamen si locum non habeat intentari actionem iniuriarum, & per consequens neq; pœna infligi, pro iniuria contra famam illata, interim dum ea læter illum, qui eam est passus, illorūq; ad quod iuris dispositione pertinet iniuriarum illius prosequi. Quod verò iniuriarum actio competit, etiam quando iniuria est detrahitio contra solam famam, devenitque ad notitiam difamati habetur aperte l. 1. tit. 8. part. 7. illis verbis: *La otra manera es, quando dixese mal delante muchos por palabras taxando dolo mal, o insinuando de algun vicio, o denostandolo. Es lo mesmo deximos que seria, que dixese mal del a su señor con intencion de le fazer ruerto o deshonra, o por le fazer perder su merced. I de tal deshonra como esta puede demandar emienda a quel, a quien la fiziere, tambien si no es suavesse de lante, quando le fizieron la deshonra, como si es suavesse pre sente. Idem habetur l. 4. eod. tit. qui exprimit etiam si id fiat gestibus & motibus corporis in absentia. Consentit l. 8. tit. 6. ead. part. 7. Consentit præterea lex item apud Labeonem §. conuitium ff. de iniuriis illis verbis: *Conuitium non tantum præsentis, verum absentis fieri posse Labeo scribit.**

Eodem quoq; tract. præced. disp. 42. diximus, quod modis actio iniuriarum cesset ac tollatur omnino quoad iniuriam, de qua nobis hoc loco est sermo, sumptâ præcisè à damno simul dato in bonis externis, ita ut intentari aut prosequi deinceps non possit actio pro ea iniuria ad pœnam, neque ad civilem neque criminalem. Dicitur etiam est, quando, si remissa sit iniuria à patre offensa, procedere non possit iudex in hoc regno ex officio ad illam puniendam, siue actio antea fuerit intentata, siue non, & quando ac quousque procedere nihilominus possit. Et quâd pars offensa censetur tacite remississe iniuriam, ut deinceps propter illam intentari non possit iniuriarum actionem. Item actionem iniuriarum non intentatam intra annum præscribi ut intentari deinceps non possit. Et quando annus ille esse debeat utilis, & quando sit satis eum esse continuum, & num ignorati iniuriam, currere incipiat.

Eodem tract. præced. disp. 43. explanatur etiam fuit, quando & quousque morte iniuriam affecti, aut eius, qui iniuria affecti, actio iniuriarum expiret, aut non expiret.

In eodem tract. disp. 44. diximus, iniuriam, de qua hoc loco est sermo, esse crimen privatum, & quando privilegium, maximè de iure Lusitano, habeat, ut quis de populo accusare de illa possit, & quando iudex de iure eiusdem regni possit, aut non possit, ex officio procedere ad illam puniendam. Et quibus a civilibus competit prosequere suorum iniuriam. Et disp. 45. dictum est, ubi eis quibus præferantur, & quorum remissio sufficiat, aut necessaria sit. Quæ sanè plus locū habent quoad homicidium quam quoad alias iniurias, circa quas, si defunctus litem fuerat contestatus, ad hæredes illius, qua tales sunt, tranfit ea actio, & non ad alios. Si verò iniuria facta sit defuncto post eius mortem, actio competit hæredibus & consanguineis, sed hæredes consanguineis præferuntur. De qua etiam re quædam dixeramus eodem tractatu 3. Disp. 2.

In eodem tract. Disp. 46. conclus. 3. circa partem primam dictum est, circa iniuriam, de qua est hoc loco sermo, validam esse gratuitam remissionem, ac tractationem, quatenus circa illam agi potest civiliter, non verò ad impediendum progressum iudicis ad illam puniendam, quantum legibus ei permiffum ac ordinatum ut procedat, neque item si ceptum sit agi criminaliter. Eadem verò disputatione & 47. sequenti dictum est, de consuetudine locum hodie in omnibus criminibus habere in hoc regno, & in Lusitania transactionem, tamen non publicæ scorum tabellionæ ac iudicæ, eademque non impedire iudices procedere ex officio ad eandem, delicta in bonum commune reipublicæ puniendam, quatenus iniuribus est eis permiffum ac dispositum ut procedant.

Sunt verò hoc loco nonnulla addehda, quæ in ea disputatione 46. citata referuauimus. Atque in primis admonet Couar. l. var. res. c. 11. n. 1. cum communis doctorum sententia, quam refert, qui coniuncti in ali-

Ibidem quoq; diximus, quando iniuria est commissa cum damno corporis, runcid damnum cui iniuria computari, faceret ac cessere iniuriæ quantitatem, neq; pro eo damno competere distinctam actionem, sed simul cum iniuriæ actione, iniuriarū puniri, grauiori pœna imposita, quam si ad solam iniuriam, sumptam præcisè ab ea læsione ac damno, attenderet. Quando verò iniuria est coniuncta cum damno in bonis externis dicitur, etiam cum eo, quod lege Aquilia refarcitur, competere distinctas actiones, siue simul siue seorsim intentetur vna post aliam, vnam quidem ad iniuriam vindicandam, alteram verò ad damnum refarciendum, quin & ut pœna lege Aquilia pro eo delicto statuta solatur.

Eadem tract. præced. Disp. 42. diximus, quod modis actio iniuriarum cesset ac tollatur omnino quoad iniuriam, de qua nobis hoc loco est sermo, sumptâ præcisè à damno simul dato in bonis externis, ita ut intentari aut prosequi deinceps non possit actio pro ea iniuria ad pœnam, neque ad civilem neque criminalem. Dicitur etiam est, quando, si remissa sit iniuria à patre offensa, procedere non possit iudex in hoc regno ex officio ad illam puniendam, siue actio antea fuerit intentata, siue non, & quando ac quousque procedere nihilominus possit. Et quâd pars offensa censetur tacite remississe iniuriam, ut deinceps propter illam intentari non possit iniuriarum actionem. Item actionem iniuriarum non intentatam intra annum præscribi ut intentari deinceps non possit. Et quando annus ille esse debeat utilis, & quando sit satis eum esse continuum, & num ignorati iniuriam, currere incipiat.

Eodem tract. præced. Disp. 43. explanatur etiam fuit, quando & quousque morte iniuriam affecti, aut eius, qui iniuria affecti, actio iniuriarum expiret, aut non expiret.

In eodem tract. disp. 44. diximus, iniuriam, de qua hoc loco est sermo, esse crimen privatum, & quando privilegium, maximè de iure Lusitano, habeat, ut quis de populo accusare de illa possit, & quando iudex de iure eiusdem regni possit, aut non possit, ex officio procedere ad illam puniendam. Et quibus a civilibus competit prosequere suorum iniuriam. Et disp. 45. dictum est, ubi eis quibus præferantur, & quorum remissio sufficiat, aut necessaria sit. Quæ sanè plus locū habent quoad homicidium quam quoad alias iniurias, circa quas, si defunctus litem fuerat contestatus, ad hæredes illius, qua tales sunt, tranfit ea actio, & non ad alios. Si verò iniuria facta sit defuncto post eius mortem, actio competit hæredibus & consanguineis, sed hæredes consanguineis præferuntur. De qua etiam re quædam dixeramus eodem tractatu 3. Disp. 2.

In eodem tract. Disp. 46. conclus. 3. circa partem primam dictum est, circa iniuriam, de qua est hoc loco sermo, validam esse gratuitam remissionem, ac tractationem, quatenus circa illam agi potest civiliter, non verò ad impediendum progressum iudicis ad illam puniendam, quantum legibus ei permiffum ac ordinatum ut procedat, neque item si ceptum sit agi criminaliter. Eadem verò disputatione & 47. sequenti dictum est, de consuetudine locum hodie in omnibus criminibus habere in hoc regno, & in Lusitania transactionem, tamen non publicæ scorum tabellionæ ac iudicæ, eademque non impedire iudices procedere ex officio ad eandem, delicta in bonum commune reipublicæ puniendam, quatenus iniuribus est eis permiffum ac dispositum ut procedant.

Sunt verò hoc loco nonnulla addehda, quæ in ea disputatione 46. citata referuauimus. Atque in primis admonet Couar. l. var. res. c. 11. n. 1. cum communis doctorum sententia, quam refert, qui coniuncti in ali-

in aliquem conijcit, aut aliud dicit, quod fame illius præiudicet, ex eo quod addat, aut præmittat, salvo honore, qui ei debetur, non propterea impeditur aduersus eum actio in iuriarum neque excusari à parte pæne. Cum enim contrarij conuictio aut infamatio illa efficiat, eius, quod id verbum appositum significat, nihil appositio eius verbi excusat ab iniuria alijs verbis re ipsa illata.

Deinde verò est dubium, utrum sit aliquis verbum contumeliosum alicui in sua præsentia dixerit, aut detractiuum fame illius in præsentia, vel in absentia; iisque, cuius honori aut fame ita præiudicatum est, actionem in iuriarum aduersus eam intenet, ea iniuriarum actio tollatur ac cesset ea exceptio, quod verum dixerit, paratusque sit probare ita rem habere, ad eò vt si id probet, alio contentende falsum esse, euadat omnino pænam, cessetq; ea iniuriarum actio, nec locò omnino habeat. Pars quæ affirmat, videtur haberi expresse *L. cum qui nocentem ff. de iniurijs*, cuius verba sunt: *Eum, qui nocentem infamauit, non esse bonum equum ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota esse oportere & expredire. & l. 8. tit. 6. part. 7.* quæ sic habet: *Pero si aquels que ouiesse infamado à otro, quis fesse prouar que era verdad, lo que auita dicho, proiandolo asì, non auita pena, & l. 1. tit. 9. eadem part. 7.* quæ ita habet: *Pero si aquels que deshonra, si à otro por tales palabras, o por otras semejantes de las, las otorgasse, è quis fesse mostrai que es verdad a quel mal, que dixio del, no sea en pena ninguna ni lo proua. E. esto es por dostra y nes: la primera es, porque dixio verdad, la segunda es, porque los fazedores del mal se recelen de lo fazido, por el asfrenta, è por el escarmiento, que reciben del.*

De hac re variè loquuntur doctores Panor. c. cù de i. t. & re iud. n. 26. & cum Ioanne And. sex de hac re sententias refert. Arbitror verò in hùc modum esse distinguendum. Quoniam vel infamatur quis in iudicio rite illum accusando, intendendò vt aliquis probare, quod ad rem pertineat, aut etiam rite se defendendo, aut excipiendo. Et tunc aduersus eum, qui ita infamauit, non competit iniuriarum actio: quoniam vsus est iure suo, ac proinde iniuriarum in eo casu non intulit: modò id, quod obiecit, aut detexit, probet ita habere: aut certe intelligatur, eum iusto errore ductum, id obiecisse: nà tunc non abfuerit animus conuiciandi ac infamandi, certe formaliter iniuriarum non intulit, & per consequens aduersus eum non competit iniuriarum actio ea de causa. Atque in primo euentu locò habent *L. cum qui, & lex 8. & l. citata*, totumque hoc est ex se satis perspicuum, illudque simul probat *l. si quidem verum nam si perseueret; iustitia l. si non conuictij C. de iniuriarum l. 5. si qui iure, & l. quod respública ff. de iniur.* Multo autem magis primum habet locum, si à potestate publica id fiat, vt constat *leg. iniur. & alijs iuribus*, quæ glossæ vtrobique citant, ad *de l. 15. & l. 16. tit. 9. part. 7.* Atque vt obiter hoc loco, quod sequitur, inferam. Quando aliquis extra iudicium impediret aliquem absque mendacijs, fraude ac dolo, ab aliqua re obtinenda, dicens aliquem alium esse idoneorem, aut se esse idoneorem, estò, iusto errore ductus, falleretur, tunc aduersus eum non competet actio iniuriarum: quoniam nullam in eo iniuriam ei efficeret, quem ita impediret *l. iniuriarum l. 5. si quis de honoribus ff. de iniur. & l. 19. tit. 9. part. 7.* Vel in iudicio aliquid obijcitur, quod vere falsum est honoris aut fame, neque ad rem pertinet, aut constat, quamuis ad rem pertineret, esse falsum, quia nec probatur, nec probari potest, neque eum, qui illud obiecit, iusto errore ductum, illud obiecisse: & tunc competit aduersus ita infamantem, infamare vt intendentem, iniuriarum actio. Atque hoc est quod probant *l. si quidem; iustitia l. si non es. C. de iniur. & consentit l. quisquis C. de postulant. resque etiam ex se est satis ra-*

tionem consentanea: neque enim occasione iudicij fas est sine iusta causa cuiusquam honorem ac famam lædere. Multò autem magis si iudex in iudicio manifestam iniuriam alicui inferret, vel verbo, vel opere, vt eum iniuste manifeste torquendo, vel alia ratione competeret aduersus eum iniuriarum actio, dignusque esset maiori pæna, quàm si extra iudicium & non vt potestas publica eandem iniuriam efficeret: quoniam maior culpa est, inde iniustitiam procedere, vnde iniustitia procedere deberet, quàm si eadem iniuria ab eo procederet, qui non tenebatur ministrare alijs iustitiam. Ita habetur *l. nec magistratib. ff. de iniur. l. lex lulia i. & 2. ad leg. Jul. de vi publ. & l. 16. tit. 9. part. 7.* Vel quis extra iudicium infamatur, aut honore illius læditur, aliquid factum ei conuiciando. Et tunc vel id fit libello famoso, (sub illo intellige quoduis aliud signum, quod eodem modo læderet honorem ac famam, vt si cornua appenderentur alicui in signum, quod alius adulteratus esset cum ipsius vxore, non se manifestante eo, qui ideo signum apposuit) in quo euentu, qui ita famam aut honorem lædit, non se prodit, vt cogi possit id probare, & vt, sin probatione deficiat, puniatur: atque tunc, estò quod detegat, aut conuictus, verum sit expedit atque reipublicæ sciri, vt puniatur, aut vt debita cautela adhibeatur, ne id alijs noceat, sane ita per libellum famosum infamans, aut honorem lædens, punitur pænâ libellum famosum conscientis, estò, postquam fuerit deprehensus, probare velit, quod is libellus continebat, verum esse. Ita habetur *l. ynica C. de famos. libell. & l. 3. titul. 6. part. 7.* De iure tamen canonico, si probauerit, quod libellus continebat, (intellige quando expedit ab iudice sciri) non punitur pænâ flagellorum, quæ pro eo crimine de iure canonico est statuta, vt habetur *c. 1. 5. q. 1. & affirmant Panorm. ubi supra nou. c. 28. & doctores communiter.* Vel id extra iudicium non fit libello famoso, sed verbis, ita vt constet, quis illa dicat: atque tunc, si quod dicitur, & in quo aliquis infamatur, aut quod illi conuiciatur, sit verum, & tale probeatur, si alius ea de causa actionem iniuriarum velit intentare, expedit atque reipublicæ id sciri, vt puniatur, quia nondum erat detectum vel punitur, aut vt remedium adhibeatur, ne alios inficiat, vt si dicatur illù esse leprosum, aut alio morbo affectum, qui interficere alios possit, remedium que, ne alios inficiat, adhiberi oporteat: & tunc nõ competit aduersus illù iniuriarum actio, si autè ea de causa intentata erat, absoluitur, qui id dixit, neq; in ea progredi aduersus illum permittitur, estò nõ recto animo fuerit id dictum ac detectum: propter emolumentum enim, quod inde reipublicæ euenit, & quia ille vere id comisit, aut id haber, quod illi est dictum, noluitius eum, qui id dixit, ea de causa puniri: peccabit tamen coram Deo, si id peruerso animo efficiat. Atque hoc est quod habetur *l. cum qui. ff. de iniur. l. 3. & l. citata*, & concinit *l. iustissimos C. de offic. pref. prouin. quæ de iudicibus, quando aliquid in quibus gesserunt, concedit id dici, ac ob loqui, cum ab officio cessauerint, vt ad principis notitiam id deueniat ac puniantur.* Quando item aliquid correctionis aut obiurgationis iustæ causa ab aliquo diceretur rationabiliter alicui, qui ea obiurgatione esset dignus, æquumque esset vt is id illi, spectatis circumstantijs concurrentibus, diceretur, tunc estò illius conuictio se esse affectum quereretur, intentareturque ea de causa iniuriarum actionem, locum illa non haberet: quia rite id esset factum. Quando item aliquis intentaret obtinere aliquid, ad quod non esset idoneus, quia illegitimus, aut quia notam generis haberet, idque obijceretur, aut detegeretur, quantum satis esset ad illum impediendum, tunc intentare non permitteretur ea de causa iniuriarum actionem. Vtrumque

cum alijs affirmat Panor. *vbi supra numer. 29.* & consentiunt alij. Quando verò extra iudicium aliquid detegeretur aut conuiciaretur alicui, quod non expeditur rem publicam scire, vt id puniret, aut vt remedium adhiberet, vel quia, si erat crimen, iam ab ea erat puniunt, vel quia non erat puniendum, vel quia non ita res habebat, tunc locum habet iniuriarum actio. Excipe nisi verum esset ac publicum & nõ obijceretur in facie, ita vt contumelia rationem haberet, sed detegeretur alicui, qui id non sciebat, vel ea de re aliquis loqueretur coram alijs, qui id sciebant, aut non sciebant: tunc enim, cum ille esset ea de re infamatus, non conseretur in eo lædi famam illius, & per consequens non concederetur ei iniuriarum actio ea de causa. Si tamen illi conuiciaretur in facie illud ei obijciendo, esto verum esset, & is propter illud esset punitus, rationem sanè haberet tunc contumelia, competeretque iniuriarum actio, vt recte cum alijs affirmat Greg. Lop. *l. i. citata glossa vltim.* Tamen si quando is ea de causa fuisset publice damnatus, nõ conseretur id magna iniuria, nec proinde multum pænæ ea de causa imponeretur, quando ita conuiciatus iniuriarum actionem intentare auderet. Iuxta hæc omnia admetienda sunt quæ Couar. *l. i. v. res. a. calen. 4.* his de rebus tradit, in quibus non omnino cum, hæc nota doctrina consentit.

4 Si quis verba ex se contumeliosa in aliquem, etiam calore iracundiæ, proferret, conseretur contumeliam ei interrogasse, ac proinde iniuriarum actio aduersus eum competeret, nisi ipse sufficiens probaret, se non animo contumeliam iniuriarumque inferendi illa dixisse. Vtrumque habetur *l. si non conuicit, C. de iniur.* Ex quo iure conitat, quotiescumque est sufficienter notum non animo contumelia afficiendi esse dictum, locum non habere iniuriarum actionem, esto id verum in se sit contumelia. Neque enim iniuria formaliter effici potest, sine animo illam inferendi, ac proinde esto interueniat iniuria materialiter non competit iniuriarum actio, quando constat animum iniuriam inferendi non interuenisse. Vnde *l. i. tit. ad s. i. ff. de iniur.* sic habetur: *Sanè sunt quidam, qui facere non possunt, (iniuriam scilicet) vt puta furiosus & impubes: qui doli capax non est. Cum enim iniuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere, hoc, siue p. ilient, siue conuictum dicant; iniuriam fecisse non videri. Itaque pati quis iniuriam, etiam si non sentiat, potest, facere nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, etiam si nesciat cui faciat. Quæro si quis per iocum percussit, aut dam certat, iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat seruum, in ea causa est, ne iniuriarum tenetur. Hæc ibi. Et lex, cum seruo; statim sequeus, sic habet: Si cum seruo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem iniurus percussis, iniuriarum non tenetur. Quæ omnia perspicue docent, sine animo iniuriam inferendi, vt locum non habet iniuria formaliter, ita neque tunc competeret iniuriarum actionem. Contrà vero, si animus sit iniuria afficiendi, locus sane est iniuriarum actioni ob rem, ob quam, seculo eo animo, locum ea actio non haberet. Lex enim *penult. ff. de iniur.* sic habet: *Si inferiorum dominus ad iura superiorum vicini summandi causa sumum faceret, aut superior vicinus inferiorum ades, qui id aut proiecisset, aut infuderit, negat lædè iniuriarum agi posse. Quod falsum puto, si tamen iniuria faciendæ causa immittitur.* Hæc ibi.*

5 Quando duo aliqui se mutuo contumelia affecerunt, vtri que competit aduersus alterum iniuriarum actio. Credo tamen, maxime si ciuilitervtraque actio intenteretur, locum esse compensationi, vt solum quoad excessum iniuriæ vnus

A Supra aliam locum habeat pæna. Panormitan. *vbi supra numero vigesimoquinto,* ait, si secunda iniuria dicta sit in defensionem primæ obiectæ, locum pro secunda non esse iniuriarum actioni: quoniam licite quis se defendit. Exemplum adhibet, vt si aliquid falsum in contumeliam sit dictum, & contumelia affectus, in continentem in sui defensionem dicat, mentiris. Forcasse in Italia non adeo contumeliosum dicere mentiris, vt est in Hispania. Sane si contumelia affectus in Hispaniis, aut vbi libet, responderet; non est ita: quamuis & hoc verbum extra eum euentum sit contumeliosum, in eo tamen euentu ad iustam defensionem contumeliosum illum non arbitraret, adhucque ei, qui illud diceret, competeret iniuriarum actio pro contumelia antea accepta ad integram pænam, quæ is, qui illam intulit, pro ea est dignus. Si tamen responderet, mentiris, tanta sane est in Hispaniis eius verbi contumelia, vt frequenter non solum æquet, sed & superet contumeliam prius acceptam, ac proinde locus erit compensationi. Atque quamuis hæc secunda contumelia interdum superet prius acceptam, adeo tamen modicus poteris esse excessus, vt propter illud puniri non debeat, qui dixit, mentiris. Quoniam vt bene vbi supra ait Panorm. aliquem lacessitum priori contumelia, proripisse in secundam, sane vt extenuat culpam secundam, ita extenuare debet pænam, qua pro illa esset alioquin dignus. Quando autem esset multus excessus secundæ contumeliæ supra primam, aliqua pæna moderata esset afficiendus, qui secundam contumeliam protulit, non tamen tanta, quanta illi fuisset imponenda, si non lacessit, tantum excessisset.

Gregor. Lopez. *leg. citata, gloss. vltim.* recte ait, in hoc regno (idem in Lusitania intellige) si quis eam, quæ vere fuit adultera, adulteram appeller, aut viro illius improperet adulterum cum ipsius vxore esse commissum, quod in Hispaniis sit vocando illi *cornudo,* teneri actione iniuriarum, esse d probare vel lit, rem ita habere, neque ad eam probationem esse admittendum, sed puniendum esse pro quantitate iniuriæ spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus. Idem dicit, si aliquam de adultera, aut al. quem de *cornudo,* à tergo infamet. Ratio autem est, quoniam in crimen adulterij non punitur in his regnis, nisi ad solam accusationem mariti, & non ad accusationem cuiusuis alterius, vt tractatu præcedente ostensum fuit, neque aliud in his regnis respública iudicet sibi expedire. Addit verò optime Greg. Lopez, (tamen non adeo firmus, ac par esset) quamuis si id conuictum sit falsum, nec possit illud probare, puniendus sit vt palinodiam canter, hoc est, se dedicat, quod nostri *desdixir se* appellant si ita iniuria affectus velit, vt in pænam apponitur: *l. 2. tit. l. 9. libr. 8. ord. quæ est l. 2. tit. l. 10. libr. 8. tova collect.* relata que fuit tractatu præcedente *Disputat. 40.* quando tamen probare vellet conuictum esse verum, nec permetteretur id probare, præcipiendus non esset se dedicare: quoniam iniquum esset præceptum, quo alicui mentiri præciperetur; sed tunc aliter esset puniendus, & cogendus honorem ac famam compensare. Idem intellige in alijs euentibus, in quibus eadem lex præcipit conuictantem, seu diffamantem, se dedicare. Vt si coniugata, quæ ante coniugium fuerat publica meretrix, quis id, postquam est coniugata, obijciat: tenetur enim illi iniuriarum propter id conuictum pæna arbitraria, vt rectè Gregor. Lopez *glossa citata* ait: non tamen tenetur neque licite potest se dedicare: eo quod mentiretur, cum conuictum illud verum contineret. In his etiam consentit Couarra *vbi supra.* Lege etiam apud eundem *ibidem à n. 2.* auctorem longam disputationem circa pænam pecuniariam

niariam ea lege simul statutam, quo ad valorem eius monet.

Sequentes, qui connumerantur leg. 2. tit. 9. part. 7. non admittuntur ad probandum verum esse, quod dixerunt in præiudicium honoris & famæ, vt euadant pœnam actione iniuriarum ab ipsis illatam.

Estoseria (ait ea lex) como si el hijo o el nieto o el bisnieto dixese mal à su auuelo, o a su bisauuelo, lo el afforrado à aquel que lo afforro, o el criado à aquel que lo cria, o a aquel con quien viauo, o el fiero a su señor, o el que viauo pot seruento familiar de alguno a soldada, a aquel con quien viauo. Nomine autem de su auuelo, o bisauuelo, vtriusque textus intelliguntur, neque id solum habet locum in illis descendentibus comparatione illo- rum ascendentium, sed vniuersim in descendenti- bus comparatione quorumcumque eorum ascendentium: nomineque patroni, patrona etiam intelligitur. Vtrumque constat ex l. qui ad §. prator ait, iuncta legibus sequentibus ff. de in ius vocando, vbi habetur, nefas esse descendente[m] vocare in iudicio ascendente[m] quemcumque, & libertum vocare patronum aut patronum, nisi facultate ad id prius petita ac obtenta à iudice, cui prius signifi- cari debet, qua de causa vocari in iudicio debeant, & videre, num expediat facultatem ad id eo accedi. Et l. sed & si §. prator ait eod. tit. sic habetur:

Prator ait, in ius sine permissu meo nequis vocetur (ex præ dictis scilicet) Permissurus enim est, si famosa actio non sit, vel si pudorem non sugillet, qua patronus conuenitur, vel parentes, vel totum hoc facere debet causa cognita. Consentit lex 2. iuncta lege 1. & l. liberti ac alii eius tituli ff. de obsequiis à liberis, & idem habetur l. 3. tit. 2. part. 3. Et quamuis si libertus grauentur seu enor- mem iniuriam acceperit à patrono, aut filius iam emancipatus, patriam ve egressus potestatem, à parente, agere potest aduersus illum, petita prius & obtenta à iudice ad id facultate, secus autem si iniuria esset leuis, aut, est id iniuria esset grauis, si filius sub eius patris esset potestate, vt post verba proxime relata subiungitur §. prator ait citat. & habetur ap- piosius l. prator dixit, §. prater ea, iuncta l. non solum, §. quanquam ff. de iniuriis, ad l. 3. tit. 2. part. 3. nihilominus, neque tunc libertus, aut filius emancipatus, agere potest ad pœnam corporalem patroni aut pa- rentis, neque ad illius notam & infamiam, sed ad nudam compensationem iniuriæ actione ciuili, seu ad pœnam pecuniariam, & vt desinat à simili iniuria inferenda. Ita glossa 1. & 2. l. hi tamen, iuxta textum ibi à §. liberi ff. de accus. & iuxta l. vltim. C. de accus. & l. qui accusare §. vltim. ff. eod. tit. & habetur leg. 3. tit. 2. part. 3. Vnde quia nec descendentes accusare possunt ascendentes, nec liberti patronos in causa criminali, aut que notam illis irrogat, iuxta iura ci- tata, quin neque testes esse possunt aduersus illos in eiusmodi causis, vt habetur l. libertorum C. de testibus, inde efficitur, vt neque, vt euadant pœnam iniuriæ contra illos illatam, admittantur ad probandum, verum esse, quod in præiudicium hono- ris aut famæ illorum dixerunt, vt habetur leg. 2. tit. 9. part. 7. Excipitur, nisi eos diffamassent de crimine læsæ maiestatis: nam tunc probare se verum dixisse permittentur: quoniam de eo crimine accusare admittuntur etiam serui, famuli, liberi, & pa- troni, vt habetur l. famosi ff. ad leg. Iul. de iur. & l. penultim. C. de accus. Idem dicendum est, si quis ali- quos de crimine hæreseos diffamasset: admittere- runt enim ad id probandum: quia omnes accusare ac testificari possunt de eo crimine. Si item libertus diffamasset patronum suum de adulterio cum pro- pria vxore talis liberti, admittetur ad probandum id adulterium, vt habetur l. si adulterium §. li- berto ff. ad leg. Iul. de adult. Sicut autem serui & famu- li, etiam si mercede sunt conducti, repelluntur ab accusatione criminali suorum dominorum, quin

& puniuntur, si id facere intendent, excepto crimine læsæ maiestatis (idem intelligit de crimine hære- seos, quin & de adulterio cum vxore famuli, qui non est mancipium, si maritus accusat: quoniam longe maiori cum ratione, quàm libertus, id effi- cere potest) vt habetur l. penult. C. de accusationibus l. vlt. C. de delatoribus lib. 10. & l. 6. tit. 2. part. 3. ita si diffama- runt dominos suos quo ad alia, & cum eis actio- ne iniuriarum ea de causa agatur, non admittuntur ad probandum verum esse, quod de illis dixe- runt, vt pœnam euadant, vt habetur l. 2. tit. 9. part. 7. relatumque est. Quæ autem pœna in hoc regno sta- tuta sint famulis quibuscumque, qui iniuriam do- minis, quibus seruiunt, inferunt, & filijs, qui iniu- ria parentē afficiunt, tract. præced. Disp. 40. relatū fuit.

Iniuria irrogatur, ita vt aduersus illam inferen- tem competat iniuriarum actio, eaque de causa pu- niri debeat pœna arbitraria, siue ciuilitè, siue cri- minalitèr aduersus eum agatur, si gestibus, aut qui- buscumque motibus corporis, aut veste aliqua ad id induta, vel quavis alia simili ratione, in præsentia vel in absentia alicuius, aliquis eum imitetur, ali- quod sedum in illo denotando, vel ridiculum, quo honor vel fama illius quouis modo lædatur, rubo- rēve illum id posse afficere, aut ad indignationem eum prouocare, si ad notitiam illius deuenerit. Ita habetur litem apud Labeanem §. generatim ff. de ini- iur. & l. 4. tit. 9. part. 7.

Item iniuria alicui feminae fit, competitque ea de causa iniuriarum actio, tam ei, quàm patri, aut alteri in cuius potestate sub cuiusve custodia sit, sponso aut marito, si sponsa aut coniugata sit, si il- la honeste viuat, atque aliqui fiat, quo pudicitia illius attentetur, verbo, scripto, aut, aut per inter- nuncium, vel conando blanditijs, precibus, aut a- liatione comitem illius ab illa abducere, vel il- lam sectando, ita vt id honori aut famæ illius deo- get, vel quoduis aliud eo sine efficiendo. Ita habetur l. apud Labeanem §. si quis virginem & §. tenetur iuncta l. 1. §. omnem vers. ad dignitatem l. attentari ff. de iniur. & l. 5. tit. 9. part. 7. Quando autem femina consentiret in tali attentatione pudicitia illius, ei quidem iniuria non ferret, cū volenti & consentienti nulla sit iniuria ac proinde illi non competeret iniuriarum actio: Tunc tamē competere posset ea actio illi, sub cuius potestate aut custodia illa esset, vel sponso aut marito, qui eo ipso censerentur ea attentatio- ne iniuria affecti, vt hæc omnia sunt notissima. Qui pudicitiam eius attentaret, quæ meretricio habitu incederet, aut eam qua existeret in loco in quo meretricibus habitant, non teneretur iniuriarū actione, est id illa vere meretrix non esset: quoniam meretrici iniuria non fit attentando eius pudici- tiam, hicq; iusto errore, ductus, quod illa esset me- retrix, censetur id fecisse sibi illa id inputat, quæ eo habitu incedit. Qui item virginis ingenia pudici- tiam attentaret, incedente illa habitu ancillari, non teneretur pœna attentantis pudicitiam inge- nuæ, sed ancilla duntaxat propter eandem ratio- nem. Veramq; habetur litem apud Labeanem §. si quis virginem cit. & l. 1. id. tit. 9. part. 7. Item iudex si timor probabilis sit attentantem pudicitia[m] mulieris ho- nestæ, in ea attentatione persequatur, inhi- bere id ei debet vt aliqua pœna, idq; vt impedia- tur eam iniuriam, quæ penderet ac immineret in futurum. Ita habetur l. 1. citata, iuxta varia iura, quæ Greg. Lop. ibi glossa vltima citat.

Item iniuria infer, iniuriarumque actio ad- uersus eum competit, qui alterum insequitur, vt ei noceat, aut vt illum comprehendat, aut qui il- lum includit in loco aliquo, aut horum aliquid fa- cere aggreditur, aut qui domum alicuius violen- ter sumpta, iuxta ea quæ tractatu 2. disp. 682. explana- ta sunt, ingreditur, aut aliquid illius vi eadem vsur- pat, aut in defectum illius aliquid illius in terram

proijcit; & similibus alijs rebus. Ita habetur l. 6. §. 7. A
 tit. 9. part. 7. Item apud Labentem §. 1. & §. si quis bonal.
 si iniuria, & l. penult. ff. de iniur. & alijs iuribus. Hæc ve-
 rō quasi in exempla sunt educta, vt ex illis melius
 quibus conijciat, in quibus euentibus iniuriā in-
 terueniat, actioque iniuriarum ratione illius com-
 petat.

21 Iniuriarum actio non competit aduersus impu-
 berem, qui decimum ætatis annum cum dimidio
 non excefferit, quia non censetur ad id doli capax,
 (in femina autem, si non excefferit nonum annum
 cum dimidio, iuxta ea quæ tractatu 2. Disp. 22. §. vt
 ad minorem, dicta sunt) extra illam verō ætatem cō-
 petere potest aduersus eum iniuriarum actio, quia
 censetur doli capax. Ita colligitur ex l. illud ff. de ini-
 urijs. & habetur l. 8. titul. 9. part. 7. Multum tamen à
 pœna & à ratione iniuriæ excusabit adeo tenera æ-
 ras, adeoque exiguum adhuc iudicium rationis.
 Quin & minor ætas, etiam si sit extrā pubertatis an-
 nuro, à parte pœnæ excusabit, iuxta ea quæ tractatu
 præcedente D. p. 3. dicta sunt. Furiosus verō, & vni-
 uersim qui iudicio rationis caret, vt culpæ sunt
 perces, ita & pœnæ, ac proinde actione iniuriarū
 non tenentur, vt ex se est notissimum; & habetur
 l. illud §. l. 3. citata. Illi tamen, sub quorū cura sunt,
 teneri poterunt ad damna, quæ dederint, nisi com-
 perentem adhibuerint cautelam, ne ea dent, ipso-
 rumq; culpa illa dederint. Ita habetur l. 3. citata. Im-
 pubes tamen quicunque, & vniuersim qui iudicio
 rationis caret, capaces sunt iniuriæ. Ita habetur l.
 illud citata & l. 9. titul. 9. part. 7. agereque possunt a-
 ctione iniuriarum illi, sub quorum cura aut tutela
 sunt, vt ea iniuria puniatur. Ita habetur l. 9. citata, di-
 stumque est tractatu præcedente Disp. 2. Quo in loco
 copiose explicauimus, quibus competat actio ini-
 uriarum ratione iniuriæ alteri factæ; vel quod in
 ipsos iniuria redundet, vel quod iniuria affecti i-
 psis subiaceant, sub eorumque curā sint: itemque
 ad quos tunc earum iniuriarum remissio perti-
 neat: quæ sanè hoc loco non paruo onere nosleu-
 ant.

22 Iniuriarum actio competit etiam aduersus con-
 cauſas eius iniuriæ, vt aduersus consulentes, mā-
 danteum, &c. Ita habetur l. 1. tit. 7. part. 7. resque ex se
 est notissima. Et intentari iniuriarum actio potest,
 vel coram iudice loci, in quo iniuria fuit facta, vel
 coram iudice eius, qui illam intulit. Ita habetur l. 9.
 titul. citato, & constabit ex dicendis tractatu se-
 quenti.

23 Qui sine principis aut iudicis autoritate domū
 moribundi ingreditur, & ibi, intuitu quod infir-
 mus alicuique ei debeat, bona aliqua occupat, aut ea
 obſignat, vel molestiā infert ibi existentibus quo-
 ad hæc, amittit eo ipso debitum, si quid ei mori-
 bundus debebat, & insuper suæ debitor ille esset,
 siue non, soluit tantundem ac erat illud, quod sibi
 deberi dicebat, hæredibus eius defuncti, & insuper
 amittit tertiam partem suorum omnium bono-
 rum fisco regis, & efficitur infamis. Ita habetur in au-
 thentico vt defuncti §. 1. & in authentica item qui do-
 mum C. de sepulch. viol. & l. 11. titul. 9. part. 7. Ea tām-
 en lex aliquantulum variat à duobus iuribus ci-
 tatis, quando moribundus nihil reddere debebat
 ei, qui tale crimen commisit: sic enim quo ad hunc
 habet: *Es por ventura el que esto sixiere, non ouiese deu-
 do ninguno contra aquel doliente que assi agrauiasse, deue
 perder por ende la tertia parte de lo que ouiere, è auerlo la
 camara del Rey, è de mas desto dende de fazer emienda à
 los parientes del muerto de la deshonya que fizio è el è è el-
 los à bien vista del iudgador del lugar.* Fortasse punien-
 dus tunc erit accommodatè ad dispositionem mil-
 lam authenticorum, pœnaque præter confiscatio-
 nem tertie partis bonorum, applicanda erit hære-
 dibus ex testamento, aut ab intestato talis de-
 functi.

Pro iniuriā, quæ fit defunctis, & cedit in viuos,
 ad quos defuncti illi pertinent, & ad quos sepul-
 chra eorum resarcire spectat, sequentia sunt iure
 statuta. Qui de sepulchro alieno lapides, lateres, co-
 lumnas, aut quamcumque aliam materiam extra-
 hit, siue illam vendat, aut aliter alienet, siue inde a-
 liquid ædificet, puniuntur pœna decem librarum auri
 fisco Regis l. qui sepulchra C. de sepulch. viol. & l. 12.
 tit. 9. part. 2. Quæ lex addit, si soluendo non fit, rele-
 gari ob id delictum. Quod si iudex, sciens delictum
 fuisse commissum, illum non punierit, puni-
 tur ipse pœna viginti librarum auri eidem fisco Re-
 gis, vt habetur l. si quis C. ad. tit. Insuper, si qui eam
 materiam extrahit ac accipit, aliquid inde ædificet,
 amittit, quod ita ædificauerit, & locum, in quod id
 ædificauerit, siue sit domus, siue villa, aut aliud præ-
 dium, fisco Regis. Ita habetur l. 2. §. ult. C. eod. tit. & l.
 12. citata. Insuper (quamuis iura citata id non di-
 cant) tenetur restituere damnnum integrum in eo
 sepulchro, vnde illa extraxit, darum, idque non solu-
 lum in exteriori actione in factum, iuxta l. prator ait
 in princip. ff. de sepulch. viol. actione verò ad interesse,
 quod includit, vnā cum lucro cessante, & æstima-
 tione iniuriæ, vt in eadem l. §. qui de sepulchro violatæ,
 subiungitur; & consentit l. vnica C. de sententijs quæ
 pro eo quod interest profertur; sed etiam in conscientie
 foro, est id prædictis pœnis fuerit punitus. Quod
 si mancipium fuerit deprehensum dem oliue aut de-
 moluisse sepulchra, siquidem domino illius id i-
 gnorante, relegatur id mancipium. Sin verò domi-
 mino sciente, in metalla damnatur, vt habetur ca-
 dem l. 2. citata.

Qui furantur vestes aut alia, cum quibus defun-
 di humati sunt, si cum armis grassatorum more
 id efficiant, morte plectuntur: si verò sine armis, vs-
 que ad pœnam metalli damnantur. Ita habetur l. pæ-
 tor ait §. aduersus ff. de sepulch. viol. & l. 12. citata. Resti-
 tuere etiam in foro conscientie tenentur, atq; ad id
 in exteriori foro cogi debent, si habeant vnde sol-
 uant, tum res: a furto ablatas, tum etiam si quod
 aliud damnnum, vt eas furarentur, dederunt, iuxta
 ea quæ paulè antè dicta sunt.

Qui corpora defunctorum, aut illorum ossa, ex-
 trahunt de sepulchro, in contemptum, aut proijci-
 unt, aut aliter inhonorant (semper enim dolus in-
 tertentire debet, vt pœna pro delicto sepulchri vio-
 lati locum habeat; & vt habetur l. prator ait ff. de se-
 pulch. violat.) Si humiliores sint, morte plectun-
 tur: honestiores verò in perpetuum vel depor-
 tantur, vel in metalla damnantur, vel relegan-
 tur. Ita habetur l. vlt. ff. de sepulch. viol. & leg. 12. citata,
 quæ de honestioribus sic habet: *Mas si los que esto sixiere
 fueren sijos dalgo, deuen for desterrados para si pre.* Intelli-
 ge iuxta l. vlt. citatam, etiam eos deportando, aut in
 metalla damnando, pro maiori vel minori graui-
 tate delicti, iniuriæque illatæ.

Quod si illi, ad quos præcipue spectat accusare
 de furto rerum, cum quibus defuncti humati sunt
 de extractione aut inhonoracione corporum
 vel ossium eorumdem defunctorum, quales sunt
 ipsorum hæredes, atque etiam consanguinei, in-
 tentare non velint accusationem criminalem ad
 pœnas corporales explicatas, sed ciuilem ad pœ-
 nam pecuniariam, tunc id efficere poterunt actione
 in factum ad interesse, quantum æstimabitur
 interesse torum in illo computando, quod dignum
 est solui pro iniuria sumpta præcisè à quocun-
 que alio interesse: atque facta æstimatione
 per intentantem actionem, sequutaque mode-
 ratione & arbitrio iudicis, vt minimum delin-
 quens condemnari debet centum aureis, ita vt
 excedi possit ea summa, si ita res postulauerit, non
 verò minui. Quod si ad plures ea iniuria attineat,
 qui omnes velint accusare, iudex idoneorem, &
 qui plus iuris habet, eligit vt solus accuset: interesse
 tamen

tamen illud inret omnes illos dicitur, quos ea iniuria contingit, pro rata danti de iniuria cuiusque eorum. Quod si nullus eorum accusare velit, tunc quilibet de populo ad accusandum admittitur eo quod id crimen inter publica ad hunc effectum computetur. Ita habetur l. *pro ait in princ. §. qui de sepulch. ff. de sepul. br. viol. l. 14. tit. 13. part. 1. & l. 1. tit. 9. part. 7.* Atque quod ita adiudicatur hæredibus aut consanguineis defuncti ita ad eos pertinet pro iniuria & interesse, vel etiam defunctus creditores reliquerit, nec reliquerit bona sufficientia ad illis satisfacendum, nihil ex ea pena & interesse solui eis creditorebus debeat. Ita habetur l. *quod situm est ff. de sepul. br. viol. §. l. 14. tit. 13. part. 1.* Porro cum actio illa in factum ad interesse pœnam pecuniariam pro iniuria illata, præcise sumpta à quocunque alio damno ac interesse, includat, sanè ea ex parte actio illa in factum criminalis est, sumpta actione criminali l. 6. ac proinde ea intentata, locum non habet intentari actionem criminalem pro eodem delicto ad pœnas corporales supra explicatas, iuxta ea quæ in *tractatu 2. Disp. 595. consentiant Greg. Lopez. l. 1. tit. 12. ubi dicitur in ar. aucto de ord. c. alij quos citat.*

17 Quæ dicta sunt de pœnis pro sepulchro modis omnibus explicatis violato, intelliguntur de sepulchris Christianorum: scetus autem de sepulchris hebræorum fidei in illis quippe ea locum non habent, ut habetur l. *sepul. br. hostium ff. de sepul. br. viol. §. l. 1. tit. 12. ubi Greg. Lopez verb. *enemigos de la fe*, quaerit, num liceat iudices auctoritate quaerere aurum & lapidibus pretiosos in sepulchris antiquis Indorū occidentaliū. Atque ipse antuit. Distinguerem, Quoniam si ea sepulchra ad eodē antiqua sunt, ut ad illos posteros eorum, qui in illis cum eo auro aut lapidibus pretiosis humati sunt, iā ob antiquitatē peritura sunt, atque tunc rationem illa habent rerū domino vacantium, suntque proinde geritium, sine primo occupantis, etiam si quondam cum illis humati fuissent Christiani, quorum corpora iā sunt non inueniantur eis pretiosis rebus ornata: neque ad ea occupanda, & efficienda propria primo occupantis, necessaria est iudicis auctoritas, iuxta ea quæ *tractatu 2. disputatione 53. & 55. dicta sunt.* Neque illa habere videntur rationem thesaurorum. Si autem thesaurorum rationem haberent, tunc quoad illa standum esset dictis *tractatu 2. Disputat. 53. 55. & 56.* Si autem ea sepulchra non adeo antiqua sunt, sed in eis à non multo tempore humati sunt aliqui cum eis rebus pretiosis, vel ea sepulchra ad posteros eorum pertinent, qui cum eis rebus ibi humati sunt, credo furtum esse ea bona occupare, eisque spoliare eadavera ad eum illis ornata, cum onere illa restituendi. Quando autem infideles aliqui in rebus publicis Christianis habitare permittentur, ibique in sua secta vivere, & habere sua sepulchra; sanè quamvis illa religiosa res ipsa non sint, iniuria tamen eis invidelibus fit, si quous ex modis explicatis violando, competit que hæredibus & consanguineis eorum, qui ibi sepulti sunt, & quorum sunt ea sepulchra, actio iniuriarum aduersus eos violatores, ut pœna arbitraria puniantur pro qualitate eius iniuriæ. Ita habetur l. *12. titata factis contentaneè ad rectam rationem, naturamque ipsam rei: quoniam perinde de tali iniuria est defendendum, atque de quacunque alia eis sit fidelibus, dum viuunt, à Christianis effecta. Arbitror quoque, si Christiani spolieat eadavera illa rebus, quibus cum humati sunt, teneri in conscientia foro illa eis restituere, ad idque in exteriori foro esse cogendos, non secus ac si expoliarent similibus rebus eadavera Christianorum eisdem rebus humata atque ornata.**

Si quæ alia iniuria fiat defuncto, vel quo ad ca-

18 dauē illius, vel quouis alio modo, ita ut ad contemptum aut infamiam illius id pertineat, ad hæredes illius, qui vniū cum illo, in ciliis bonis succedunt, reputantur, pertinet nomine proprio intentare iniuriarum actionem, vel criminalem vel civilem, vel maluerint, ut is delinquens pœna iudicis arbitraria puniatur, modo *tractatu precedente disputatione 40. explicato. Ita habetur l. 1. §. si forte ff. de iniur. §. l. 13. tit. 9. part. 7.* Quod & in cæteris iniurijs ad defunctum attinentibus, hætenusq; commemoratis, similiter locum habet, ut scilicet hæredes nomine proprio agere possent iniuriarum, ut ex *§. qui in hoc habetur, & consentit l. 13. citata, tractatuque precedente explanatum fuit.* Si autem antea dictam hæreditatem post defuncti mortem ea iniuria defuncto fiat, actio competit hæreditarij iacenti, quæ defunctum tunc repræsentat, & per hæreditatem transit postea in hæredem, aut in hæredes, eo ipso quod hæreditatem adeunt, ut habetur l. 1. *titata §. quotiens, & Disputat. 2. citata dictum etiam est.*

19 Si corpus defuncti à creditore ratione debiti sequestrari impediatur, exequiā se fieri, lege vltim. C. de sepul. br. viol. is creditor puniatur pœna quinquaginta librarum auri, atque si non esset solutus, puniebatur in corpore pœna iudicis arbitraria: quod additio in margine ad glossam vltimam ibi rectè ait, locum similiter habere quo ad alias pœnas pecuniarias pro alijs criminibus statutas, iuxta varia iura quæ citat. Insuper, si quid solum esset ab hæredibus, aut ab alijs, tali creditor, ut sepulchram aut exequias non impediret, aut pignora in securitatem debiti essent ei data tenebatur ea reddere: & si quæ confessiones debiti, aut obligationes, quod ei solueretur, aut fidei iussores dari, ut sepulchram ei solueretur, aut fidei iussores dari, ut sepulchram ei solueretur, non impediret, totum erat irritum & inane, relique tota redibat in statutum, in quo antea erat. Postea verò in *authentica item quæ domum*, post eam legem subiuncta, & apertius in *authentico vi defuncti ieiunet §. si vero, iuncto §. sanctimus igitur, intercedente, vnde authentica illa sumpta fuit, sanctum fuit, ut is creditor amittat debitum atque sine defunctus id illi verè deberet, siue non reddat tantundem hæredibus de suis bonis, acerrae id debitum, & amittat tertiam partem suorum bonorum fisco, incurratque infamiam. Et quamvis quidam, quos Gregor. Lopez leg. 13. ritual. 9. part. 7. glossa 1. refert, dixerint eas pœnas locum habere, tunc si creditor sepulchram & exequias impediat iudicis auctoritate: veritas tamen est, iudicem eam facultatem concedere non posse, & omnino ac simpliciter incurri eas pœnas. Lex 15. tit. 13. part. 1. & l. 13. tit. 9. part. 7. quæ de hac re loquuntur, nō has omnes pœnas commemorant, ut ex parte notat Greg. Lopez l. 13. citata verb. *visita del indagador.**

In *authentica sed neque C. de sepulch. viol. & in authentico vi cum de appellat. cog. §. hac autem vers. sanctimus, & l. 15. tit. 13. part. 1. & l. 13. tit. 9. part. 7.* habetur ea quæ *tractatu 2. in initio disputationis 26. diximus, quæ non huius, sed illius loci sunt germana, nefas scilicet esse intra nouem dies à morte defuncti inquietare hæredes, consanguineos, affines, aut fidei iussores defuncti eōsve in iudicium vocare, ob debitum defuncti, sub pœnis ibi commemoratis. Et quæ ibi subiicitur, quando est periculum, quod defuncti bona dispareant, habetur l. 15. citata, contentaneè ad varia iura, quæ ibi Greg. Lopez citat, atque ad rectam rationem, quæ interpres est legum.*

Quando mancipium iniuriam intulit, ratione eius iniuriæ, quæ absque culpa domini illata fuit, iniuriatum actio competit, tunc si iniuria sufficienter compensetur punitione corporali mancipij, quæ nec mortem illi infert, neque inutile membrorum

brocum aliquid illius reddat, tenetur dominus tradere id mancipium, vt ita iudicis arbitrio puniatur: quoniam cum mancipium aliter soluendo non fit, locum non habet aduersus illum pena civilis, nisi dominus eligat illam potius soluere, aut noxam dare mancipium pro pena pecuniaria, quod agendo ciuilitur, damnum foret. Itaque semper, quando dominus non tradiderit mancipium puniendum corporaliter pro iniuria illata, tenetur vel penam ciuilem ac pecuniariam soluere, vel loco illius dare noxam id mancipium. Semper enim iuxta permittunt domino mancipij, loco damni, ac pecuniariae pnae, quam soluere ratione mancipij damnetur, eligere potius dare noxam id mancipium, vt habetur *l. miles §. i. ff. de re iud. & alius iuribus*. Illa verò alia, quae dicta sunt, atque ad hunc locum spectant, habentur *l. sed est vnus §. cum seruus ff. de iniur. & l. 14 tit. 9. part. 7. eo- que modo duo illa iura sunt intelligenda.*

S V M M A R I V M.

1. Qui famosum libellum composuit aut edidit, itemque qui illum reperit, nec lacerauit, sed illum manifestauit, pena capitis plectitur: praeterquam quando libellus aliquid continet, quod si probaretur commississe eum, quem in libello de eare infamat, puniretur pena capitis.
2. Verum is qui libellum reperit, nec lacerauit, sed illum manifestauit, sicut solum puniendus sit pena, qua puniatur auctor talis libelli, quando de alio auctore non constat: quando verò constat de alio auctore, puniendus solum erit pena minori arbitraria.
3. Qui damnatus est, siue criminali actione siue civili iniuriarum, quod libellum famosum fecerit, scripserit, edidit, aut fieri fecerit, facere non potest testamentum, & si testamentum faciat, est ipso iure nullum.
4. Pena, vt sit intestabilis, si condemnatur actione civili aut criminali, statuitur etiam ei, qui carmen famosum composuerit aut ediderit.
5. In Lusitania eadem pena puniatur, qui libellum famosum repertum manifestauerit, eade de re fuerit locutus, quae precipitur puniri compositor vel editor.

DE PENÀ OB FAMOSVM libellum.

D I S P V T . 39.



Vid sit libellus famosus, & multa alia, quae hoc loco dici poterant, *Dis. p. 35.* surit dicta. Qui libellum famosum composuit, scripsit, edidit, aut dolo malo fecit, vt aliquid horum fieret, itemque qui illum reperit, nec lacerauit, exiit aut aliter consumpsit, sed illum manifestauit, pena capitis plectitur. Itahabetur *l. vnica C. de famos. lib. iuncta l. lex Cornelia §. si quis librum, ff. de iniur. lexque illa vnicahabetur etiam l. 9. §. 1. intelligendū tamen est, id quando libellus continet aliquid, quod si probaretur commississe eum, quem in libello de eare infamat, puniretur pena capitis. Alioquin solum puniretur ea pena, qua ob eam rem puniendus is esset, quem de eare in libello infamat. Itaque glossa *l. vnica citata*, hocque eorum est hodie sancitum in hoc regno *l. 3. tit. 9. part. 7.* Quod si, qui eo libello infamatur, vel solum esset puniendus ob rem, de qua in eo libello infamatur, pena arbitraria, vel nulla pena arbitraria, vel minori pro iniuria quantitate, eaque vel corporali, vel pecuniaria prout aduersus eum ciuilitur aut criminaliter fuerit actum, vt de ceteris iniuriis *l. 9. tit. 9. part. 7.* in actione precedente *te. 1. 1. tit. 9. part. 7.* dictum est. Et quia, vt plurimum infamatus libellis famosis, ob rem de*

A quain eis infamantur, non essent plectendi capitis pena, sed vel nulla, vel arbitraria, inde prouenit, quod vt plurimum ob famosos libellos praedictis non imponatur pena capitis, sed arbitraria, vt *Julius Clarus §. lib. sent. q. 68. tit. 1.* testatur fieri esse eorum. Praedicta autem omnia locum etiam habent, quando ex libello resultat alicui infamia, est ille non nominetur, vt habetur *l. lex Cornelia §. si quis liberatus citato.*

Verum autem is, qui libellum reperit, nec destruxit sed manifestauit alijs, tunc solum puniendus sit pena, qua puniatur autor talis libelli, quando de alio auctore non constat, quia in eo euentu imple praesumitur autor illius, & vt talis puniatur quando verò constat de alio auctore, puniendus solum erit pena minori arbitraria. Multi affirmant responderent, satisque fauent verba illa legis vnica citata: *Si vn de non flammam eadem cartulas vel corruperit; vel igne consumperit, sed vim earum manifesta- uerit; sciat se quasi auctorem eiusmodi delicti capitali sententia subiugandum.* Itemque verba illa *capit. i. §. 1.* Et qui eas prius inuenit, rumpat, si non vult auctorem cauam incurere. Alij verò volunt, est d constet de auctore, puniendum esse pena eiusdem auctoris, idque vtraque verba intendere, satisque aperte significare, rationemque esse, quoniam non minus est causa infamiae, quam sit auctor, eum libellum, dum res adhuc erat occulta, manifestando: de horum numero est Salicet, à Greg Lopez *l. 3. tit. 1. relatus, verb. como aquel que lo hizo,* cui Greg Lopez non repugnat.

Esto, quod libellus famosus continet, reipublice expediat sciri, & qui libellum composuit, scripsit, edidit, aut vt heret dolo malo fecit, vel illum primo repertum non destruxerit, sed manifestauit probare velint, id ita habere, non audiuntur, vt penam euadant, vt disputatione praecedente dictum est, iuxta legem vnica *C. de famos. libell. l. 3. tit. 9. part. 7.* Quae lex 3. aliam etiam rationem reddit, praeter eam, quam solum disputatione praecedente reddidimus: quia scilicet infamia scripto exparsa longius multo durat, quam quae voce est solum prolata. Credo tamen nostram rationem, quia scilicet, qui libello infamat, occultus est, esse potissimam rationem, quam lex vnica citata innuit, dum criminis detectionem non vult admittere, nisi manifestante se accusatore. De iure tamen canonico, quando quod libellus continet, reipublice sciri oportet, admittitur, qui illum composuit, aut repertum manifestauit, ad probandum ita habere, quod illo continetur, vt penam euadat: id quod disputatione praecedente dictum est.

Qui damnatus est siue criminali actione, siue civili iniuriarum, quod libellum famosum fecerit, scripserit, ediderit, aut fieri fecerit, intestabilis est, hoc est, facere non potest testamentum, & si illud conficiat, est ipso iure nullum, neque ipse testis esse potest in testamento alterius. Ita habetur *l. lex Cornelia §. si quis librum, ff. de iniur. l. ob carmen in prim. ff. de testibus l. 6. cui §. vlt. & l. cum lege ff. de testam. & c. si testes §. ob carmen 4. q. 3.*

Penam, vt sit intestabilis, si condemnatur actione civili aut criminali, statuitur etiam ei, qui carmen famosum composuerit aut ediderit, est d illud in scriptum non redegerit, & vt puniatur pena arbitraria criminali aut ciuili, prout aduersus eum fuerit factum, itemque ei, qui libellum famosum vendendum aut emendum curauerit, et in scilicet in scriptum fuerit redactum, *l. lex Cornelia §. eadem pena ff. de iniuriis & leg. 3. tit. 9. part. 7.* Tamen si lex vnica citata penam infamiae expresserit, nihilque dixerit de pena, vt in hoc, & in praedictis alijs euentibus, quae crimina commiserit, sit intestabilis.

Iure Lusitano *lib. 5. ord. tit. 79.* eadem pena puni-

ri precipitur, qui libellum famosum repertum manifestauerit, eade de re fuerit loquutus, qua precipitur puniri, qui libellum famosum composuit aut edidit. Hunc verò ibi solum precipitur puniri pena arbitraria pro quantitate iniuriæ, spectatis circumstantiis omnibus concurrentibus: precipitur tamen, vt ea imponatur longè grauior, quam si eadem infamia eidem palam diceretur in facie.

Ibidem subiungitur, vt qui alteri retulerit, ab alio esse dictum malum aliquod de eo, (quod Lusitanè dicunt *ir com negricos*, & Castellani *con gisnet*) eadem pena puniatur, qua puniretur, si is ipse idem malum de illo eodem dixisset.

Iure verò canonico, qui libellum famosum conficiunt, aut edunt, vel repertum manifestant, nisi probare velint, quæ in eo continentur, ita re habere, idque re ipsa probent, puniuntur pena flagellorum. Intellege, quando quod in eo libello continetur, fuerit graue. Quando enim esset leue, pena arbitraria puniretur pro quantitate delicti & iniuriæ. Illud primum habetur c. 1. q. 1.

S V M M A R I V M.

1. Vt quis famam alienam restituere teneatur, primum requiritur, vt alienam famam verè abstulerit.
2. Deinde requiritur, vt qui famam alienam verè lesit, contra iustitiam peccauerit eam ledendo, non solum materialiter, sed etiam formaliter iustitiam transgrediendo.
3. Si, qui famam proximi iniuste materialiter lesit, postea lesam, posset reficere illam sine suo detrimento, sane teneatur id præstare, non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia.
4. Si is, qui fame alterius ex ignorantia vel negligentia ad eum notabile damnum intulit, vt si ignorantia à parte culpe non excusaret, sufficeret ad culpam lethalem, restituere damnum illud integre posset sine graui suo detrimento, vt quia crimen falsum de aliquo dixit, atque se retractando, sine graui danno suæ propriæ fame, posset reficere totam famam quam abstulit, teneatur procul dubio id efficere sub culpa lethali, non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia.
5. Tertio requiritur, vt infamatus alia via famam amisit, non recuperauerit.

QVÆ NECESSARIA SINT, VT quis alienam famam restituere teneatur.

DISPV. 40.

Dicendum superest de restitutione honoris & fame. Et quamuis à restitutione honoris inchoandum fuisset quia tamen in restitutione fame plus negotij est, ab illa erit incipiendum: permixtimque erit dicendum de restitutione honoris, quando sermo fuerit de restitutione fame læsa aliquo facto, quo honor simul lædi consuevit.

Quod verò ad id, quod propositum est, attinet, nonnulla necessaria sunt, vt quis famam alienam restituere teneatur. Primum est, vt alienam famam verè abstulerit. Estò enim quis infamare alium intendit, si tamen infamia inde non fit sequuta, quia fides ei non fuit adhibita, vel aliqua alia ratione, sanè obligatio restituendi famam non confurgit, estò lethaliter contra iustitiam is peccauerit. Si item fama ablata non fuit, quia vitium, quod de aliquo detectum est, aut quod illi fuit impositum,

in illo non est infamia, aut non auget infamiam quæ iam antea habebat contractam, nulla profecto in hoc confurgit obligatio restituendi famam. Vt si (iuxta ea quæ Disp. 26. & alibi dicta sunt) de viro inhonesti amonibus dedito dicas, res cum quadam muliere habuisse, eam mulierem non derogando sanè siue verum siue falsum dixeris, ad nullam restitutionem ei teneris: quia nullam ab eo famam abstulisti. Idem est, si de eo, qui gaudebit talem de ipsa haberi estimatione, dicas, siue verè siue falsò vindictam de aliquo sumpsisse, in qua interuenire culpa lethalis, aut simile aliud viri magnanimi fecisse, quod culpa esset lethalis. Vel de publica meretrice dicas, cubuisse cum aliquo, vel de publico vitario, dedisse alicui in singulari sub vitariis, & ita de alijs similibus, quibus infamia apud audientes non accrescit ex eo, quod sinistra aliquid de eis narres.

Secundum est, vt qui famam alienam verè lesit, contra iustitiam peccauerit eam ledendo, non solum materialiter sed etiam formaliter iustitiam transgrediendo. Hinc in primis, qui famam proximitate, iuxta ea quæ Disp. 24. & alibi dicta sunt, lædit, ad nullam restitutionem teneatur. Deinde verò, qui illicitè quidè famam alterius lædit, ceterum non contra iustitiam, sed contra solam caritatem, vt odio & animo nocendi, vel alia ratione contra solam caritatem, vtens tamen iure suo, iuxta ea quæ Disp. 14. citata & alibi explanata sunt, ad nullam restitutionem teneatur. Longè verò maiori cum ratione ad restitutionem non tenetur, qui sola lege caritatis tenetur defendere famam proximi, se detractis opposendo, iuxta ea quæ Disp. 34. dicta sunt, vel aliqua alia ratione, nec id efficit cum culpa sua lethali contra solam caritatem.

Item qui inuincibiliter seu probabiliter ignoras se nocere famæ proximi, aut se iniuste illi nocere, ad nullam restitutionem famæ, quam ita re ipsa læserit, tenetur. Quoniam in materialis lesionis famæ, de qua agimus, non tenetur ratione rei acceptæ, quippe cum ea res, quo ad id, quod de ea læsum est, non maneat: neque in euentu, de quo loquimur, tenetur ratione iniuste acceptionis iniuste lesionis, excusante eum ignorantia inuincibili seu probabili.

Obserua tamen, si post læsam ita iniuste materia liter famam proximi posset, qui eam modò læsit, reficere illam sine suo detrimento, sane teneatur id præstare, non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia. Ratio autem est, quoniam quasi ex officio ei tunc incumbit eam reficere: eo quod causa fuerit eius damni eo modo dati, in potestateque ipsius sit eam causam auferre, aut impedire, ne viterius id damnum der se contingeret. Verbi gratia, iudex iuxta allegata ac probata sententiã tulit, qua aliqua abfque culpa sua iniuste materialiter infamauit, quia vere ille innocens erat, sanè si postea ita conuictum illum fuisse innocentem, vt sententia sit retractanda, publiceque sit ei fama restituenda teneatur iudex, non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia, retractate sententiam, famamque illi restituere: idque non solum, qui iudex est, ex suo officio ei incumbit eam iustitiam tunc administrare, vt innocentem sibi subditum, iniuste oppressum reuelet, sed etiam quia ipse fuit, qui eam sententiam materialiter iniuste tulit, quæ in causa est, vt persequerent infamia & alia dæna illi data, ipsèque potest eam causam eorum damnorum auferre, ac impedire ne viterius cadat ac conuenet, ac proinde veluti ex suo officio, quia ipse est, à quo emanauit, atque ad eum ex iustitia, tenetur illam auferre. Si tamen sumpsisset, qui ad id esset faciendus, nec esset aliquis delinquens, qui tanquam causa illorum iniusta teneatur eis solvere, is profecto, cui ea via fama restitueretur, teneretur eos solvere: quoniam ipse negotium in eo ageretur, & non iudicium, qui eum non fuerit causa eorum iniusta, ad nullam

teneretur restitutionem. Simili modo, si priuatus aliquis dixit aut fecit aliquid, quo absque peccato suo famam alicuius iniuste materialiter læsit excusante eum inuincibili ignorantia à culpa, sãnd si illi constet, fuisse falsum, quod bona fide dixit, seque ipsam retractando resarcire possit famam proximi teneretur de iustitia id præstare, impediendo, ne ea infamæ causa, quam bona fide dedit, ulterius noceret ac perseueret, modò id absque notabili suo detrimento possit efficere. Si tamen sumptus aliqui ad id essent necessarii, vel accedendo ea de causa ad aliquem locum, vel aliquos ad id conuocando, is profectò teneretur illos tunc soluere, cuius negotiũ commoðumve ea in re agitur. Eodem modo, si quis licite aliquid de vno diceret, & id, absque ipsius culpa, intelligeretur de alio aut de alia, quæ infamata iniuste materialiter inde maneret, quis dubitat eum teneri de iustitia admonere eos, qui id ita malè cum detrimento famæ alterius intelligerent, non de illo id esse dictum, sed de alio aut de alia. Quando autem in hoc & in præcedente euentu damnum eo modo bona fide absque peccato datum non possit impediri auferendo eam existimationem de mentibus hominum via aliqua licita, ac proinde absque mendacio tunc ad nihil aliud is teneretur, qui absque peccato suo causa aut occasio fuit eius damni. Quoniam non teneretur ad restitutionem illius, sed solum ad id damnum impediendum aut auferendum, si commode possit.

Verùm autem, qui ignorantia, negligentia, vel inaduertentia sua culpabili quidem, ceterum non ita vitæ perueniat ad culpam lethalem, sed maneat intra limites venialis, damnum ad eò notabile famæ alterius dedit, vt si ignorantia seu inaduertentia à parte culpæ non excusaret, sufficeret ad culpam lethalem, teneretur ad restitutionem totius eius damni sub culpa lethali, an verò solum ad restitutionem partis illius. Respondendum est. Si restitue reintegre illud possit sine graui suo detrimento, vt quia crimen falsum de aliquo dixit, atque se retractando, sine graui damno suæ propriæ famæ aliarumque suarum rerum, potest resarcire totam famam quam abstulit, iuxta ea, quæ sequenti Disputatione dicenda sunt, aut estò verum dixerit, potest similiter sine graui suo damno, vtendo aliqua amphibologia, eam totam famam, quam abstulit, resarcire, iuxta ea quæ infra suo loco dicenda etiam sunt, teneretur procul dubio id efficere sub culpa lethali, non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia, vt de eo proxime est dictum, qui ex ignorantia profusè inuincibili idem damnum dedisset. Idem autem maiori cum ratione ad idem teneretur, qui ex aliqua sua culpa illud idem damnum dedisset. Si verò non sine graui suo damno posset illud integre restituere, tunc non teneretur ad integram eius damni restitutionem sed solum ad restitutionem partis illius, pro quantitate culpæ ac damni, nempe vel excusando illum, vel illum laudando quo ad alia, vel aliquo alio modo partem eius damni resarcendo. Ratio autem est, quoniam quãdo aliquis teneretur ad restitutionem solum ex parte culpæ, vt in re proposita, sane ex natura rei solum teneretur ad partem damni, pro quantitate culpæ, quando culpa est leuis, quæ ad lethalem tunc pertinet, neque ratio efflagitat, vt quando damnum est magnum, datumque est solum culpa veniali, nec resarciri potest sine graui proprio damno ac iactura seu molestia; is teneretur ad integram restitutionem damni, quod ita dedit. Neque in re proposita locum habet dispositio legis Aquilæ, de qua tractata 2.ª Diss. 697. dictum est. Quoniam ea odiosa iuris humani dispositio supra id, quod natura rei habet, extendenda non est vltra damna, de quibus eadem dispositio loquitur, loquitur verò de solis damnis

in rebus externis diuitiarum, aut etiam corporis, vt patet eam totam dispositionem intuenti. Quare neque ea, quæ ibi Diss. 698. neque quæ in eodem tractatu in calce Diss. 295. dicta sunt, cum hac nostra tractata hoc loco doctrina pugnant. Quando verò culpa damni dati circa famam ex eo solum esset venialis, quod obiectũ & quantitas dani solum esset venialis, tunc obligatio esset restituendi eam totam latitudinem damni, tamen si solum sub culpa veniali. Cessaret verò ea obligatio, quando rationabiliter præsumeretur eum, cui id damnum adeo paruum illatum esset, pro nihilo ducturum fieri eam restitutionem, ac proinde contentum fore, vt non fieret.

Tertium necessarium, vt quis alienam famam restituere teneatur, est, vt infamatus alia via famam amissam non recuperauerit. Si enim alia via integram eam recuperauerit, ad nullam restitutionem is ei teneretur, qui iniuste illam læsit. Verbi gratia, si famam aliquem de crimine aliquo, aut de aliqua nota, coram aliis: ille verò legitime se purgauerit de eo crimine aut nota, ita vt delata omnino sit infamia illa; vel alius superuenit, qui contrarium affirmat, omninoque persuasit, ita vt apud nullum maneat iam infamia de ea re: sane non teneris ad restitutionem, estò iniuste id feceris. Idem est, si quacunque alia ratione abolita omnino iam sit ea infamia. Neque contrarium docuit Adrian. in 4.ª q. de rest. fama in respons. ad 2. & 3. argumentum ex ijs, quæ vltimo loco in ea q. proponit, vt illi tribuit Nauar. in Manu. c. 18. n. 43. patetque Adrianum legenti. Et quamuis Nauarrus quondam consenserit cum Adriano in eo, quod eo loco illi tribuit, iam verò hodie nobiscum consentit, vt ibidem affirmat; atque tam ipse quàm alij doctores nobiscum consentiunt in hoc tertio requisito. Si tamen propter eam famæ læsionem medio tempore, quò recuperata non fuit, damnum aliquod aliud ea de causa est passus; vt quia ea de causa expulsi fuit ab aliquo munere, aut munus aliquod non est adeptus, quod alioquin adeptus fuisset, vel damnum aliud ob eandem famæ amissionem illi obuenit, tunc id torum, etiam si fama sit integre reparata, est illi restituendum, vt ex se est satis perspicuum, & patebit ex initio Disputationis sequentis.

Item quando aliquis remissionem restitutionis famæ, quam iniuste læsit, ab eo obtinisset, cuius erat ea fama, vel absque dubio crederet, illum contentum fore, vt ipse eam non restitueret, quod tamen raro eueniet, tunc obligatio non erit, de iustitia saltem, illam restituendi, & regulariter neque de caritate, iuxta ea quæ inferius dicenda sunt.

Vt ergo aliquis ad famæ restitutionem teneretur, necesse est concurrant simul quatuor omnia, quæ explanata sunt, aliquo verò eorum deficiente, obligatio non est famam alienam restituendi.

S V M M A R I V M.

1. Qui damnum famæ alterius iniuste intulit, simul restituere teneretur omnia alia damna inde secuta, tanquam eorum causa etiam iniuste.
2. Cum fama alicui iniuste est læsa ob falsum aliquod illi impostum, communis opinio est sufficienter ei restitui famam, si qui id falsum impostum, coram illis apud quos ita est infamatus dicat se falsum ea in re dixisse, ita vt opinio nem malam de proximo suo profusè à mentibus illorum excinat.
3. Refelluntur obiectiones duæ in contrarium.
4. Quando aliquis falsum quid proximo iniuste impostum, tenetur se retractare, quando aliter famam ei restitueret non

non potest, neque ipse maiorem infamiam inde contrahit, teneaturq; iuramento confirmare, id non ita se habuisse ut dixerat, si aliter ei fides non haberetur.

5. Cum crimen falsum suis alicui impositum, sufficienter sit ei restitutio fama iniuste ab eo ablata, dicendo se fuisse mentitum, si inde alij deponant existimationem, quam de illo conceperunt.

QUE RESTITUTERE TENEATUR,
qui famam iniuste læsit. Et quo pacto fama restituatur ob falsum crimen aut ob falsam notam alteri imposita.

DISPVT. 41.



Vm, qui famam iniuste læsit, quantum id damnum manet, teneri illud restituere, notius est, quam vt probatione indigeat. Cum enim damnum maius ex suo genere sit, quam damnū in rebus externis diuitiarum: atq; hoc sub reatu interitus æterni sit restituendum, quando iniuste est datum ac permanet, vt tractatu 2. Disp. 716. ostensum fuit: consequens profectū est, vt & famæ damnū, quando fuit iniuste datum, estq; notabile ac permanet, sub reatu interitus æterni sit similiter restituendum.

Porro, qui illud iniuste dedit, simul restituere teneretur omnia alia damna, si quæ inde secuta sint, tanquam causa illorum etiam iniusta. Vt si infamatus priuatus ea de causa fuit officio, beneficio, aut emolumento aliquo, vel id obrinere fuit impeditus, aliquamve aliam iacturam passus est, ea omnia integre sunt ei restituenda, quantum prudentis arbitrio æstimabūtur. De qua re sermo Disp. 47. reddidit. Quare si is, qui famam suam iniuste læsam recuperauit, damnū aliud inde passus est antequam eā recuperaret, aut in illa recuperanda ac se purgandū sumptus aliquos fecit, sanè is, qui iniuste eum infamauit, ea omnia damna teneretur ei restituere, estq; post recuperatam integre suam famam ad nullam restitutionem propter illam antea iniuste læsam non teneatur. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod verò ad secundum attinet, cum duobus modis fama signo aliquo, vt voce aut scripto, alterius iniuste lædatur, vno, falsum aliquod illi imponendo: altero verò, verum aliquid de illo iniuste detegendo: hæc Disp. 43. est dicendum de restitutione famæ, quando falsum aliquod dicitur aut indirectè alteri imponitur, & Disp. 44. de restitutione famæ ob aliquid verū iniuste detectum. Disp. verò 42. sequenti examinabimus, vtrum propter infamiam, in qua is fuit à puncto, in quo iniuste fuit infamatus, vsque ad punctum, in quo fama fuit ei integre restituta, aut in quo ipse integre illam recuperauit, debeatur ei aliqua restitutio, an non.

Quando autem fama alicui iniuste est læsa ob falsum aliquid illi impositum, tunc doctores communiter affirmant, sufficienter ei restitui famam, si qui id falsum imposuit, coram illis, apud quos ita est infamatus, se falsum ea in re dixisse, ita vt opinionem illam maleq; de proximo suo, cuius ipse fuerat causa, proliis à mentibus eorum depellat. Quod si sufficienter illam depelleret, non dicendo se fuisse mentitum, sed dicendo, se postea deprehēdisse, quod affirmauit, non ita habuisse, (in quo sane non falsum diceret) vel simili aliqua alia loquutione, confirmandoq; iurando, si ita opus esset, quod de illo dixerat, non ita habuisse, tunc id sufficienter. Quoniam tantum teneretur restituere integre famam, quam læsit, efficiendo vt illi omnino eam falsam existimationē de illo depellant: si autē id consequi potest sine iactura suæ propriæ famæ, aut

sine iactura tanta suæ famæ, quantum incurreret, dicendo se fuisse mentitum, non teneretur nec deberet affirmare se fuisse mentitum. Quando autem id aliter consequi non posset, quam affirmando se fuisse mentitum, tunc affirmare teneretur, se fuisse mentitum, idq; confirmare iurando, si ita necessarium esset, vt illi deponerent falsam existimationem, quam ob suum perniciōsum mendacium de proximo suo conceperunt: modò tamen ipse, affirmando se fuisse mentitum, attentam qualitatem personæ, vt si ipse esset prælatus, aut nobilis, vel aliqua alia de causa magnæ existimationis, & is, de quo id falsum dixisset, infimæ esset notæ, & at tentis cæteris circumstantiis concurrentibus, longe maiorem infamiam non incurreret, quam esset infamia, quam illi alteri restituere teneretur: cum tanta enim maiori sua iactura non teneretur eo modo restituere minorem læsionem famæ alterius, vt ex dictis tractatu 2. Disp. 754. & tractatu præcedente Disp. 102. patet, sed satis esset, si eam infamiam aliter meliori modo, quo posset, restitueret, iuxta ea quæ Disp. 44. dicenda sunt. Cum æquali verò sua infamia, aut cū paulo maiori, q̄ esset ea, q̄ restituere teneretur, sanè dicere teneretur se fuisse mentitū, atque si ita opus esset vt crederetur, teneretur id confirmare iuramento, quando aliter restituere non posset famam alterius. Quoniam quando quis damnū iniuste alij dedit, teneretur id restituere cum suo æquali aut etiam cū aliquantulo maiori suo damnō, vt *Disputationibus citatis, & aliis sepe est dictum*: sibiq; imputer, quod in eas angustias se ipsum redegerit, iniusticiam aduersus proximum suum committendo: neq; vlla ratio aut æquitas patitur, vt innocens maneat in damnō æquali, aut paulo maiori, ne ipse, qui nocens fuit, iniuste q; illud dedit, tantundem aut aliquantulum maius subeat, in illo refarciendo ac restituendo.

Neque aduersus hoc obiciat, ordine caritatis bonum proprium eisdem ordinis præferendum esse æquali aut minori bono alterius. Quotiam intelligendum est, id caritatis ordine licere, quando contrarium non est debitum, vt in re proposita ob iniusticiam in proximum commissam bonum famæ illius lædendo, debitum est illud ei refarcire, estq; ad id sit necesse facere iacturā æqualis aut paulo maioris boni famæ nostræ: alioquin neq; in bonis externis teneretur restituere damnū bonis proximi iniuste illatum, vt domum illius aut segetes illius iniuste exurendo: quoniam ad id necesse esset, nos æqualem aut paulo maiorem iacturam in bonis nostris externis pati: quod tamen constare esse falsum.

Neque rursus obiciat, restitutionem ad id ordinari, vt constituatur æqualitas: at verò restituendo famam proximo, confitendo me fuisse mentitum in eo, quod falsò de illo dixi, ille manet cum sua integra fama, & ego maneo cum detrimento meæ famæ, quod est inæqualitas: ergo in eo euentu non teneor famam illi restituere, confitendo me fuisse mentitum. Non, inquam, hoc rursus obiciat, quoniam restitutio per se ad id ordinatur, vt ad æqualitatem satisfiat damnū ac iniusticiam aduersus proximum commissa, siue ad id necessarium sit, eum, qui id damnū iniuste dedit, manere in danno æquali, vel paulo maiori, vt in exemplo eius, qui domum aut segetes alterius iniuste exussit, constat: per accidens autem est, quod quando, qui alienum iniuste retinet, illud idem reficiat, aut tantundem, in quo inde sit factus locupletior, ipse ita restituendo, in nullo maneat damnus.

Quod quando aliquis falsum aliquid proximo suo iniuste imposuit, famamq; illius læsit, teneretur se retractare, quando aliter famam ei restituere non potest, neq; ipse longe maiorem infamiam

inde contrahit, teneaturq; iuramento confirmare, id non ita habuisse, vt ipse dixerat, quando aliter fides ei omnino non adhibebitur, neq; omnino de- pellitur opinio falsa, quam de eo proximo alij conceperant, fatentur doctores communiter: idq; iuramentum verum atq; vtile tunc & necessarium actus erit religionis ac meritorius, si qui illud adhibet, constitutus sit in gratia. Dubitant verò doctores, num quando is neque illa crederetur, nisi testes adhibeat, teneatur eos adhibere, si possit, est d facturus sit ad id sumptus aliquos, modò hi sumptus non sint multum excessiui comparatione æstimationis famæ restituendæ. Nauarro in *Manu. c. 18. n. 45* durum videtur ad id attingere illum in eo euentu: quoniam confitendo se fuisse mentium, idq; confirmando iuramento, sufficienter causam adhibet, vt illa falsa existimatio de mentibus aliorum deponatur: imò adhibet ex sua parte maiorem causam vt depellatur, quam fuerit illa, quam à principio dedit, vt ea falsa existimatio in mentibus eorum gigneretur: illiq; proinde iam tunc in culpa sunt eam non depellendo, causâq; iniusta sunt eius existimationis de proximo suo, & non ille alius, qui à principio pernicioso ac iniusto suo mendacio causa fuit, vt existimatio illa conciperetur. Neq; deest, cui hæc Nauarri opinio placeat. Sotus verò loco mox citando & alij meritò affirmant, ad id illum etiam teneri. Quoniam cum fuerit à principio causa iniusta eius existimationis in damnum proximi sui, omnia efficiere tenetur, quæ non cum longè maiori suo detrimento, quam sit damnum, quod ipse iniuste proximo dedit, facere poterit, vt ab eo damno ille eruatur, etiam si ad id necesse sit facere sumptus aliquos, cum detrimento aliquo suorum bonorum externorum, quæ sunt inferioris ordinis, quam fama. In eo tamen video multos doctores conuenire, si ille qui confessus fuit falsum id esse, quod de proximo suo iniuste dixit, idq; iuramento confirmauit, siue testes simul adhibuerit, siue non, quia nullos habet testes quos adhibere possit, non credatur, perseueretq; in fama proximi illius, cuius à principio ipse fuit causa iniusta, ad nullam aliam teneri illi restitutionem: quoniam eius tunc infamiam iam ipse nō est causa, sed causa sunt, qui eam existimationem retinent: cum temerarij iam in eo iniustiq; sint, teneanturq; eam à se repellere. Certè propendeo in contrariam Adriani opinionem in *4. q. de rest. fama in prin.* eum scilicet tunc teneri alia via restituere id infamiam, quod remanet. Etenim, qui id damnū à principio iniuste dedit, nondum illud resarciuit quamuis causam adhibuerit, vnde resarciretur, nisi per iniquitatem aliorum stare: nullus autem deobligatur ab onere restituendi damnum, quod iniuste dedit, quousq; illud re ipsa & cum effectu resarcit, est d causa adhibuerit, vnde resarciretur, nisi per alterius iniquitatem stare, qui illud continuat, causâq; iniusta illi est. Si enim damni dedi in bonis externis, & estimationem ei? damni mitto per meum famulum aut amicum ad eum, qui illud est passus, isq; famulus aut amicus eam estimationem sua culpa non restituit, sed retinet, sanè licet is famulus aut amicus causa sit iam iniusta, quod id damnum non tollatur, restituereq; teneatur tum id damnum, tum etiam alia, si quæ inde vlti- rids sine secuta, ego tamen ea de causa non deobligor à restitutione eius damni, nondum reparati, cuius à principio fui causa iniusta. Dixi, me propendere in Adriani opinionem, quoniam video non nihil esse discrimini, eo quod in re, de qua disputamus, non permanet aliud damnum, quam quod ex eo sequitur, quod isti inique non depellant eam existimationem, vti iam tenentur: ceterum eam ego causam illius à principio dederim, effectus sanè est partialiter à meo pernicioso men-

A dacio adhuc emanans, quamuis sine mea noua causa, culpaque solum eorum, qui id adhuc existimant, atque adeo illi præcipue tenentur iam ad id damnum, & ego in illorum defectum. Quod si vera esset quoad hoc opinio contraria opinioni Adriani, sanè ego opinionem illam Nauarri amplecterer, eum scilicet, qui sufficientem causam adhibuit, vt depelleretur illa finitira existimatio, dicendo se esse mentitum, idq; iuramento confirmando, non teneri in super adhibere testes, & multo minus sumptus ad illos adhibendos, est d qui illam finitram existimationem conceperunt, deposituri illam non sint, nisi testes adhibeantur.

Quod quando crimen falsum fuit alicui impositum, aut nota falsa, sufficienter fiat ei restitutio famæ iniuste ab eo ablata, dicendo se fuisse mentium, si inde alij depellant falsam existimationem, quam de illo conceperunt, affirmat Diuus Thom. *2. 2. q. 62. art. 2.* Scotus in *4. dist. 15. q. 4.* Caiet. in *summa verb. restitutio c. de modo restituendi* Adri. vbi supra, Nauar. in *Manu. c. 18. n. 45.* Sotus *4. de iust. q. c. art. 3. ad 4.* Gab. & Maior in *4. dist. 15. vterq. q. 17.* & doctores communiter. Neq; dubito id semper habuisse proximis ecclesiis, vt scilicet, quod attinet ad talem iniustam famæ lesionem, nihil aliud in restitutionem iniungeretur. Qua eadem ratione communiter affirmant doctores, quando certè constaret, eos, coram quibus aliquis iniuste fuit infamatus de crimine aliquo, siue vero siue falso, omnino eius rei oblitos esse, ad nullam teneri eum restitutionem, qui iniuste illi infamauit, eo, quod id damnum famæ iniuste datum iam non maneat. Idem propter eandem rationem sunt dicturi, quando omnes, coram quibus aliquis fuit iniuste infamatus, iam à vita discesserunt: quippe cum iam omnino esse desit præterita omnis infamia ea de re.

Caiet. *2. 2. q. 62. art. 2. ad. 2.* & quidam alij, hæc nō negando, nihilominus affirmant, quando crimen, de quo aliquis iniuste fuit infamatus, erat falsum, est d verum ille sit eos, qui longo tempore antea illud audierunt, oblitos iam esse, quia tam en id certum non est, esseq; potest vt recordentur, & vt eo plus firmiter in existimatione illud verū fuisse, quo vident eum, qui illam infamiam sparfit, tanto tempore de suis peccatis sacramentaliter fuisse, numquamq; se ipsum retractando ea de re, famam restituisset, teneri adhuc se retractare coram illis. Quamuis autem id tutum sit, ac regulariter amplectendum propter id periculum, quod tamen esset per exigua probabilitas eos adhuc recordari, atq; ex retractatione sequeretur notabilis infamia ei, qui se retractare deberet, arbitrator eum non teneri tunc se retractare, sed satisfacere laudando illum, quem infamauit, vel aliqua alia ratione ei compensando id infamiam, quod certum non sit eam remanere, qua de causa eo minor, compensatio illi debetur, quo minus est, certum eam remanere. Atque eadem ratione, minor etiam restitutio debetur, quando crimen, de quo dubitatur, an adhuc maneat infamia, verum fuit, quod proinde nefas est retractare, quam debetur, si certum esset infamiam de illis adhuc remanere.

S V M M A R I V M.

1. Nihil restitutionis debetur, nec iniungi debet pro iniuria, quam iniuste infamatus passus est tempore toto quo infamiam sustinuit; interim dum fama illi non fuit restituta, aut interim dum infamia illa alia ratione non fuit ablata.
2. Refutantur duæ obiectioes in contrarium.

V T R V M

UTRUM PRO INFAMIA, QUAM
passus est is, cui fama restituitur retractatione cri-
minis falsæ, aut notæ illi impostæ, à puncto quo ita
fuit infamatus, usq; ad eam restitutionem, sumpta
ea infamia præcisè à quocunq; alio damno
ex illa sequuto, restituitur aliqua illi
debeat.

DISPVT. 42.



A Nequam ulterius progrediamur, quod propositum est, erit examinandum. Eademq; est difficultas de quacunq; alia infamia, quam passus sit aliquis usq; ad punctum, quo omnino fuit abolita morte, aut obliuione illorum omnium, qui noticiam de ea re habuerunt, & de quacunq; alia infamia, quam quis sic passus usq; ad instans, quo plensè ei restituitur, num scilicet restitutio solum debeat pro infamia, quæ adhuc pendet in futurum, & quatenus in futurum pendet, quasi quoad id solum rationem habeat damni permanentis: non verò debeat restitutio pro infamia præterita, præcisè sumpta à quocunq; alio damno ex illa sequuto, quasi illa, ita præcisè sumpta, ratione non habeat damni permanentis, sed retineat solum rationem iniuriæ pœna dignæ.

Ex dictis præcedente Disp. satis constat consensum omnino esse communi doctorum sententiæ, præcipue ecclesiæ in confessionibus semper seruatur, nihil restitutionis deberi, nec proinde esse iniungendum, pro iniuria, quam iniuste infamatus passus est tempore toto, quo infamiam sustinuit, interim dum fama illi non fuit restituta, aut interim dum infamia illa alia ratione non fuit abolita. Tametsi doctores omnes confiteantur, si ex ea infamia toto illo tempore sequuto ei fuerit aliquid damnum, ut quia ea de causa priuatus fuit officio, beneficium, aut emolumento alio, vel sumptus aliquos fecit, ut se purgaret, aliquid dæve aliud damnum, etiam lucri ea de causa cessantis, est passus, id totum esse illi restituendum. Nullus verò doctorum inter damna restituenda computat, subiacuisse iniuste infamatum toto eo tempore infamie illi, malamque de illo toto eo tempore habitam fuisse existimationem. Ratio autem huius praxis communique doctrinæ (sicut nullus, quod legerim, eam reddat, neque examinet hanc difficultatem) hæc est: Quoniam illa alia verè habent rationem damni permanentis: subiacuisse verò iniuste toto illo tempore illi infamie ac existimationi, quæ de illo fuit habitata, solum iam nunc habet rationem iniuriæ perpessæ, quæ transiit nullo iam nunc relicto damno: ut verò tractatu 2. Disp. 715. pro solo damno remanente debeat restitutio, non verò pro iniuria sumpta præcisè à damno dato, sed illi respondet condigna pœna, quæ non debeat antelatum sententiam. Cum hac verò doctrina consentiunt, quæ tractatu præcedente Disp. 100. & alias sæpe dicta sunt.

Neq; Adrian. in 4. q. de rest. fame ad 2. & 3. coram, quæ ultimo eo in loco proponit, aliud docet. Ibi enim, concedens eum, qui diffamauit, non teneri ad fame restitutionem, quando, qui malam deita diffamato conceperant opinionem, ab ea mala opinionione resiliunt, quod videant, eum, qui diffamauit, in multis aliis compertum fuisse dixisse falsum hæc verba subiungit: *Manet nihilominus, qui diffamauit, obligatus ad reparationem pro interesse medijs temporibus, quo diffamatus erat, siue fuerit interesse damni emergenti, siue lucri cessantis ex ea diffamatione: ut in resur-*
reptione ablata, quæ post restituitur. Hæc ille. Quo in loco
perspicue liquet, non loqui de reparatione infamie, quam eo tempore sustinuit. Illa quippe infam-

nia per recuperationem factæ abolita ac resarcita fuit: non secus atq; damnum rei furto ablata per restitutionem eiusdem aut alterius similis rei aboletur ac resarcitur: neq; pro iniuria, quod caruerit sua fama toto eo tempore, debeat ei restitutio, sed iniuriæ illi pœna responderet; sicut neque pro iniuria, quod caruerit re sua externa, quæ furto ab eo fuit ablata, toto eo tempore, quo restituta ei non fuit, debeat ei restitutio aliqua. Loquitur ergo Aldr. eo in loco de sola reparatione damni emergentis, aut lucri cessantis ex infamia toto eo tempore perpessæ, si q; fortè ex ea infamia illi emerit, aut cessauit in aliquibus aliis suis bonis, ut perspicue verba illi innotuit, & exempli, q; de resurto ablata adhibet, quare eum communi aliorum doctorum sententia consentit.

B Idem voluit Nauar. in *Manu. c. 18. v. 43. & 47. vers. ex eisdem causis, &c.* Ut patet expendendo verba illius. Loquitur enim de sola reparatione damni, additque: *si quod à tempore illius infamie usq; ad eiusdem abolitionem fuit passus.* Satis autem perspicuum est, si solum subiacuisse toto illo tempore infamie Nauar. arbitrareretur esse damnum permanentis, esseq; obligationem illud restituendi, loquatur eum non fuisse conditionaliter, dicendo, *si quod à tempore illius infamie usq; ad eiusdem abolitionem fuit passus:* quoniam constaret, semper eum id damnum fuisse passum.

Arbitror autem recedendum nulla ratione esse à communi hac de re doctorum sententia hætenus à nobis explicata, communique ecclesiæ usu confirmata, nouum sensum introducentio restituenti aliquid iniuste infamato pro tempore, quo infamia subiacuit, eamq; sustinuit. Maxime quoniam id esset graue iugum certicibus penitentium iniungere, à quo non facile eos exonerarent. Atque ut hæc communis doctorum sententiæ, præcipue ecclesiæ confirmata, corroborat, quæ dicta à nobis sunt tractatu 2. Disp. 715. & tractatu 3. Disp. 100. ita vicissim ex illa ipsa corroboratur.

C Obiicit nihilominus aliquis aduersus hanc communem doctorum sententiam, aliquem subiacuisse infamie iniuste tempore aliquo, quousq; fama retractatione restitueretur, aut alia ratione infamia aboleretur, non esse nudam iniuriam, sed esse verum damnum, ac proinde restitutione esse necessarium in conscientia foro compensandum. Id verò probabit. Primum, quoniam non sicut res se habet in resurto ablata, esse scilicet iniuriam, & non damnum, caruisse illa tempore toto quousq; fuit restituta: ita res habet in fama iniuste ablata.

D Fama enim est existimatio, quæ de aliquo habetur: & quemadmodum bonum hoc coalescit ac integratur ex existimatione diuersorum, cum quibus viuimus, quæ uerè nos agnoscent, noticiam uerè de nobis habent, ita coalescit ac integratur existimatione, quam de nobis habent toto tempore, quo viuimus, atq; etiam post mortem nostram: si ergo, qui nos iniuste infamat apud aliquem, aut apud aliquos, iniuste efficit nos carere parte integrante nostre fame, damnumque proinde illius nostri est causa, teneturq; dicere illud nobis restituere: ita qui iniuste nos carere efficit fama nostra certo aliquo tempore, iniuste efficit nos carere parte integrante nostre fame, estq; proinde causa illius nostri damni, quod restituere nobis similiter tenetur: neq; illud nobis ex eo resarciretur, quod infamia aboleretur, continuatq; fama nostra incipiat, qualis erat antequam id damnum nobis iniuste inferretur, aut ex eo, quod retractatione fama nostra redeat ad statum in quo erat antequam iniuste læderetur: qui ppe cum non redeat maior, quam antelationem erat, ut suo augmento pars illa quo ad durationem erat, quæ iniuste ablata ac impedita fuit, resarcitur, neque quo ad durationem ad eum redeat statum, in quo erat antequam à nobis

iniuste auferretur : non ergo sicut res habet in re externa furto ablata, aut iniuste damno affecta ac destructa, quando restituitur, & compensatur re alia eiusdem bonitatis ac valoris, ita res habet in fama, quando infamiz abolitione refarcitur, aut retractatione instauratur. Quando enim res externa furto ablata, iniuste damno affecta ac destructa, alia æquivalenti restituitur, totum, quod iniuste fuerat ablatum aut destructum, quo ad omnes suas partes restituitur ac compensatur : at verò quando infamia morte aut obliuione eorum, apud quos quis fuerat iniuste infamatus, aboleatur, aut retractatione fama læsa instauratur, non redit fama integra quo ad omnes suas partes, sed perinde res habet, ac si res habet restitueretur destructa in aliqua sua parte : quod constat non sufficere ad integram ac plenam restitutionem.

Secundo, interim dum perseuerat infamia, cuius aliquis iniusta fuit causa, tenetur is, qui illius fuit causa iniusta, restituere id damnum iniuste datum ut omnes concedunt : quòd si restituere illud non possit bono eiusdem generis, tenetur restituere id pecunia, aut aliqua alia ratione, vt in sequentibus dicemus : ergo dato transactionis iam toto damno iniusto, quod infamatus sustinuit, non minus, qui illud iniuste dedit, tenetur id totum quo ad durationem restituere, quam tenetur restituere partem illius, si quæ adhuc in futurum pendèret, eaque de causa, quando abolita fuit infamia morte, verbi gratia, coram, apud quos iniuste infamauit, transactionis fuit tota infamia quo ad durationem, quam iniuste infamatus toto tempore, quo illi vixerunt, sustinuit, non minus est illi restituendum damnum totum infamiz transactionis ac perpeffum, quam esset illi eidem restituenda pars quo ad durationem eiusdem damni, quæ adhuc in futurum pendèret, restaretque adhuc perferenda.

Fateor hæc argumenta facile permouere quemuis doctum virum possent, vt assereret, abolita iam infamia, aut fama iam instaurata retractatione criminis falsi aut notæ impositæ, adhuc cum, qui iniuste infamauit, restituere teneri id infamiz, quod infamatus interim sustinuit dum infamia abolita non fuit : vt & me (statim ac de hac re cogitanti occurrerunt) iancipitem reddiderunt, num hac in re discedendum mihi esset à communi doctorum sententia. Re tamen attentè matureque considerata, inclino recedendum ab ea non esse. Non solum quòd non facile transgredi debeamus limites, quos patres nostri maruro iudicio constituerunt : neque sic recedendum ab vsu ecclesiæ à temporibus antiquis recepto : neque penitentes sint grauandi tanto tam molesto difficultisque onere, dum cum probabilitate ab eo possunt excusari : sed etiam quoniam in vnaquaque re, attentata ac expensa illius natura, est arbitrandum ac iudicandum, num maneat vel non maneat damnum, sed potius in nudam transferit iniuriam, ac proinde num intingenda sit aut non sit restitutio pro illo. Res etenim externæ ad ipsarum vsuum ordinantur, ac proinde interim dum non restituantur, vel eodem numero, quæ iniuste ablatæ aut destructæ sunt, vel alia illis æquivalentes, vt earum similis aut æquivalentes esse possit vultus, dicitur, qui id iniustum detrimentum accipit, manere in damno à principio ei iniuste dato. Cæterum fama in virtutis testimonium ordinatur aut alterius excellentiæ, de qua est ea fama, & in e molumenta, quæ inde sunt nata oriri, attentata existimatione hominum, vsuque & institutione reipublicæ, cuius sumus partes. Neque famæ assistentia virtuti, aut alteri excellentiæ verè aut existimata, in vno tempore, inseruit in aliud tempus, quin potius diuisa quo ad durationem atque assistentia virtuti, aut alteri excellentiæ, ad diuisionem tempo-

ris, in quo durat, transit cum ipso tempore, neque in seruire est apta quo ad suum vsum in aliud tempus. Quo sit, vt fama eo modo spectata : perinde se habeat, atque se habet sanitas corporis diuisa ad diuisionem temporis, in quo vita durat : eaque de causa, sicut, qui iniuste lædit sanitatem corporis, tenetur quidem interim dum id damnum ac læsio perseuerat ac pendet in futurum, restituere id damnum, adhibendo quæ necessaria sunt, vt corpus ad suam naturalem dispositionem reducat, & insuper restituere tenetur, si quæ alia damna lucri cessantis, aut damni emergentis ex ea læsione iniusta ac defectu sanitatis vltius sunt secuta, vt si ob eam sanitatis defectum eo modo iniuste læsus non locauit operas suas, aut ab alio lucro est impeditus, vel damnum aliud ei emerit ac sustinuit : redintegrata verò sanitate, vel natura sola curante, vel simul arte adiuuante, ad nullam restitutionem læsionis ac damni corporis præteriti tenetur, vt cum Adriano & Richardo, nemine, quod sciam, refragante, tractatu precedente Disp. 88. dictum est : ita qui famam iniuste lædit, tenetur quidem interim dum id damnum durat, infamizque in futurum pendet, restituere id damnum, adhibendo quæ necessaria sint, vt infamia cesset, & vt existimatio de illo ad pristinum redeat statum, & insuper restituere tenetur, si quæ alia damna lucri cessantis, aut damni emergentis, ex ea infamia secuta fuerunt : at verò, redintegrata ac instaurata iam fama, vel retractatione criminis falsi, aut notæ impositæ, vel quòd alia via abolita iam sit infamia, cui causa iniusta fuerat data, sanè nulla obligatio restituendi manet id damnum famæ præteritum. Ratio autem vtrobique est eadem, quoniam scilicet quemadmodum in læsione corporis, redintegrata iam sanitate, nullum manet damnum, subiactisque antea damno corporis ad tempus, non retinet eam rationem damni permanentis, sed transit in rationem nudæ iniuriæ acceptæ, pro qua non restituitur, sed sola pœna debetur : ita in læsione famæ, instaurata iam fama, contrariæ infamiz abolitione, nullum famæ damnum remanet, subiactisque infamiz aliquando non retinet iam rationem damni permanentis, pro quo sola restitutio debetur sed transit in rationem nudam iniuriæ acceptæ, cui non restituitur, sed pœna respondet. Ac sanè est credendum, si Petrus aut Paulus, vel alius Apostolorum, confessionem alicuius audisset, qui confiteretur, se ante quindecim dies impulsisse alicui crimine aliquid, nihil aliud tali penitenti in satisfactionem præcepisset, quam vt se ipsum coram illis retractaret, quibus id dixit, nullam aliam illi iniungendo restitutionem pro infamia, cui ille ab eis eo modo iniuste infamatus integris illis quindecim diebus subiacuit, quando inde nullum aliud damnum fuit ei subsequutum : id quod perpetuè praxim ecclesiæ seruasse non dubito.

Ad obiectionem ergo in contrarium negandū est, subiactisque aliquem infamiz tempore præterito, non esse nudam iniuriam, absque vlla ratione damni in eo permanentis, postquam iam instaurata est fama contrariæ infamiz integra abolitione. Ad primam verò probationem in contrarium dicendum est, quamuis non eodem omnino modo res se habeat in re furto ablata & in fama iniuste ablatæ, vt bene argumentum probat : nihilominus in famiam solum subire rationem damni quamdiu in futurum pendet, non verò habere rationem damni quo ad partes, quæ, diuisa ad diuisionem temporis, in quo toto perseuerat, iam transferunt, esseque deserunt : eo etenim ipso quòd transeunt, habere desinunt rationem damni permanentis, forciunturque rationem nudæ iniuriæ acceptæ, vt de partibus sanitatis corporis, diuisa ad diuisionem temporis, in quo toto vita durat, dictum est : ca.

est: ea de causa, abolita iam infamia, famam re-
ducta ad statum, in quo erat ante infamiam, non
remanet obligatio compensandi restitutione in-
famiam, quæ fuit vsque ad integram famam insta-
urationem: quoniam ea infamia eo ipso, quod fluxit,
rationem habere definit damni permanentis. Qu-
tis ergo fama non redat quoad eas suas partes,
quæ iniuste fuerunt impeditæ, et leg. debuerunt in
tempore præterito: redit tamen quo ad omnes par-
tes, quas, quando redit, erat habitura: eaq; de cau-
sa in nullo redit damno affecta, quemadmodum
damno affecta rediret res externa, quæ restitueret-
ur non integra quo ad omnes suas partes. Quo fit,
vt non eadem sit ratio, quod ad restituendi obli-
gationem attinet, de partibus famæ iniuste ablatæ,
quæ, si existissent, impediretq; iniuste non fuissent
contraria infamia, fluxissent cum tempore, & de
partibus rei externæ, quæ iniuste ablata aut destru-
cta sit.

Ad secundam, concessio antecedente, neganda
est consequentia, quando dato transacto que toto
damno, is, qui illud iniuste est passus, non remanet
in damno, vt in re proposita euenit. Quando verò
pars talis damni est transacta, & pars alia pendet in
futurum, ea sola qua in futurum pendet, est resti-
tuenda, quoniam ea sola habet iam rationem da-
mni: non verò est restituenda pars transacta: quo-
niam hæc ipso, quod transacta est, non retinet ra-
tionem damni, sed solum habet rationem iniuriæ:
acceptæ, vt dictum explanat quæq; est.

Dices: Ex his sequitur, aliquem reportare com-
modum ex eo, quod non restituit tempore, quo
teneatur. Etenim si expectet, vt infamia aboleatur
obliuione aut morte eorum, qui illam norunt, li-
berabitur ab onere restituendi, cui ante eam infa-
miæ abolitionem subiacebat. Respondet, nullum
esse absurdum, si per accidens id inde sequatur. Si-
cut etiam ex eo, quod is, qui vulnus iniuste infixit,
expectet vt vulneratus per naturam perfectè sane-
tur, deobligatur ab onere restituendi illi damnum
sanitatis amissæ, quod tamen ante sanitatem ac-
quisitam restituere tenebatur, expensas competē-
tes efficiendo ad perfectam curationem. Hæc ta-
men cōmoda temporalia, per accidens ita ex culpa
retardandi restitutionem sequuta, coniuncta sunt
cum longè maiori damno proprio spirituali. Ex-
emplum quoq; adhiberi potest in eo, qui retardan-
do restitutionem rerum externarum, cum iniu-
ria, sed sine alio damno eius, cui restitutio fieri de-
beret, rebus, quas ita restituere teneatur, lucrare-
tur negociando: id quippe lucrum ad ipsum specta-
ret, idq; temporale cōmodum ex sua iniqua retar-
datione restitutionis reportaret, coniunctum cum
longè maiori suo damno spirituali.

Quamuis autem hæc omnia ita se habeant, tutū
tamen atq; æquum arbitror suadere pœnitentibus,
maximè quando infamia sola obliuione aut mor-
te eorum, qui notitiam de illa habebant, esse defi-
nit, vt laudibus infamati, quo ad alia illius laude
digna, compensare conantur infamiam, quam
ille cum iniuria fuit passus, aut aliquibus beneficiis
ea de causa illi impensis, vel saltem Deo offerendo,
vt si illi in aliquo teneatur, id diuina ipsius Maiestas
compenset, applicando illi de ipsius operibus satis-
factoris quanturū viderit ad id esse satis. Non ta-
men affirmare audeam, pœnitentes ad hæc te-
neri.

SUMMARIUM.

1. Si accusatus negando crimen suum damnum inferat famam
legitimè eum accusantis, teneatur illi restituere id dam-
num, vel se retractando si adhuc perseveret iudicium, aut
esse iudicium sit iam absolutum: modo id possit efficere
sine longè maiori suo incommodo.

Tom. 5.

2. Sicut in iudicio siue extra iudicium crimen alicuius iniuste
deregatur, atq; is qui illud commisit, vt se defendat, af-
firmet, vel detestorem non dicere verum, vel se tale ali-
quid non fecisse, vnde iudicet esse affirmet illum non dicere
verum, teneatur illi ad restitutionem famam, si eam foris
in aliquo tunc læsit.

3. Qui indirectè famam accusatoris læsit, quamuis non te-
neatur eam illi restituere, suam retractando dictum, sed
ipsum infamando, teneatur tamen illi restituere famam
per verba quadam sobria.

4. Qui in iudicio non seruato ordine iuris accusatur & in-
terrogatur de aliquo crimine, quod verè commisit, potest
absq; mendacio affirmare, se id non commississe, licetq; id
iureiurando confirmare, posito, vt illud contrariè teneatur.

VTRVM INDIRECTE FALSUM
crimen in iudicio alicui imponens, se ipsum, vt eo iu-
dicio defendendo, teneatur illa ad fa-
mam restitutionem.

DISPVT. 34.



Exemplum est, quando aliquis, qui verè
crimè aliquod commisit, de eo ac-
cusatur, atq; vt se defendat, negat se
id crimen commisisse: eo enim ipso
virtute ac indirectè affirmat accusa-
torè mentiri, caluniatoreq; esse. Simili modo si ad-
uersus denūciantē aut testificantē de eo crimine il-
lud neget, virtute ac indirectè affirmat illum ea ut
re fuisse mentitum. Querunt ergo doctores, num
quæ ita se defendendo famam alterius lædit, resti-
tuere id damnū illi teneatur.

Est verò in hunc modum distinguendum: Quo-
niam vel qui eo modo accusatur, seruat ordinem
iuris, interrogatur, ita vt, quia iuridicè interroga-
tur, teneatur crimen suū confiteri: vel nondū inter-
rogatur seruato ordine iuris, ita vt crimen suū te-
neatur confiteri, iuxta ea quæ tractatu sequenti ex-
plicanda sunt. Atq; in primo euentu conueniunt
Dd. si accusans, negando crimen suum, damnū
inferat famæ legitimè eum accusantis, vt pœnæ alicuius
grauis: vel quando aliter non possit, compensan-
do id damnū aliquibus aliis bonis. Ratio autem
est, quoniam cum iniuste id damnū dederit, eo quod
iuridicè accusaretur ac interrogaretur, restituere
teneatur id damnū iniuste datum. Meritò autem
dictum est, si negando crimen suum, damnū in-
ferat famæ legitimè illū accusantis: quoniam si re
ipsa damnū illi non inferat, vt vt pluriū nullū
inferet, quoniam non propterea accusans, aut ad-
uersus eum testificans, habebitur mendax aut ca-
lumniator, sed omnes intelliget, vel accusatum o-
mnī modo, quo potest, siue vere siue falso, per falsæ
aut per nefas se defendere, suspiciōs erit accusa-
menti: vel tales erant tunc circumstantiæ, ex qui-
bus credatur, accusantem bona fide & absq; vlla
leuitate processisse ad accusandum, facileq; potu-
isse decipi, in quibus euentibus, vt accusans nullū
famæ suæ detrimentum incurret, ita neque accu-
satus ad vllam restitutionem ea de causa illi tene-
bitur. Ita Caiet. 2. 2. q. 6. art. 2. Et in summa verb. resti-
tutio c. vlt. c. 1.

In secundo verò euentu Caiet. locū citatū ait, si-
ue in iudicio, siue extra iudicium, crimen alicuius
iniuste deregatur, atq; is, qui illud commisit, vt se
defendat, affirmet, vel detestorem non dicere ve-
rum, vel se tale quid non fecisse, vnde indirectè af-
firmet

firmet illum non dicere verum, teneri illi ad restitutionem famæ ita læsi, si eam fortè in aliquo tunc læsit. Si enim eam tunc non læsit, quia is, qui crimen detexit, non reputatur ab id aduentibus mētibus, iuxta ea que in precedenti euentu dicta sunt, non teneatur illi ad vllam restitutionem, vt est perspicuum. Solum verò admittit Caietanus, accusatum de crimine aliquo vero, non seruato ordine iuris, posse respondere: Nego proposita. Probenitur. Non asserendo falsa ea esse, aut se ea non commisisse. Addit etiam Caietanus, quamuis iniuste eo modo accusans, aut crimen alienum deregens, contra iustitiam peccet, teneaturq; restituere accusato famam, quam ea ratione læsit, & vicissim peccet contra iustitiam accusatus eo modo, qui dicitur aut indirecte dicit, accusantem non verum dixisse, teneaturq; ei ad restitutionem famæ, quam ita læsit. Locum tamen non esse compensationi, sed sibi mutuo eo teneri restituere famam læsam: censet enim in restitutione famæ locum non esse compensationi: quod tamen infra suo loco improbabitur.

Scotus verò in 4. dist. 15. q. 4. Richardus ibidem art. 5. q. 3. Adria. q. de rest. famæ in pr. Et in responsione ad 4. principale, Syluest. verb. rest. 3. §. 3. Sotus 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 4. Nauar. in Mac. 18 n. 48. Maior & Gabr. v. ter. q. in 4. dist. 15. q. 16. affirmant eum, qui in eo secundo euentu negat, se tale crimen commisisse, aut qui falsum id esse asserit, quod ipsi tribuitur, non teneri restituere famam detectori eius criminis. Ducitur. Quoniam licet sit mentitus, atq; si iuramento id confirmauit, peccauerit lethaliter, peccatum tamen illud non est contra iustitiam: quippe cum is iure suo sit vsus, suamq; famam defenderit, quam alius iniuste lacerare est aggressus: quare sicut, qui cum moderamine inculpate turbe, quia scilicet ita erat necessarium ad suam defensionem, suum occidit inuasorem, licet odio id efficiat, lethaliterque contra caritatem peccet, ad nullam tamen restitutionem teneatur, eo quod iustitiam non violauerit: ita res habet in proposito.

Scotus addit, nihilominus, qui ita indirecte famam accusatoris læsit, quamuis non teneatur eam illi restituere suam retractando dictum, sed q; ipsum infamando, teneri tamen restituere illi famam per verba quædam sobria, vt dicendo, non existimeris illum calumniato rem: credo enim eum bonam habuisse intentionem, arbitratumq; fuisse se probare posse suum intentum. Sotus verò, Maior, & Syluester locis citatis merito aiunt: Si Sotus intelligat, illum ad id teneri de iustitia, falsum id esse. Quoniam accusatus non peccauit contra iustitiam se ita defendendo: eaq; de causa non teneatur de iustitia ad vllam restitutionem. Si autem intelligat ex caritate, verum esse id, quando spes esset, ea via instaurantam esse famam illius. Sotus tribuit Scoto affirmasse, eum, qui suum crimen negauit, de quo accusatur aut interrogatur, conseruato iuris ordine, peccasse contra republicam. Contrarium tamen aperte ibi Scotus affirmat.

Quamuis opinio Scoti, & aliorum hæctenus explicata ac limitata, nobis proberur, arbitror tamè cum Ledesinio 2. 4. q. 18. art. 2. limitandam adhuc esse, vt intelligatur esse veram, quando is, cuius crimen iniuste fuit detectum, non aliter sufficienter ac tunc credit se consulere suæ propriæ famæ, quam negando, se id crimen commississe, aut asserendo, falsum esse, quod de ipso dicitur. Si enim credit, se aliter sufficienter consulere suæ famæ, vt dicendo probet, quæ obicit, aut negando quæ obicitur, si iustitiam obediens consulendo, non qui dem de falsitate eorum, quæ dicuntur, sed de mendacio & calumnia ex parte illius, sanè contra iustitiam peccat, restituereq; teneatur eam famam partem, quam eo modo excedendo in sui defensionem læderet. Ratio autem est, quoniam iustitia tolli

facere in defensionem propriam permittit, quantum est satis, vt tunc quis se defendat: excessus verò est iniustus. Si tamen non occurrit hæc premeditari ac taxare, excessusq; non est talis ac tantus, quem quiuis facili, si animaduertere veller, intelligeret necessarium ad tutam defensionem non esse, sanè non auderem iniungere ita excedenti restituendi onus: quoniam redacta culpa alterius ad eas angustias defendendi tuac subitò suam famam, non facile hæc occurrunt, vt ad illa attendat, eaq; expendat, aut excessum euitet: Adde, si se ita defendendo cum eo excessu, non integre suam famam compurgauit, sed suspicio aliqua apud audientes manet, ne forte id crimen commiserit, tunc compensare posse damnum, quod, se defendendo cum excessu ultra limites sibi concessos, illi alteri intulit cum damno sibi ab altero iniuste illato.

Illud in hac materia propter Sotum & alios admouerim: Eum, qui in iudicio non seruato ordine iuris accusatur ac interrogatur de aliquo crimine, quod verè commisit, posse absque mendacio affirmare, se id non commisisse, licite iure iurando confirmare, intelligendo, vt illud confiteri teneatur. Ratio autem est, quoniam iustus iudex in eo solo euentu, in eorū solo sensu, interrogat: quare responsio illa verum continet in sensu, in quo iustus iudex interrogat, interrogare ve intendet. Ei verò iudici, qui non legitime interrogaret, non teneretur respondere ad peruersam mentem ita interrogantis, sed satis esset si responderet in sensu aliquo vero, quem ea verba haberent, respondendo ad mentem legitime interrogantis. Hæctenus de restitutione famæ, quando læditur, falsum crimen siue directe siue indirecte, alicui imponendo.

S V M M A R I V M.

1. Cum fama iniuste læditur detegendo crimen alicuius verum, aut notum alicuius verum, tunc fama restituenda non est retractando, quod vere fuit dictum. Sed si amphibologia aliqua ea existimatio à detegente id crimen, iniuste mentibus audientium effecta, euelli à mentibus illorum possit, ea est vtendum: euulsaq; omnino ea existimatio à mentibus illorum, sufficiens est facta restitutio illi, cuius fama iniuste fuerat læsa.
2. Vtq; modi amphibologiarum.
3. Amphibologia, si iam atq; agnoscat esse vsum ad restituendam famam, quando crimen verum fuit iniuste detectum, inuites ad id omnino reddunt, vel simpliciter, vel apud eos, qui id norunt, atq; agnoscere possunt.

DE RESTITVTIONE FAMÆ LÆ-
(2 iniuste detectione criminis veri, notæ ve
vere alicuius.

DISPUT. 44.

Quando fama iniuste læditur detegendo crimen alicuius verum, aut notam alicuius veram, conueniunt doctores, tunc famam restituendam non esse retractando, quod vere fuit dictum, quoniam id esset mendacium, quod pro nulla re mundi est proferendum: eo quod sit in intrinsece malum. Conueniunt item, si amphibologia aliqua ea existimatio à detegente id crimen aut notam, iniuste mentibus audientium effecta, euelli à mentibus illorum possit, ea esse vtendum: euulsaq; omnino ea existimatio à mentibus illorum, sufficiens est facta restitutionem illi, cuius fama iniuste fuerat læsa. Nisi forte ante eam famam restitutionem ex preriterita infamia subsequuta fuissent dāna aliqua iurati cessantis aut iacturæ alicuius: tunc enim hæc essent

essent illi restituenda. Quod si infamia permanent est, nec eo modo euelli possit, ait *D. Thom. 2. 2. q. 62. a. 2. ad 2.* & cum eo *Adrian. quodl. 11. q. 1. lit. S. & doctores* communiter, non solum in hoc euentu, sed etiam in quocumque alio, in quo sit obligatio restituendi famam, neque fama laesa possit aliter reparari, compensationem eius iniuste laesionis faciendam esse in aliquibus aliis bonis prudentis arbitrio.

D. Thomas & Scotus *locis citatis*, ac quidam alij, sequentes suadent amphibologias ad famam restituendam, quando crimen verum (idem intellige de nota vera) fuit iniuste detectum, & permanet infamia. Ut detegens illis, quibus illud detexit, dicat: Male dixi, tale vel tale de tali dicendo, iniusteque illum infamaui. Nequaquam id credaris. Ita his eam verbis nullum interuenit mendacium. Cum enim peccauerit id dicendo, vtrique male id dixit. Verè item iniuste illum infamaui id de illo dicendo. In eo item, quod suadeat, vt id non credant, neque mendacium interuenit, neque mali aliquid continetur.

Recentiores tamen theologi meritiò obseruant, quamuis is restituendi modus sufficiens fortè esset apud aliquos rydes, quando verisimiliter crederetur, ea via depellendam omnino à mentibus eorù esse malam illam existimationem, quam de eo proximo conceperant: insufficientem tamen esse apud eos, qui iudicio, polserunt. hi enim cū attenderent, famam ita restituentem non aperte absterere se falsum dixisse potius ea via confirmarentur verum id fuisse quod audierunt, quam ab eorum mentibus mala existimatio, quam conceperant, euelleretur. Praesertim si de hoc modo famam restituendi, quando verum crimè fuit detectum, notitiam aliquam habeant.

Maiores in *4. dist. 15. q. 16.* hunc modum restituendi famam in hoc euentu suadent, vt qui iniuste crimen verè detegendo infamaui, dicat: Quando tale quid de tali dixi, existimabam, verum esse adhibita postea diligentia, inueni, me male id affirmasse.

Ego hunc etiam modum aliquando suasi, vt dicat: Quod de tali dixi, ex mea sane malitia id dixi, atque, si opus fuerit, iuramento confirmabo, ex mea malicia me id dixisse: vnde id omnino non credatis, talemque existimationem de mentibus vestris deponite. In quo sanè modo restituendi famam nihil mendacij continetur: quippe cum ex nequitia propria id proferentis emanauit detectio illa iniusta criminis alieni.

Alij recentiores hanc aliam amphibologiam excogitauerunt, vt cum duplex sit veritas, sermonis, scilicet vitæ, quæ in eo est posita, & quod operamur, cum lege Dei consentiat: & per consequens duplex etiam sit falsum, seu et mendacium, vnum, quod contrarium est veritati sermonis, & alterum, quod contrarium est veritati vitæ, & in eo est positum, quod cum lege Dei, non consentiat, sed ab ea discrepet, de quo non semel mentio fit in scripturis facris: cum, inquam, hæc ita sint, qui crimen verum de aliquo iniuste detexit, dicat, quod de tali dixi, falsum esse comperi, aut comperi esse mendacium, vel falsum aut mendacium tunc affirmauit, intelligendo de falso aut mendacio, contrario veritati vitæ, ita vt sit sensus id dicendo, transgressus sum legem Dei, seu peccauit: quod est verissimum. Neque hæc amphibologia caret maxima probabilitate. Quando tamen ex ea, aut ex aliqua alia, longè maior infamia sequeretur ei, qui eo modo restituere aggredereur famam, quæ esset infamia restituenda, obligatio non esset eo modo restituere famam, vt ex dictis disput. præcedentibus satis constat.

Illud circa hos omnes modos est obseruandum, statim atque agnoscat, eis esse vsum ad restituendam famam, quando crimè verum fuit iniuste de-

tectum, inuitiles ad id omnino reddi, vel simpliciter, vel apud eos, qui id norunt aut agnoscere possunt. Atque vltimum, si introducat, aut sciatur, præiudicium afferre ei modo restituendi famam, quando crimen fuit illi iniuste positum, de quo *Disp. 41.* est dictum. Quando enim quis, etiam sub iuramento, affirmauit, se falsum aut mendacium dixisse, suspicabuntur id audientes, eum intelligere de falso aut mendacio, contrario veritati vitæ, & non veritati sermonis, nisi aliquid addatur, quo omnino constet, non de veritate vitæ, sed de veritate sermonis id intelligere ac proferre.

Hæc itaque de re non alia regula aptior potest tradi, quam si attenda qualitate eorum, qui criminis veri detectionem audierunt, attentisque cæteris circumstantiis concurrentibus aliqua amphibologia ex his, vel alia, quam penitens aut confessarius adiuuauerit, credatur euellere sufficienter existimationem illam, cuius penitens iniusta fuit causa, tunc ea via penitens famam restituat. Si item spes sit, ea amphibologia minuendam esse infamiam, idem quoque remedium præstetur. Reliquum verò infamiae quod remanserit, laudibus saltem eiusdem de aliis illius bonis ea dextereat compensetur, vt tantum famæ illi ea via accrescat, vel apud eosdem, vel apud alios, quantum quo ad illud aliud remanet illi de infamia. Atque eodem modo compensanda est fama, quo tuncque fama iniuste ablata resarciri non potest. Ita tradunt *Calet. 2. 7. q. 62. art. 2. ad 2.* *Socus in resp. ad 4. citata.* *Nauiar. in Manu. 18. p. 45.* & alij. Est autem hic modus compensandi famam, quando resarciri non potest, melior cæteris: eo quod ad æqualitatem boni eiusdem generis compensetur. Quando autem neutro prædictorum modorum restituere possit, compensanda est honore, reuerentiam illi exhibendo, aut alios honoris actus erga illum exercendo, vltra eos, quos aliqui illi exhibuisset, qui proportionem quandam eam famam compensent, consonatque *D. Thom. 2. 2. citata* in responsione ad 1. Cum enim honoris bonum, affine maxime sit bono famæ, quando famam bono eiusdem generis non potest omnino compensari, restitui accomodatiusque ad ipsam referri naturam compensabitur honore, quam aliquo alio bono. Beneficiis etiam ac pecunia compensari poterit, quando alia non occurrerit via. Satisfactio autem bonis spiritualibus, vt Deo offerendo de propriis satisfactionibus pro illo, quantum sua diuina maiestas indicauerit ad id esse satis, vel sacrificia & orationes pro illo offerendo, si ille adhuc viueret, nec contentus esset eo satisfactionis modo, non sufficeret: quoniam velut pro nihilo id duceret, vt *trad. præcedente Disputatione de usum quæst. 2.* de satisfactione in bonis spiritualibus pro domino corporis, honoris, aut fame, que viuo fieri, dictum est. Si autem iam esset defunctus, neque constaret eum esse in inferno, sufficeret sanè ea satisfactio ac restitutio. Quoniam restitutio pro eis bonis ipsi defuncto, & non hæredibus illius, est facienda: eo quod bonum famæ & honoris transferibile non sit ad hæredes, neque hæreditariò iure ad ea bona habet ius defuncto verò in eo statu magis grata erit satisfactio in bonis spiritualibus, quam in quibuscunque aliis bonis, vt *Disput. dictum* est. Si autem constaret illam esse in inferno, nulla profus restitutio deberetur, tam illi: quoniam iam non esset proximus, neque in eo vllant ei efficeremus iniuriam, quam hæredibus illius: quoniam illi ius non habent ad eam restitutionem, vt verumque *Disp. citata* est dictum.

S V M M A R I V M.

1. Restitutio famæ non transit ad hæredes illius, cuius iniuste sunt læsa, quasi illis debeatur, sed fieri debet defuncto, nisi constet eum esse in inferno. Intellige, quod si famam defuncti læsam præiuste sumptam.

2. Damna lucri cessantis aut lactura in bonis externis, si qua sequuta fuerunt ex infamia iniuste defuncto damni viueret illata, debentur heredibus defuncti.
3. Quando aliquis qui dum vixit infamatus iniuste aliquem, eam infamiam illi non restituit, obligatio eam restituendi transit ad heredem ipsius.
4. Quod si ex lesione iniusta fame, damna a'ia in bonis externis lucri cessantis aut lactura alicuius iniuste infamato sunt facta: tunc, si is qui damnum fame iniuste dedit, ea alia damna dum viueret non restituit, tenentur heredes illius illa ei restituere, aut etiam heredibus illius, si ille iam defunctus sit.

VTRVM FAME RESTITVTIO fieri debeat heredibus eius à quo iniuste ablata est, & transeat obligatio eam efficiendi ad heredes eius, qui iniuste eam auferunt. Et quid, quoad vtrumque, de damnis, quæ ex ea fame obligatione sequuta sunt. Et quomodo hæc sint restituenda.

DISPUT. 45.



EX dictis in calce Disputationis precedentis liquet, restitutionem fame non transire ad heredes illius, cui iniuste fuit lesa, quasi illis debeat: sed fieri debere defuncto, nisi cõstet eum esse in inferno, proximumque proinde iam non esse tunc nulli deberetur ea restitutio, vt in calce disputationis precedentis est dictum. Intelligendum tamen est id, quo ad famam defuncti læsam præcisè sumptam. Quod enim cum defuncti fama læsa etiam esset fama filiorum eius, aut aliorum illi coniunctorum, tunc quatenus simul iniuste esset læsa fama horum, vtique ipsis restitutio deberetur, non quidem fame defuncti, sed fame ipsorum vnà cum defuncti fama iniuste læsa. Item quando defunctus actionem iniuriarum intentauerat pro fama sibi læsa, litemq; contestata ex hac vita discessit, tunc prosequi eam actionem ad heredes ipsius attinet: atque, si ciuilis actio fuerat intentata, pœna pecuniaria, aut transactionem circa illam facere, ad heredes attinet, iuxta ea quæ tractatu præced. Disp. 43. & alibi dicta sunt. Præterea quæ iniuria quo ad honorè & famam fuit facta defuncto post illius mortem, ad heredes & cõsanguineos illius attinet in eam pro ea iniuria actionè, eamque prosequi, vt Disp. 38. dictum est. Illis tñ, meo iudicio, nulla restitutio pro ea infamia, quatenus defuncto est iniuste illata, debetur in foro cõscientiæ, sed defuncto debetur restitutio fame illius quamdiu infamia perseuerat. Quod autem iniuriarum actio in foro exteriori heredibus ac cõsanguineis defuncti concedatur ac competat pro ea infamia, ipsique adiudicanda sit pœna, si ciuilis actio intentetur, idcirco ciuili iure est meritò sancitum, vt ea iniuria atque infamia defuncto impunita non maneat, essetq; qui in hac vita partes defuncti ea in re ageret: nulli verò meliùs ad id cõstitui potuerunt, quam heredes & cõsanguineis defuncti.

Quod verò attinet ad damna lucri cessantis, aut iacturæ in bonis externis, si quæ secuta fuerunt ex infamia iniuste defuncto dum viueret illata, illa sanè debentur heredibus defuncti. Quoniã quemadmodum succedunt in bonis omnibus externis defuncti, ita ius ad eos transit ad bona omnia externa, quæ defuncto debebantur. Imò verò, vt ex dictis tractatu præcedente Disputatione 43. liquet, actio eis concedi in foro exteriori debet, vt si probet eam iacturam fuisse passum defunctum in bonis suis externis ex detrimento in fama illius iniuste illato,

ipsis tanquam successoribus in bonis omnibus externis defuncti soluantur; est defunctus nullam eam de re intransisset actionem, in eodè tamen ea damna dum viueret non remisisset.

Verùm autem si aliquis, qui dum vixit aliquem iniuste infamauit, illam infamiam illi nõ restituit, obligatio eam restituendi transeat ad heredes ipsius: Adrian. quodl. 1. q. 1. b. t. S. citat., & cum illo Nauar. in Mann. c. 18. n. 46. respondent affirmanter, aiuntque id habere locum etiam in exteriori foro. Ea verò sententia nobis probatur, iuxta ea quæ de damno corporis vitæ ac membrorum tract. præced. Disp. 45. dicta sunt. Cùm enim fama iniuste ablata pecunia saltem restituenda sit, quando aliter non restituitur: debitumque pecuniarum ad heredes transeat debitoris, vt scilicet illud defuncti loco iuxta vires hereditatis restituere teneatur: consequens profectò est, vt heredes eius, qui iniuste infamauit, restituere teneantur damnum fame quod defunctus iniuste inulit, nec restituit. Cùm verò, vt ibidem dictum est, nec maior nec alia obligatio transeat ad heredes, quam sit illa, quam defunctus habebat, sanè sicut defunctus restituere poterat famam iniuste à se læsam, compensando eam laudibus infamati, aut honore illi exhibito, vel orationibus & propriis satisfactionibus applicatis pro infamato iam defuncto, vt disp. præced. & tractatu præcedente Disp. 34. dictum est, ita heredes eius, qui iniuste infamauit, simili quoque modo satisfacere possint.

Quod si ex lesione iniusta fame damna alia in bonis externis lucri cessantis aut iacturæ alicuius iniuste infamato sunt sequuta, tunc constat si is, qui damnū fame iniuste dedit, ea alia damna dum viueret non restituit, teneri heredes ipsius illa ei restituere, aut etiam heredib' illius, si ille iam defunctus sit. Quoniã id pecuniarum debitum in heredes eius, qui illud dedit, transit, vt iuxta vires hereditatis illud soluant ei, qui illud passus est, heredibusque illius, si ille iam defunctus sit, vt cõstat ex dictis tractatu præcedente Disp. 43. & aliis sæpe, nemini que ea de re potest esse dubium.

Sotus 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 4. ait eum, qui verum crimen detegendo causa fuit iniusta, vt infamatus, vnà cum fama, detrimentum in bonis externis diuiciarum patere, teneri quidem ad restitutionem illius, sed non integre: vt integre teneretur, si merendo infamasset, atque ita infamando vitæ causa esset eiusdem detrimenti. Meritò à Nauarro reprehenditur in Mann. c. 18. n. 45. Quoniã cum verum diceret iniuste illum infamauerit, atq; ita iniuste illū infamando, verè vitæ fuit causa iniusta totius illius alterius damni inde subsecuti, non secus atque si merendo infamiam illud que aliud damnata vitæ fuit iniuste de disse, sanè ad integram restitutionem illius alterius damni iniuste vitæ dati teneretur, nihil impediens, quod, cæteris paribus, grauius peccasset, crimen illi imponendo, quam verum illius crimem iniuste detegendo: satis quippe est, iniuste dedisse totum id damnū, præsertim interueniente lechali culpa, vt ad integram illius restitutionem teneatur.

Ibidem Sotus addit, in restitutionibus faciendis detrimenti in rebus externis ex iniusta fame lesione subsecuti, pensandam esse possibilitatem eius, qui restituere tenetur. Addit, Quis quæso restituere valeat, si impedimento ei, quem diffamauit, fuit, ne Episcopatum aut egregiam cathedram amplissimam ve dignitatem obtineret. Debet ergo (inquit) in hisce euentibus consilium teneri sapientium. Quod si iis verbis Sot. intendat, nõ esse obligationè restituendi tantum, quantum similis damna prudentis arbitrio estimabuntur, vt ita erant in spe, eumque, qui id damnū dedit, aliter in possibilitate deobligari ad restituenda parte damni illius, quam si tantumdem furatus esset, falsa profecto est ipsius

ipsum sententia, nobiscumque consentit Nauarrus loco citato ad finem, n. 43. Nisi enim remissio per eum fiat, qui id damnum est passus, sanè restituere tenetur id damnum integrum: acque, si propter impossibilitatem partem aliquam non restituat, obligatio illi remanet paulatim eam restituendi postea, quando poterit, ac si potuerit.

S V M M A R I V M.

1. Repetitio nonnullis de honore laeso dicto vel facto transiit fit ad Disputationem presentem.
2. Quando iniuste facta aliquo aut dicto contumelioso honor leditur, seu potius existimatio alicuius, tenetur is, qui ita existimationem iniuste lesit, restituere illi quantum id damnum permanens prudentis arbitrio estimabitur, attenda qualitate persone, & aliis circumstantiis. Insuper restituere illi tenetur, si inde aliud damnum lucri cessantis aut iactura alicuius in bonis externis dantiarum fuit illi sequutum.
3. Modus in restitutione famam iniuste lesa se tenebitur, exhibendo infamato honorem & reverentiam, se illi subitendo, veniam ab eo petendo, tantum laudis ei accumulando, ut ad aequalitatem illi honor compensetur, qui iniuste lesus est.
4. Si is qui contumeliam intulit, aliter non possit ad aequalitatem satisfacere in bonis honoris & famae, quam petendo veniam, neq. offensus contentus esse vellet satisfactione in bonis externis, sed exigeret ut, qui iniuriam intulit, veniam ab ipso peteret, tenetur tunc is id praestare offenso, neq. satis est, si satisfacere velit in bonis externis.
5. Praeter restitutionem ob lesionem in existimatione explicatam, non debetur alia restitutio ob id praecise, quod contumeliosus actus fuerit contra honorem ei debitum, cui ea contumelia illata fuit.
6. Quando adulterium latet, ita ut soli adulteri illud sciat, nulla debetur restitutio: nisi ex eo adulterio suscepta sit proles, vel id adulterium damnum aliud adiunctum habeat.
7. Quando contumeliosus actus est talis, ut nulli damnum corporis aut bonorum externorum relinquat, tunc est id eiusmodi actus ante factum eius fiat, cui contumelia inferretur, si se factum esse sciat, si tamen alteri factum esse ignorent, aut is ipse solus, qui eam contumeliam est passus, in causa fuerit, ut ad notitiam aliorum deveniret, nihil ei debetur restitutionis.
8. Quando contumelia vni facta quasi redundet in personas illi conuenientis ob amicitiam, consanguinitatis, aut aliam similem rationem, nulla confertur obligatio quicquam restituendi personis coniunctis pro infamia.

DE RESTITUTIONE FAMAE INIUSTE FACTO ALIQUO LESA. Et vniuersim de restitutione honoris iniuste lesi.

DISPVT. 26.



Disputatione 23. ostendimus, famam non solum signo aliquo iniuste lesi, sed etiam facto, conlurgereque obligationem eam restituendi. Diximus item in contumeliis, quando notitia quod illatae sunt, ad alios peruenit, plus iniuria affectum estimare iacturam famae, quam ex eo patitur, quod ad alios notitia deueniret ipsi illatas esse, quam estimare iacturam honoris, quam est passus, dum illatae ipsi sunt. In existimatione enim eorum, ad quorum notitiam id deueniret, parum pendetur, qui alapa aut fuste lit percussus, aut cum suis vxore adulterium sic commissum, vel qui a-

liam similem iniuriam sit passus, quo usque iuxta leges huius seculi debita vindictam tumat, neq. coram illis apparere audebit. Hac de causa ibidem dicebamus, quando scientibus aliis facto aliquo aut dicto ignominioso honor alicuius leditur, conlurgere longe maiorem obligationem restituendi famam illius, quae simul cum honore fuit lesa, quam honorem eodem facto aut dicto ignominioso lesum. Manet quippe, qui eam contumeliam est passus, obnoxius despectui atque sine honore in eorum existimatione, qui id norunt: quod sanè ad famam seu existimationem de illo spectat: hoc quoque potissimum cupit refarcire. Imò verò hoc videtur esse, quod doctores restituendum esse docent, quando affirmant restituendum esse honorem iniuste lesum, seu iniuste ablatum: hoc quippe habet rationem damni permanentis in futurum ob abiectionem ac viliozem existimationem, quae de illo in his manet, qui id norunt, satique consentaneè ad hoc loquitur Diuus Thomas 2. 2. q. 62. artic. 2. ad 3. dum sic ait. *Ad tertium dicendum, quod actio contumeliam inferenti non potest fieri ut non fuerit. Potest tamen fieri ut eius effectus, scilicet diminutio dignitatis persone in opinione hominum, reparetur per exhibitionem reuerentiae.* Non verò doctores intelligere videntur, restituendum esse honorem quo ad hoc praecise, quod factum aliquid sit contra honorem ac reuerentiam, quae alicui debebatur. Id enim transiit, neque damnum in persona, quae eo actu inhonorata fuit, reliquit, eoque ipso, quod transiit, subire cepit rationem solius iniuriae sumptae praecise à damno dato, cui certa poena responderet, non verò responderet vlla restituendi obligatio, ut sepe in praecedentibus est dictum arque ostensum. Iuxta hanc ergo doctrinam dicenda sunt ea, quae praecedente Disp. 88. 100. & aliis, in hunc locum referuimus.

Prima conclusio est. Quando iniuste facta aliquo aut dicto contumelioso in hoc sensu honor leditur, seu potius existimatio alicuius, quod deinceps apud alios, qui id norunt, abiectione ac viliori existimatio de illo habebitur, tenetur, qui ita honorem seu potius existimationem ac famam iniuste lesit, restituere seu compensare illi, quantum id damnum prudentis arbitrio estimabitur, attenda qualitate persone, & attentis ceteris omnibus circumstantiis concurrentibus. Insuper restituere illi tenetur, si inde aliud damnum lucri cessantis aut iacturae alicuius in bonis externis dantiarum fuit illi sequutum.

In priori parte huius conclusionis id circo apposta fuit pars illa: id damnum permanens: quoniam si damnum iam esset abolitum, vel morte eorum omnium, qui factam fuisse eam contumeliam noverunt, vel obliuione, obligatio non est restituendi id damnum, quod iam non existeret, ut ex dictis praecedentibus disputationibus constat. Eadem ratione, si is, qui id fuit passus, competentem, iuxta seculi huius leges, de illo vindictam sumpsisset, non conferretur manere, eaque de causa obligatio non esset illud restituendi. Adde, in eo euentu locum esse compensationem vnus damni cum alio, iuxta ea quae dispu. sequenti dicenda sunt. Quod si compensatio propria vindicta sumpta, non exaret damnum antea iniuste datum, tunc solum incrementum esset restituendum. Praeterea, si contumelia prius illata competentem poena fuisset in exteriori foro punita, vel criminali vel ciuili, tunc damnum ea illatum non conferretur manere compensandum restitutione aut satisfactione: quoniam iam ea via esset sufficienter punitum ac compensatum. Si autem poena manifestè non exaret damnum datum, neque ea esset contentus, qui illud accepit, tunc in conscientiae foro solum esset compensandum excessus damni, ut est notissimum. Illud est: est obseruandum,

dum, homines regulariter pro eiusmodi damno, & contumelia illato, non solere aliam restitutionem ac compensationem velle, quam eam, quam ipsi sumptuerint vindicando iniuriam illatam: atque est id non audeant aut Dei timore non velint sumere vindictā, soleri & dignari aliam cōpensationem ipsis fieri, maluntque suum potius dampnum ac miseriam sustinere, quam restitutionem ob id dampnum accipere, quæ ipsis apud alios non ea esset ignominia. Imò sunt multi, qui neque venia ab ipsis peti volunt, neque per eum, qui iniuriā illos affecit, neque per tertiam personam: quoniam egre admodum ferrent, mentionem de contumelia ipsis illata eis fieri, eoque ipso de nouo irritarētur ad vindictā per se ipsos sumendā, aut certe optarent potius talē veniam ab eis non peti: in quo euentu constat, eis, qui contumelia affecit, nihil impediēte damno manente in contumelia affecti fama, ex eaque contumelia sequuto, neque ad satisfactionem veniæ petitione esse cogendum, neque ad id teneri. Quod si eiusmodi dampnum in existimatione illius ex adulterio cum vxore illius fuit sequutum, iura impediunt transactionem circa eam iniuriam ac dampnum fieri, verantque intentari civilem actionem ob eam iniuriam ac dampnum, solumque concedunt intentare actionem criminalem, vt ex dictis tractatu procedente à Disp. 46. & rursum à Disp. 39. liquet. Tamen si ibidem sit additum, per missam iam hodie ex tacito consensu ac dissimulatione principum, publicarumve potestatum transactionem priuatam esse, hoc est, transactionem, non instrumētum publico, neque coram ministris publicis, publicæ autoritate, factā, sed inter priuatos ipsos. Tamen si rarissimi sint, qui circa adulterium illam efficiant. In euentibus itaque omnibus explicatis, qui multi nec infrequentes sunt, atque etiam quod id dampnum passus restitutionem remitteret, constat, vel omnino non esse obligationem restituēdi dampnum in existimatione ac fama proximi iniuste contumelia datum, vel maximā ex parte cessare eam obligationē: ita vt, qui id dampnum iniuste dedit, non teneatur id totum restituere, sed solum partem, vt in nonnullis ex his enētibus dictum est. Illud tamen adnouerim, quando qui eam contumeliam idque dampnum iniustum est passus ac sustinet, non admitteret aliam satisfactionem, credendum esse, gratum illi futurum, vt honor & reuerentia maior solita illi exhibeatur, & augeatur alius viis fama, bonaque existimatio de illo, obsequiaque illi præstentur, dummodo ea dexteritate hæc omnia fiant, vt non sentiantur ac intelligantur fieri in recompensationem ignominie præteritæ, ita vt illa præteritam ignominiam in hominum memoriā reuocent. Atque ea via curare is debet, qui dampnum famæ contumelia intulit, illud resarcire, si non integre, certè ex parte, idque præcipi illi à confessoris deberet. Quarens itaque locus & obligatio erit fieri restitutionem pro damno honoris & famæ contumelia iniuste dato, intelligenda est prior nostræ conclusionis pars: non verò quando prædictis aut aliis similibus modis cessat ea obligatio, vel omnino vel magna ex parte.

Ea itaque prior pars ita intellecta ac explanata facile patet. Quoniam tunc fama iniuste læsa manet contumelia antecedente: eaque læsio dampnum est permanens, pendensque in futurum: ergo obligatio erit illud restituēdi, quantum arbitrio prudentis æstimabitur, attentis circumstantiis omnibus concurrentibus: nisi, qui ad id alioquin ex natura ipsa rei teneretur, ex aliquo ex capitibus explicatis, vel ex alio simili, omnino aut ex parte, ab eo restituēdi onere liberetur.

Ex ea prior conclusionis parte ita comprobata, explicata, ac intellecta, sequitur primò. Eum, qui alapa aut fuste alium ignominiose percussit, aut

pedibus illum cōculcauit, vel barbam illius ignominiose apprehendit, aut præcidit, vel euellit, vel aliquo alio ignominioso facto, scientibus vel aliis, contumelia illum affecit, ex natura rei, nisi ex aliquo ex capitibus explicatis, aut ex alio simili, omnino aut ex parte accusetur, teneri illi restituere, quantum æstimabitur infamia, quæ inde illi resultat: quæ sanè eo maior erit, plusque æstimabitur, quo plures eam sciunt, & quo factum fuerit ignominiosius, atque quo persona, cui ea contumelia illata est, dignior ac præstantior fuerit: ex his enim, & ex ceteris omnibus circumstantiis concurrentibus, pensanda est quantitas illius, dampnumque ex illa resultat, vt ad æqualitatem compensetur.

Ex eadem parte secundo sequitur, si aliquis, id aliis scientibus, adulterio aliena abutatur vxore, vel aliquo alio actu, qui cedat in marii infamiam ac vilipendium, vel illam infestando, si nistram suspicionem generet, quæ in infamiam marii cedat, teneri eum similiter ex natura rei marito illi restituere, quantum ea infamia æstimabitur, nisi similiter ex capitibus explicatis, aut ex alio simili, ab ea obligatione vel omnino vel ex parte excusetur. Ea autè infamia eo maior similiter æstimabitur, quo plures culpa eius, qui id crimen patratu est, & nouerint, & quo maritus dignior fuerit, & quo plures alie circumstantie illam aggrauantes interuenierint. Imò verò si eam mulierem inuitam infestetur, aut quamuis aliam, eaque de causa mulier illi infamia sequatur, est cum illa nihil inhonestum habeat, tenetur similiter ei restituere, quantum ea infamia ei æstimabitur, quin & omnia alia damna inde ulterius sequuta, vt tractatu procedente Disp. ult. conclusio. dictum est.

Ex eadem parte tertio sequitur, si quis vi mulierem aliquam opprimat, aut aliquid aliud ei mulieri ignominiosum cum ea, ipsa inuita ac inuoluntariè mixtè consentiente, habeat, ita vt culpa eius, qui eam iniuriam illi infert, noticia eius rei ad alium alium aut ad alios deueniat, teneri eum illi restituere, quantum æstimabitur infamia inde illi subsequuta, attentis circumstantiis omnibus concurrentibus.

Idem intelligendum est, quando ex quocunque alio facto aut dicto contumelioso, vt dicendo alicui, mentiris, aut aliud simile contumeliosum, infamia ac vilipendium in existimatione eorum, qui nouerunt eam contumeliam illi esse factam, ei sequitur.

Modus verò restituendi existimationem ac famam in enētibus explicatis, quatenus, iuxta ea quæ dicta sunt, ad id is tenebitur, qui iniuste honoris ac famæ præiudicauit. Honorem ac reuerentiam infamato exhibēdo, se illi subiiciendo, ac veniam ab illo petēdo, laudibus illius, & aliis similibus rationibus, quatenus illi grata & vtilia hæc omnia, iuxta hæc tenus dicta, erant, & non quando exacerbare magis possunt, nec prodesse, tantum honoris & famæ illi accumulare atque augere, vt ad æqualitatem illi compenset honorem seu existimationem ac famam, quam iniuste læsit. Talis enim satisfaciendi modus, si ad æqualitatem id fieri possit, est optimus: eo quod ad æqualitatem bonis eiusdem generis compenset dampnum iniuste illatum. Quod si is, qui honoris ac famæ alterius iniuste præiudicauit, non eo modo ad æqualitatem potuerit compensare dampnum quod dedit, & quod teneretur restituere, ob maximam læsionem in existimatione ac fama, cuius fuit causa, vt si alapa vel fuste publice nobilem percussit, vel fite ita cum vxore illius est adulteratus, vt publicum id sit factum, tunc teneretur alius bonis compensare, quod ea alia via ad æqualitatem compensare non potuerit. Et quidem si infamatus adhuc viuat, nec contentus sit compensatione in bonis spiritualibus, vt regulariter contem-

tus non erit, tenetur id compensare pecunia aut aliis externis bonis, si infamatus id ita velit. Plerique enim dedignabantur talem satisfactionem accipere, aut eis offerri, ut supra dictum est. In dubio tamen infamatus tunc satisfactionem in eis bonis velit, tentandum erit, an eam velit, ut illi significatio talis vult tibi satisfacere, vide quam ab eo satisfactionem velis. Atque quomodo periretur velle eam in bonis externis, melius multo satisfactionem cum illo fieret, petendo ab eo ut aliquid remitteret, & ut contentus esset tanta vel tanta satisfactione, quam arbitrando vsque ad vitium indubie, quantum illi ad aequalitatem debeatur, ut tractatu precedente in similibus euentibus est dictum.

Ledefinius 2. 4. q. 1. 8. art. 2. ait. Si is, qui contumeliam intulit, aliter non possit ad aequalitatem satisfacere in bonis honoris & fame quam petendo veniam, neque offensus contentus esse vellet satisfactionem in bonis externis, sed exigeret, ut qui iniuriam intulit, veniam ab ipso peteret, teneri eum id praestare offenso, neque sufficere, si satisfacere vellet in bonis externis. Ratio autem est, quoniam satisfactio fieri debet in eodem genere bonorum, si id sit possibile, & is, cui fieri debet, contentus non sit alio genere satisfactionis, ut poterit rationabiliter nolle esse contentus. Idem inuicem Caiet. dub. 5. ait. Quare, inquit Ledefinius, abfoluendum non erit poenitens, qui noluerit veniam petere pro contumelia illata, quando offensus contentus non est alia satisfactione, neque qui offendit, aliter ad aequalitatem potest satisfacere in bonis honoris & fame. Quia vero privati religiosi bona externa non habent, quibus contumelias ad se illatas compensent, neque regulariter aliis bonis honoris & fame possunt eas ad aequalitatem compensare, statuit Augustinus in Regula, eos petitione veniam teneri illas compensare: maxime quia expedit religiosos signa humilitatis exhibere, quibus damnum, quod per superbiam intulerunt, compensent. Praeterea ea de causa competentes alias poenas eis imponere ob eas culpas, atque in satisfactionem offensus, debent. Quando vero iniuste infamatus defunctus iam esset, cum ipse bonum honoris ac fame ad haeredes suos non transeat, sane defuncto ipsi, & non haeredibus illius, est facienda restitutio eius laesionis. Quare cum in eo ita plus ille gaudeat bonis spiritualibus, quam aliis bonis, utique in spiritualibus bonis esset restitutio facienda, offerendo de propriis satisfactionibus pro illo, quantum Deus iudicauerit ad id esse satis, aut offerendo pro illo orationes & sacrificia modo in precedentiibus saepe explicato. Quod si confecerit, eum esse in inferno, tunc ut non essetiam proximus noster, ita neque vlla satisfactio ei deberetur, ut etiam in superioribus saepe est dictum.

Posterior vero conclusionis pars, nempe si ita infamato damnum aliud in bonis externis diuitiarum lucri cessantis, aut iacturae alicuius, ex ea infamia sit etiam sequutum, id quoque restituendum illi esse, ut si is, qui alapa aut fuste fuit percussus, ea de causa non inueniat mulierem, cum qua aequae bene matrimonium contrahat, atque inuenierit, si eam infamia non esset passus: aut si mulier, quae iacturam iniustam in honore & fama est passa, non inueniat virum, cum quo aequae bene nubat, ac si passa non esset eam infamam: restituendum eis esse eam iacturam in bonis externis: ea, inquam, posterior conclusionis pars ab omnibus conceditur, facileque probatur. Quoniam id damnum iniuste fuit ei datum, vnde cum damno in honore & fama: ergo est illi ad aequalitatem restituendum. Quin & in exteriori foro, vnde cum reliqua iniuria iubebitur id illi compensari.

Secunda conclusio. Praeter restitutionem ob laesionem in existimatione ac fama explicatam, non

debetur alia restitutio ob id praecise, quod contumeliosus actus, ex quo ea laesio sequuta fuit, fuerit contra honorem ac reuerentiam ei debitam, cuius ea contumelia allata fuit. Item si exacta illo contumelioso nulla laesio relicta fuit in corpore eius, quae ea contumelia fuit affectus, quia vel non laesit, vel si laesit, in laesura iam ea laesio fuit per naturam, aut facile per naturam, sine sumptibus instaurabitur, nulla restitutio ex eo capite debetur affecto ea contumelia, est ad dolorem eo contumelioso actu passus sit, & est ad laesionem in corpore, eo modo iam instauratam, aut quae facile & sine sumptibus instaurabitur, effecerit. Quo fit, ut pro adulterio cum vxore alterius, praeter restitutionem laesae existimationis ac fame mariti, quae procedente disputatione explicata est, non debeatur ei restitutio alia ex eo, quod id adulterium paratum fuerit contra honorem ac reuerentiam quae in illius vxore marito debebatur. Fit similiter, ut pro publica alapa, vel percussione fuste vel calce, praeter restitutionem existimationis ac fame ea percussione iniuste laesae, de qua procedente conclusione dictum est, non debeatur ita percusso restitutio alia ex eo, quod haec facta sint contra honorem & reuerentiam illi debitam, aut eo, quod ea percussio dolorem, aut laesionem intulerit, quae sine sumptibus instaurata est. Idem intellige de similibus aliis contumeliosis ac ignominiosis actibus. Prior conclusionis pars ex eo probatur, quod in eo praecise, quod contumeliosus actus fuerit contra honorem ac reuerentiam, quae ea contumelia affecto debebatur, nullum certum permanens damnum, sed transit in nudam iniuriam, sine villo relicto damno: pro iniuria vero sumpta praecise a damno non debetur restitutio, sed solum puniri potest ac debet condigna poena, quae ante laeam sententiam non debetur, ut saepe dictum comprobatumque est. Posterior vero pars similiter probatur, quoniam quando laesio corporis non relinquit damnum permanens, nulla debetur restitutio, ut cum Adrian. & Richardo, nemine reclamante, ita, procedente Dis. 38. & aliis saepe dictum est.

Tertia conclusio. Quando adulterii lateret, ita ut soli adulteri illud sciant, nulla debetur restitutio: nisi ex eo adulterio suscepta sit proles: vel id adulterium damnum aliud adiunctum habeat, ut si adultera dona misit de bonis mariti, aut aliud simile damnum habeat adiunctum. Damna enim omnia cum illo coniuncta, aut ex illo sequuta, satis perspicuum est restituenda esse. Praecipuum verò, quod hac conclusione asserimus, probatur. Quoniam pro adulterio quatenus praecise est contra honorem ac reuerentiam mariti, nulla debetur restitutio, ut conclusione precedente dictum. Item nullus vnquam dixit, pro irreuerentia, quae eunti, cui fit, lateret, & quae alios etiam lateret, solique cognita est eam facientem, deberi restitutionem: tale autem quo ad hoc est adulterium, quod solis adulteris est notum. Vnde pro adulterio cognito a solis adulteris, praeciseque sumpto ab aliis omnibus damnis, nulla restitutio debetur. Et quoniam, quae de hac re hoc loco addi poterant, copiose dicta sunt tractatu precedente Disp. 10. non plura circa hanc conclusionem obiciam.

Quarta conclusio. Quando contumeliosus actus est talis, ut nullum damnum corporis aut bonorum externorum diuitiarum relinquat, ut de alapa, de leni percussione ignominiosa fustis aut calceis, & de adulterio ac aliis similibus est dictum, tunc est id eiusmodi contumeliosus actus ante factum eius fiat, cuius ea contumelia infertur, siue factum esse sciat, si tamen ceteri factum esse ignorant, aut is ipse solus, qui eam contumelia est passus, in causa fuerit ut ad notitiam aliorum deueniret, credo nihil ei vi atque in ratione restitutionis deberi. Tenetur ta-

men, qui eam contumeliam intulit, curare reconciliacionem cum fratre suo, veniam ab illo petendo, ac se humiliando, quatenus alterum non irritandum nouerit, signa que pœnitentie, quod didicerit, ostendendo: atque ea omnia precipere ei debet confessarij. Item si in exteriori foro ob eam contumeliam ac iniuriam condemnatur pœna aequali pecuniaria, aut exilij, teneret illam implere: si uero condemnatur pœna flagellorum, aut alia graui corporis, quamuis non teneatur eam ipse executioni mandare, possitque illicite eam euadere, si sine uolentia alicui ministro publico illata possit illam effugere: eam tamen sibi illatam patienter sustinere debet.

Primum, quod hac conclusione asserimus, ex eo probatur, quoniam restitutiono, ut sæpe est dictum, solum responderet damno, in illiusque solius compensationem debetur: in euentu autem nostre conclusionis contumelia illa iniuste illata nullum damnum relinquit: quoniam non corporis, aut bonorum exteriorum, ut in eadem conclusione supponimus, neque famæ: quippe cum contumelia illa illata ab aliis omnibus ignoretur, ut etiam habet eadem conclusio, vel si ea contumelia ab aliis sciat, id non fit culpa eius, qui illam intulit: quod autem is illam sciat, qui eam iniuste intulit, non inducit obligationem restituendi, ut conclusione precedente et fusius tractatu procedente Disp. 100. dictum est: neque item, quod is illam sciat, qui illam est passus, obligationem restituendi inducit: tamen quia ea notitia non pertinet ad infamiam propriam ipsius: tum etiam quoniam facile attendere potest eam contumeliam non sua culpa sibi obuennisse, sed alterius: eaque de causa non est cura de causa uiliorem de C se ipso existimationem habeat: denique actus illis ille contumeliosus relinquit damnum honoris: quoniam in eo præcisè, quod sit aliquid factum contra honorem & reuerentiam, quæ alicui debebatur, nullum damnum, quod permaneat, relinquitur: sed id ira esse iniuste factum, transit in nudam iniuriam, ut conclusione 2. dictum est: consequens ergo est, ut in euentu conclusionis propositæ nihil uiaque in ratione restitutionis debeat.

Secundum uero, quod eadem conclusione asserimus, de curanda scilicet reconciliacione illo modo fratris ea contumelia affecti, ex eo facile patet, quod lumen ipsa natura doceat, eum, qui causam offensionis proximo dedit, teneri pro uiribus & posse illum sedare, eique reconciliari, satisfaciendo illi si quid ea de causa uia restitutionis debet, D

ut si offensus fuit publica & ignominiosa, quæ damnum in fama illi reliquerit: si uero solum illi aliquid debet in pœnam pro iniuria sine damno illata, transigendo cum illo circa eam iniuriam ac pœnam, uel iudicis sententiam expectando, ut pœnam iuste iniunctam soluat: modo illa non fit grauis corporis, quam licitè possit fugere, iuxta id, quod in ultima parte eiusdem conclusionis subiungitur, & tractatu 5. sequenti magis explanabitur: & simul attenda qualitate offensæ, & attentis circumstantiis concurrentibus, se illi humiliando, & ab eo ueniam petendo. Atque hoc est, quod Christus docuit ac præcepit Matib. 5. consentaneè ad id, quod natura ipsa rei caritatisque postulabat, dum de contumeliis illarum agebat, dixit: Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeret munus tuum.

Quando superior est, qui contumeliam absque damno uerbo, aut facto, iniuste subdito intulit, tunc necesse non esset petere ab eo ueniam. Ne, ut Augustinus in regula ait, dum nimia seruatorum humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed satis erit offensione maioris beneuolentiæ, quam esset solita illi ostendi,

A & fauore aliquo illi compensare iniuriam illatam, eumque reconciliare. Quod idem dicendum est de nobili comparatione obiecti, quem contumelia iniuste affectus, & de præceptore comparatione discipuli: neque enim simpliciter tenentur ueniam petere ab ipse, quibus contumeliam intulerunt: sed satis erit aliter fauore & honore illis satisfacere, eosque sibi reconciliare. Atque hoc est, quod uult Caiet. 2. 2. q. 72. art. 3. & in opusculo 17. resolutionum 13. resp. dubio 5. Quamuis esto priuatum, non se coram illis genu flectendo ac se humiliando, illis dicent, parce, quod apud te excessi: ego enim uideo me excessisse, neque me id debuisse facere: non uideo quid autoritatis amitterent, imò potius existimo optimum de se ea in parte exemplum darent, subditoque edificarent. Semper uero darentur ad æqualitatem damnorum illorum satisfacere, uel in honore & laudibus illius uel in aliqua alia re.

Quinta conclusio. Quando contumelia uni facta quasi redundat in personas illi coniunctas ob solam consanguinitatis, aut amicitie, uel aliam similem coniunctionem: ut contumelia facta filio aut filie redundat in parentes ac fratres, arbitrator nullam confurgere obligationem quicquam restituendi personis ita coniunctis pro infamia ac uilipendio, quod ipsos per accidens redundat, iuxta ea que iust. præcedente Disp. vi. quoad restitutionem propter stuprum dicta sunt. Neque enim damna, que per accidens eo modo resultant in personas coniunctas obnoxia sunt restitutioni, ut ita per accidens in personas coniunctas resultant. Lege que ibi dicta sunt.

SUMMARIUM.

1. Nullus cum periculo propriae uitæ tenetur restituere damna honoris ac famæ, quæ prudentis arbitrio longè inferiora sunt uitæ eius, qui eam restitutionem deberet efficere.
2. Sed quando cum fama proximi, eiusdem uitæ periclitatur, uel detrimentum honoris, arbitrio prudentis aquiparatur uitæ eius qui ea damna dedit, aut ferè illi aquiparatur, tenetur tunc qui iniuste eam infamiam insulit cum periculo propriae uitæ eam famam restituere.

CVM QUANTO PERICULO AC detrimento teneatur famam restituere, qui illam iniuste lesit.

DISPUT. 47.

Disputatione 40. iunctis istis que Disp. 41. addita sunt, dictum est, quoad obligationem non sit restituendi famam, quia uel non fuit læsa, uel non fuit iniuste læsa, uel recuperata iam est; saltè obligatione præterite infamie iniuste illatæ, morte uel obliuione suorum, apud quos erat ea infamia. Nunc uero hæc & duabus disputationibus sequentibus est examinandum, permanente ac perseverante damno famæ iniuste illato, existenteque ex natura rei obligatione illud restituendi, ex quibus causis cesset omnino aut ex parte ea obligatio, uel differri possit restitutio, aut restitui possit in aliquo alio bono, etiam non contentiente eo, cui talis restitutio fieri debet: Tamen si euentus alios à Disp. 41. explicauimus, in quibus, quia restitutio fieri non potest bono eiusdem generis, aut non sine longè maiori iactura eius, qui illam facere debet, quam sit fama restituenda, fieri possit ac debeat bono alterius rationis.

Quod ad id uero attinet, quod in titulo huius disp. est propositum, quæ hoc loco dicenda erant, copiose sunt dicta ac examinata tract. præced. Disput. 102. iuncta Disp. 75. 4. tractatu 2. & iunctis aliquibus ex ultimis conclusionibus disp. 37. huius 4. tractatus. Ea uero de causa

de causa breuiter duas regulas statuit loquitur. *præfer-*
tum Disp. 102. cit. fuisus explicatae. Prima est: Nullus
 cū periculo proprię vitę teneatur restituere damna
 honoris ac famę, quę prudentis arbitrio longę in-
 feriora æstimabuntur vitę eius, qui eam restitutio-
 nem deberet efflicere. Neque item restituere tene-
 tur famam alienam cum periculo suę proprię fa-
 mę longę maioris ac pretiosioris, quã sit fama
 restituenda. Teneatur tamen in vtroq; euentu pro-
 viribus & posse vel bonis eiusdem generis vel alte-
 rius generis compensare damnum totum, quod ini-
 iuste dedit, quantum illud hac alia via compensa-
 re poterit. Secunda regula est. Quando cum famã
 proximi vitę eiusdem proximi periclitatur, vel de-
 trimentum famę & honoris illius, aut simul alio-
 rum bonorum eiusdem, quod illi iniuste illatum
 est, & simul fortasse per resuscitantium suis quoq; ar-
 bitrio prudentis æquiparatur vitę eius, qui ea da-
 mna dedit, aut ferẽ illi æquiparatur, teneatur, qui ini-
 iuste eam infamiam intulit, cum periculo proprię
 vitę eam famam restituere. Similiter, quando præ-
 iudicium famę iniuste illatum superat, æquatur,
 aut ferẽ æquatur, in dũrã famę, quam is, qui illud
 intulit, patietur, si illud restituat, sanẽ restituere
 illud teneatur cum ea iacturã suę famę proprię. Ex
 empla locis citatis prospicitur sunt. Vtrãq; autem re-
 gula ex eo probatur, quoniam vnusquisq; restituere
 teneatur damnum à se iniuste datum, cum equali
 aut cum paulo maiori suo detrimento: non verò
 cum detrimento suo longę maiori: tamen si, quan-
 do longę maius detrimentum ipsi ex restitutione
 sequeretur, teneatur aliis viis, quantum pote-
 rit, idem integrum damnum restituere, vt disputa-
 tionibus citatis hæc omnia explanata comproba-
 ta sunt.

S V M M A R I V M.

1. Quando infamia non redundat in tertiam personam aut in communitatem, quę simul infamata maneat de eodem, aut in alios, qui iuris dispositione ex delicto alterius infames maneat, tunc remittente iniuste infamato obligationem restituendi, deobligatus manet is infamis ad obligationem, quę de iustitia tenebatur restituere famam, nihil impediens quod ea infamia redundet in detrimentum aliorum aut reipubli.
2. Quando restitutio honoris & famę fieri deberet in eo ipso bono, in quo quis damnum accepit, ita quod quasi re integranda esset fama læsa, eaq; fama necessaria esset vel ad tollendam scandalum, vel in notabile subditurũ aut reip. bonum, tum lethaliter peccaret, qui remitteret restitutionem talis famę: nisi ex restitutione similita damna sequerentur ex parte eius, qui restituere deberet.
3. Quando fama eo modo non est necessaria, tunc remittere illius restitutionem nullum regulariter est peccatum, sed meritum.
4. Is, cui remittitur obligatio restituendi famam, non peccat, si post eam remissionem illam non restituat, nisi quãdo possit sine suo notabili damno illam restituere.

VTRVM REMISSIO EIUS, CUI DA-
 mnum fama iniuste est illatum, liberet ab
 onere illud restituendi.

DISPUT. 38.



Voin controuersam circa disputa-
 tionem propositam vocari possunt.
 Vnum est, vtrum is, cui damnum famę
 iniuste est illatum, licite remittere re-
 stitutionem illius possit. Alterum ve-

Tom. 5.

ro, vtrum ea remissio sit valida, ita vt, qui id damnum iniuste intulit, liber ab eo restituendo maneat, facta illi ea remissione.

Caiet. locis initio Disp. 37. citatis, quemadmodum affirmat, neminem licite facere posse detrimentum suę proprię famę, quin potius id ex suo genere culpam esse lethalem, cum onere reipublicę restituendi id famę damnum: sic quoq; dicere debet, neminem licite remittere posse restitutionem suę proprię famę atq; si eam remittat, eam remissionem non deobligare eum, cui facta sit, ab onere eam famam restituendi. Ex eodem quippe fundamento 2. 2. q. 62. art. 2. ad 2. affirmat, quo ad famam locum non esse compensationis: sed si duo se iniucem in famam, murus teneri sibi iniucem restituere totam famam, quam iniuste abstulerunt. Idem ex eodem fundamento affirmat Maior initio eiusdem Disp. 37. relatus.

Prima nostra conclusio est: Quando infamia non redundat in tertiam personam, aut in communitatem, quę simul infamata maneat de eodem aut de alio crimine, aut in alios, qui iuris dispositione ex delicto alterius infames maneat, iuxta eę quę Disputatione. 37. conclusio. 4. iunctis iis, quę in calce Disp. 27. dicta sunt, tunc remittente iniuste infamato obligationem restituendi, deobligatus manet is, qui iniuste infamauit, ab obligatione quę de iustitia tenebatur restituere famam, nihil impediens, quod ea infamia redundet in iniuriam ac detrimentum aliorum, aut reipublicę, vt si iniuste infamatus erat prelatus, vel persona publica, cuius fama subditis aut reipublicę intererat, iuxta eę quę Disp. 37. conclusio. 4. citata, & Disp. 46. conclusio. 5. comprobata sunt. Quando autem infamia in tertiam personam aut in communitatem aliquam redundaret, quę simul infamata de eodem aut de alio crimine maneret, vel etiam in aliquos, qui iuris dispositione manerent infames ex delicto principaliter infamati, tunc remittente eo, qui principaliter iniuste fuit infamatus, obligationem restituendi famam, licet qui iniuste infamauit, liber maneat ab obligatione, quę de iustitia tenebatur famam illi restituere, non tamen manet liber ab obligatione, quę de iustitia item tenebatur restituere illis aliis famam, quam simul ab eis iniuste abstulit, nisi & hi quoque simul hanc etiam aliam restituendi obligationem remittant.

Priorem huius conclusionis partem affirmant omnes, quos Disp. 37. conclusio. 2. citauimus pro opinionione contraria Caietani opinioni, manifeste quę deducit ex fundamento contrario illi, cui Caietanus nititur, quod eo in loco comprobauimus ac stabilimus. Cum enim homo dominus sit honoris sui ac famę, nec minus, quã bonorum externorum diuitiarum, liberam vtriusq; habeat dispositionem: consequens profectũ est, vt sicut, remittente illo restitutionem bonorum externorum diuitiarum, liber is manet, qui ea restituere tenebatur, ab obligatione, quę de iustitia ea restituere erat strictus, iuxta eę quę tractatu 2. Disp. 757. dicta sunt, ita remittente eodem suę famę restitutionem, liber similiter is maneat, qui eam restituere tenebatur, à vinculo, quo de iustitia eam illi restituere erat strictus, nihil impediens, quod qui eam remissionem facit, male aliquando faciat, eam remissionem efficiendo, & quod id aliquando cedat in aliqualem iniuriam ac detrimentum aliorum, quando infamia sua est propria eam remissionem concedentis, iuxta eę quę Disputatione 37. conclusione 4. & Disputat. 46. conclusio. 5. explanata sunt. Vt tamen ea remissio obligationis restituendi famam, eum, cui sit, deobliget à vinculo, quo de iustitia eam restituere erat strictus, esse debet libera omnino, modo tractatu 2. Disputat. 757. citata copiose explicato.

Posterior verò conclusionis pars ex eo constat, quod

quod quando aliquis multis damnum iniuste intulit, omnibusque de iustitia restituere tenetur, vnicuique id damni, quod inde accepit, non satis est, vnum illorum remittere damnum iniuste datum, et iam si is sit precipuus, qui damnum accepit, vt qui damnum eis multis iniuste dedit, liber maneat à vinculo, quo aliis damnum ab eis acceptum restituere tenebatur.

Secunda conclusio. Quando restitutio honoris & famæ fieri deberet in eo ipso bono, in quo quis damnum accepit, ita quod quasi redintegrandum esset fama lesa, eaque fama necessaria esset, vel ad tollendum scandalum, vel in notabile subditorum aut reipublicæ bonum, vel denique ad eorum aliquod ex iis, quæ Disp. 37. conclus. 3. & 4. explicata sunt, tunc lethaliter peccaret, qui remitteret restitutionem talis famæ: nisi ex restitutione similia damna sequerentur ex parte eius, qui restituere deberet. Dixi, quando restitutio fieri deberet in eo ipso bono, in quo quis damnum accepit, ita quod quasi redintegrandum esset fama lesa: quoniam si fieri restitutio deberet in aliquibus aliis bonis, eo quod fama in se ipsa restitui non posset, vt quia crimen, quod iniuste fuit detectum, erat verum, neque potuit deinceps palliari, tunc, qui ita in fama iniuste fuit laesus, remittere posset eius famæ restitutionem absque peccato, nihil impediente, quod ex infamia sequutum esset ac perseveraret scandalum, vel damnum ac malum aliud, quod eo restituendi modo non tolleretur. Addidi, nisi ex restitutione similia damna sequerentur ex parte eius, qui restituere deberet: quoniam quando æquale scandalum sequeretur ex eo, quod is, qui infamauit, detegeret se iniuste infamasse, aut æquale aliorum aut reipublicæ damnum, eo quod ille etiam esset prelatus, valdeque reipublicæ utilis, posset iniuste infamatus ex caritate eligere pati potius iacturam proprii honoris ac famæ, permittereque ea damna, quæ inde malitia alterius sequuta sunt, quam vt alius similem proprii honoris ac famæ iacturam pateretur, & quam vt de nouo similia alia damna ac scandala orirentur, essetque id profectum magni meriti coram Deo. Intelligendum tamen est hoc, nisi persona, quæ talem restituendam obligationem remitteret, aliquibus ex officio esset preposita, in quorum præiudicium eius infamia cederet, nec munus id relinquere: tunc enim quamuis cedere posset iuri suo: non tamen cedere posset iuri sibi subditorum, eaque de causa quando subditi ipsi, aut illi superior prelatus, cui ea in re tenebatur obediere, inuiti essent, remittere sanè non posset eam suæ famæ restitutionem, est subditis alterius, qui eam efficere tenebatur, simile detrimentum ex ea restitutione per accidens proueniret. Conclusio ita explanata probatur, quoniam cum ea restitutio necessaria sit ad tollenda mala, quæ sub reatu culpæ lethalis tenentur is impedire, cui ea restitutio esset facienda, sanè remissio eius restitutionis culpa esset lethalis, vel contra solam caritatem, vel etiam contra iustitiam, si in aliorum præiudicium fieret, in quorū iniuriam id cederet, & quibus ipse ex suo officio tenebatur.

Tertia conclusio. Quando fama eo modo non est necessaria, tunc remittere illius restitutionem nullum regulariter est peccatum, sed caritas ac meritorium. Probatur, quoniam in eo non cernitur prodigalitas, sicut cernitur in laceratione propriæ famæ, antequam amittatur: sed regulariter adest rationabilis causa, cur ea remissio restitutionis concedatur, nempe vt pudori ac difficultati proximi in ea efficienda ac iacturæ famæ illius consulari, & vt simul exerceatur pietas eius, qui eam infamia sustinet, remissionemque illam restituendi efficit.

Quarta conclusio. Is, cui in euentu prioris partis prima conclusio remittitur obligatio restituendi famam, non peccat, si post eam remissionem illam non

stituat, nisi quæ sine notabili sua molestia ac damno possit illa restituere, intressetque notabiliter ei, cui esset facienda, illa restitui, vel necessarium id esset ad tollendum scandalum, aut ad impediendum notabile damnum proximi alicuius. Denique non tenebatur eam restituere, nisi quæ si ipse esset alius tertius, qui famam illam non lesisset, ex caritate tenebatur eo modo subuenire ei fama. Neque opinor tunc restitutionem eius famæ, quam iniuste laeserat, peccaret contra iustitiam, sed solum contra caritatem. Probatur hæc conclusio, quoniam facta ei illa remissione obligationis restitutio, nulla in eo manet obligatio restituendi de iustitia, vt conclusio prima ostensum est: sed perinde tenebatur solum ex caritate, atque ceteri proximi ex caritate tenebatur impedire damna suorum proximorum, si commode possint: quo fit, vt cum obligatio excusate solum sit, quæ sine notabili proprio detrimento, sine notabili, propria molestia, pro quantitate damni, quæ proximo immineret, possint illud impedire aut resarcire, verum nostra conclusio habet.

S V M M A R I V M.

- Illicitum est in recompensationem infamie, quam alius nobis iniuste intulit, illum infamare, esse ille inique restituere nobis non velit famam, quam nobis iniuste abstulit.
- 2. Possibilitatem vtriusque iniuste infamiam, locum habet compensationis damni cum damno, vt nullus eorum de iustitia teneatur restituere alteri, nisi solum excessum damni, si forte plus infamauit, quam ab altero sit infamatus.
- 3. Qui sibi mutuo damna famæ intulerunt, tenentur sibi inuicem famam restituere non curando compensationem illam de caritate, non de iustitia.
- 4. In euentibus, in quibus, cum fama vnius damno iniuste dato simul illatum est fama quorundam aliorum, quod de iustitia illis restituendum debeat, esse compensatio fieri potest obligationis, qua illi precipue restituenda erat sua fama, cum obligatione, qua videri æquale damnum fama remittitur illi, qui ipsi restituere tenebatur, non tamen propterea cessaret obligatio.
- 5. Quando vnus alterum iniuste infamasset, neque vt tenebatur, vellet eam famam illi restituere, tunc iniuste infamatus, qui damnum in fama alteri non dedisset, posset in pecunia compensare damnum fame, in quo esset.

VTRVM IN FAMA LOCVM HABEAT COMPENSATIO, ita vt deobligetur quis ab onere restituendi famam, quam iniuste lesit, quia is alius æquale famæ damnum boni in iniuste intulit.

DISPUT. 49.



Aietanus & Maior, vt in principio disputationis precedentis retulimus ex illo suo fundamento, quod homo non sit dominus sui honoris ac fame asseuerant, locum non esse compensationi quoad famam iniuste laesam, sed vtrumque eorum, qui se inuicem iniuste infamauerunt, teneri sibi mutuo famam restituere. In contraria verò sententia sunt doctores communiter, qui asseuerant hominem dominum esse sui proprii honoris ac fame.

Nostra verò prima conclusio est: Illicitum est in recompensationem infamie, quam alius nobis iniuste intulit, illum infamare, est ille inique restituere nobis non velit famam, quam a nobis iniuste abstulit. Tamen licet nobis sit, in nostram ipsam defensionem, quantum sit satis ad protegendam ac defendendam vitam & ad recuperandam nostram famam, illum in ius infamare, quæ via sunt ad nos famam ab iniuria vindicandam. Hæc posterior conclusionis pars Disp. 24. & alibi ostensa fuit. Prior verò ex eo est manifesta, quoniam cum infamia alterius non sit bonum illius, quod in recompensat.

compensationem boni ex nobis iniuste ablatis nobis sumamus, sed sit solum latio boni alterius, sanè in eo nihil aliud cernitur, quàm vindicta, quæ est omnino illicita propria autoritate.

2. Secunda conclusio: Post illatam vtrinque iniuste infamiam locum habet cõpensatio damni cum damno, vt nullus eorum de iusticia teneatur restituere alteri nisi solum excessum damni, si forte pl^{us} infamauit quàm ab altero sit infamatus. Quod si ex mutuo consensu fiat, ea damnorum compensatio, tunc est vnus eorum sit infamatus. Quod si ex mutuo consensu fiat, ea damnorum compensatio, tunc est vnus eorum sit infamatus, quàm illi intulit, hic alter non tenetur restituere infamiam, quam antea restituenti intulerat: quippe cum iam eam illi non debebat, restitutioque ipsa facta sit beneficium in se collatum, quod de iusticia compensare non tenetur. Excipe, nisi iterum facta inter eos fuisset conuentio, quod ea lege vnus restitueret, vt alter restituere vicissim teneatur. Quando verò non interuenit mutuo tacitus vel expressus consensus in ea recompensatione, tunc vno eorum restituente alteri famam, quam ab eo iniuste abstulerat, alter tenetur illi restituere famam, quam ab eo iniuste etiam abstulerat, nihil impediens, quod ex sua parte compensationem intendisset ac voluisset. Ratio autem est, quoniam ea compensatio, non interueniente ad illam consensu alterius, intelligebatur sub tacita conditione, nisi alter restitueret: poteratque alter bona fide restituere, nihil sciens de compensatione, quam alius intenderat: in quo euentu æquitas ac ratio non patitur, vt qui restituit, in iactura maneat famæ, quam alter ab eo iniuste abstulerat. Prima huius conclusionis pars ex eo liquet, quoniam fama in hominum potestate ac dispositione non secus est posita, quàm in hominum potestate ac dispositione sunt posita bona externa diuitiarum, maxime rerum, quarum dominium ad eos spectat, quibus ea damna iniuste sunt illata, quàm in damnis famæ. Reliquæ verò eiusdem conclusionis partes probatione alia non indigent.

3. Tertia conclusio. In euentibus, in quibus præcedente disputatione est dictum, nihil impediens remissionem obligationis restituendi famam, teneri eum, qui eam remissionem obtinuit, famam illam ex caritate restituere, ad scandalum aut alia mala vitanda, dicendum quoque est eos, qui sibi mutuo damna famæ intulerunt, teneri sibi inuicem famam restituere, non curando compensationem. Tunc verò tenentur ad id de caritate, non verò de iusticia. Hæc conclusio satis est perspicua, quoniam vnusquisque, nihil impediens compensationem, quam alioquin efficere poterat, ex caritate tenetur vitare scandala, & impedire damna proximorum, si commode ea impedire possit.

4. Quarta conclusio. In euentibus, in quibus cum famæ vnus damno, iniuste datum, simul illatum est famæ quorundam aliorum, quod de iusticia illi restitui debeat, iuxta dicta in posteriori parte conclusionis primæ disputationis præcedentis, est dõ compensatio fieri posset obligationis, qua illi præcipuo restituenda erat sua fama, cum obligatione, qua is idem æquale damnatum famæ teneretur similiter restituere illi, qui ipsi restituere tenebatur: non tamen propterea cessare obligatio, neq; compensata censeretur, quæ illis aliis restituere tenebatur damnum famæ ipsi vnà cum illo præcipuo illatum. Conclusio hæc notissima ex se est, neque probatione indiget.

5. Quinta conclusio. Quando vnus alterum iniuste infamasset, neque vt tenebatur, vellet eam famam illi restituere, tunc iniuste infamatus, qui damnatum in fama alteri non dedisset, posset in pecunia compensare damnatum famæ, in quo est, idque non solum non soluendo debitum antiquum occultum, quatenus ad æqualitatem sufficere iudicaretur

A ad competentem compensationem damni famæ, in quo est, sed etiam occulte accipiendo de nouo, quantum satis esset ad eandem compensationem: dummodo non interueniret scandalum, & aliter commodè obtinerenon posset restitutionem suæ famæ; & denique dummodo interueniret conditiones omnes requisitæ, vt licite in conscientia foro fiat occulta compensatio debiti, quas tractata 2. Disputatione 691. explicauimus. Cõclusionem hæc affirmant Ledesinius 2. 4. quæst. 18. artic. 2. Probari autem potest, quoniam quando aliter fieri non potest restitutio famæ, fieri debet in bonis æternis, vt præcedentibus disputationibus dictum est: ergo quando is qui famam restituere tenetur, suam nequitia in aliis bonis illam non restituit, aut restituere eam in aliis bonis non potest, tenetur in bonis externis diuitiarum illam restituere: quare, si id non præstet, sitque iniustus detentor eius, quod restituere tenetur, licitum erit facere in bonis externis illius competentem compensationem, etiam occulte occupando de nouo bona externa illius, modò concurrant conditiones omnes requisitæ ad licite autoritate propria occultam cõpensationem efficiendam. Illud verò admonerem, cum is, qui damnatum famæ iniuste intulit, non teneatur restituere in bonis externis diuitiarum, sed sufficiens restituat in bonis honoris & famæ, vt præcedentibus disputationibus dictum est, consequens est, vt si, post compensationem in bonis illius externis diuitiarum effectam, ille in bonis honoris & famæ restituit, reddenda illi esse æterna bona, in quibus compensatio fuerat effecta: id quod Ledesinius vbi supra bene obseruat.

SUMMARIUM.

1. Inter bona spiritalia quedam sunt naturalia, quæ immediate non ordinantur ad felicitatem mortalem sempiternamque beatitudinem consequendam: quedam verò sunt, quæ ad felicitatem mortalem immediate ordinantur, ac consequendamq; felicitatem æternam, & de nouimento, quod prioris generis bonis inferunt, idem est dicendum, quod de nouimento dato in bonis corporis.
2. Qui causa est iniusta damni in aliquo scientiarum aut artium, restituere ei tenetur, quantum prudentis arbitrio estimabitur id damnatum.
3. Qui alteri causa est peccati, tenetur ad restitutionem damni ei in spiritalibus ita datum, illum si a bonis ad penitentiam adducendo, vt respiciat, atque si ille non sufficiens, orando pro illo, & orando vt alij, qui ad id efficaciores sunt, idem illi persuadent, modo sine fructu eum non infirmet apud illos.
4. Qui in causa fuit vt alius per ignorantiam peccaret, aut vi vel metu causa fuit peccati alicuius, tenetur de iustitia causam peccati auferre, ignorantiam ab illo depellendo: aut si vi vel metu illum in peccato detinet, liberant illum relinquendo, vt absque vi & metu a peccato desistere possit.
5. Qui culpa alterius ita per ignorantiam decepti, damnatum in spiritalibus patenter, cerè eam iniuria ob inuoluntarium mixtum ratione ignorantie illud patenter, ac proinde de iusticia teneatur ille auferre ab eis eam deceptionis causam, & illis & aliis restituere damnum omnino, siue spiritalia, siue aliorum bonorum, ex causa iniusta causa ita subsequuta.
6. Qui alteri causa est peccati absque ignorantia, ita vt is qui peccat, prudens, & sciens peccet, ad nullam restitutionem ei tenetur, siue spiritalium damnarum, siue quorumcumque aliorum: quæ ei ex tali peccato sequantur, licet exhortatione aut consilio peccati auctor fuerit.
7. Dissoluntur quinque argumenta contraria.

DE IUSTITIA COMMUTATIVA A part. 2. cap. 2. §. 1. affirmant, eum, qui alteri causa est peccati, illum ad id inducendo, vel quacumque alia ratione, teneri ad restitutionem damni ei in spiritualibus ita datis, illum suasionibus ad penitentiam adducendo, & ut respiciat, atque si illa ad id non sufficiant, orando pro illo, & conando vel alij qui ad id efficaciores sint, idem illi succedant: modò tamen sine fructu eum non infamet apud illos.

DISPUT. 50.

Hicinus huc usque in hoc quarto tractatu de iustitia commutativa circa bona honoris & famæ. Superest pauca de iustitia commutativa circa bona spiritualia addam. Cur autem hanc ultimam partem huius quarto tractatui de iustitia addendam annexendamque censuerimus, in principio huius quinti tractatus est dictum.

Inter bona spiritualia quædam sunt naturalia, quæ immediatè non ordinantur ad felicitatem moralem, sempiternamque beatitudinem consequendam, ut sunt potentia, scientia, & artes: quædam verò sunt, quæ ad felicitatem moralem immediatè ordinantur, ad consequendamque sempiternam felicitatem, ut virtutes, gratia, meritoriaque opera. Quod autem ad bona prioris generis attinet, idem de nocumento in illis dato est dictum, quod de nocumento dato in bonis corporis tractatu præcedente dictum est. Qui enim portionibus, præstigiis, dæmonumque adiutorio, aut alia ratione, iniuste aliquem usum rationis privat, vel nocumentum aliud illi infert quoad usum potentiarum animæ, ad restitutionem æstimationis illius tenetur, quantum prudentis arbitrio, ætatis circumstantiis omnibus concurrentibus, id damnum, si permaneat, iudicabitur. Tenetur item ad restitutionem omnium aliorum damnorù, si quæ inde ulterius sint sequuta, non secus, quam si absunderet manum, aut aliud damnum corporis inferret. Imò verò læsio potentiarum organicarum, impeditioque iniusta vsusillarum, damnum est corporis, impeditio verò vsus potentiarum non organicarum, quamvis damnum spirituale sit, ex læsione tamen organorum poteruntur organicarum provenit ac pendet, quatenus dū rationalis anima corporis est immersa, intellectu ac voluntate operatur dependenter à potentis organicis, quarum læsio in potentia, quibus subministrant, redundat. Eodem verò modo puniendum est delictum, quo eiusmodi damnum inferretur, inferrive intentatur, quod tractatu præcedente explanatum est, puniendæ esse delicta & iniurias contra bonum corporis, quæ mortem corporis non inferunt.

Item qui causa est iniusta damni in aliquo scientiarum aut artium, vel quia vi, aut fraude, aliave ratione iniuste aliquem prohibuit ab usu aut ab acquisitione alienius earum, vel quia sua culpa falsa pro veris docuit, vel quia, cum ex officio ac de iustitia alios docere ac instruere teneretur, negligens notabiliter in docendo ac instruendo, ut tenebatur, fuit, aut ad id erat ineptus, idque in causa fuit, ut ij, quos de iustitia docere tenebatur, damnium patèrentur in eius scientia aut artis acquisitione, restituere eis tenetur, quantum prudentis arbitrio æstimabitur id damnum, & quantum æstimabuntur alia damna, si quæ inde sint ulterius sequuta. Quare non est viri hoc loco hæc de aliud dicamus, quàm quæ tractatu præcedente circa damna & iniurias corporis, & circa restitutionem damnorum corporis, & eorum, quæ ulterius inde sint sequuta, dicta sunt.

Quod verò ad bona posterioris generis attinet, Scotus in 4. distinctione 15. questione 3. Richardus ibidem articulo quinto, questione secunda, Adrian. de restitutione honorum animæ, Palud. in 4. distinct. 15. q. 1. art. 1. Gab. eadem distinctione questione 17. & Divus Ant.

Probant verò id. Primò, quoniam gravius peccat, qui damnium spirituale alicui infert, quàm qui illi damnium infert in rebus externis: vnde Anteriorius Papa *c. ex merito*, & Anacleus *c. deteriores 6. q. 1. Deteriores, inquit, sunt, qui visam morefque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum prædiciaque diripiunt*. Habetque id verum, ait Adrian. etiam si solo malo exemplo proximos scandalizando, illos ad peccatum inducât: ait enim Nicolaus Papa. *11. q. 3. præcipui. Scire etiam prælati debent, quia si perversa vnam quam perpetrant, tot moribus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt: sed qui damnium rebus externis aliorum inferunt, tenentur illud eis restituere: ergo etiam illi, qui damnium rebus spiritualibus inferunt, etiam si solo exemplo illud eis inferant, tenentur illud eis restituere.*

Secundò, qui alteri venenù propinat, quo salus eius corporis læditur, tenetur de iustitia curare quantum poterit, ut ab eo periculo eruat, resarcireque ei damnum ea via illi illatum: ergo qui alterum ad peccatum inducit ac pertrahit, tenetur etiam de iustitia curare, quantum poterit, ut ab eo lōge maiori damno eruat, illudque ei resarcire.

Tertiò, qui serum corruptum alienum, in causaque est ut ille fugiat, de iustitia tenetur domino illius de eo damno ei dato: ergo qui consilio vel malo exemplo Dei serum corruptum, illumque per culpam lethalem fecit ab eo recedere, gratiamque illius amittere, simili modo tenebitur de damno spirituali ita illato. Neque refert, ait Adrianus, si peccator restitutionem damni illius remittat: quoniam Deus, qui superior est, illum non remittit: neque valet remissio inferioris contra superioris, cuius ille est, voluntatem, in cuius iniuriam id damnum redundat.

Quartò, prælati ex officio atque ex iustitia curare tenentur bonum spirituale suorum subditorum: ergo hi saltem, si subditos suos ad peccandum inducant, imò si negligentes sint in curando, ne ipsorum subditi culpam lethalem incurrant, peccant contra iustitiam, tenebunturque non solum ex caritate, sed etiam ex iustitia, id illum spirituale damnum resarcire, curando pro viribus & posse illorum conversionem ac emendam.

Quintò, qui hæresim aliquam persuasit, aut aliiu perniciosum errorem, omniau consensu, tenetur eos omnes, quos ita persuasit, dissuadere omni via ac ratione, qua id melius consequi possit: ergo simili modo, qui alium ad peccandum induxit, tenetur ad eam satisfactionem, ut omni via, qua id consequi possit, curet pro viribus illius conversionem ac emendam.

Prima nostra conclusio est: Qui in causa fuit, ut alius per ignorantiam peccaret, ut vi vel metu causa fuit peccati alicuius, & maxime si per vim, aut metum, illum adhuc in peccato detinet, tenetur de iustitia causam peccati auferre, ignorantiam & errorem, quantum satis sit, ex sua parte ab illo depellendo, aut si vi vel metu illum in peccato detinet, liberum illum relinquendo, ut abique vi ac metu in peccato desistere possit. Quin & damna inde illis aut aliis secuta tenetur restituere, nisi forte aliqui ipse ignorantia innocibili excusetur à culpa eam cautam peccati adhibendo, & per consequens ab obligatione restituendi damna inde sequentia.

Exemplum primum, quod ad ignorantiam attinet,

tinet, est: Vt si aliquis errores in fide aut in moribus docuit, & alij, putantes errores non esse, illos sequuti sunt, freti illius autoritate, aut rationibus seu inductiuis, quibus illos persuasit, sanè de iustitia teneatur contrarium illos eosdem docere, quod in se est, & quantum sufficiens iudicabitur, efficiendo vt, si per illos non steterit, errorem repellant. Atque restituere illis aut alijs teneatur, si quæ damna inde sint sequuta, interim dum errorem nõ depulit, saltem sufficientia adhibedo media, vt, si per illos non staret, depelleretur ac cessaret, eorũ ignorantia. Eo enim ipso, quod id efficeret, culpa tota imputaretur ipsis, qui in eodẽ perseverarent errore, & non ei, qui illos antea docuit, ac proinde ipsi soli sibi ipsis imputare debent damna, quæ inde ipsis deinceps pronentirent, ipsique soli essent causa damnorum, quæ inde alijs deinceps euenirent, vt, verbi gratia, ex contractu iniusto, ac proinde ipsi soli teneantur ea restituere. Si autem, qui eos docuit, ignorantia inuincibili excusaretur à culpa illos ita docendo, satis perspicuum est, excusari quoque ab onere restituendi damna inde eis aut alijs sequuta: eo quod non teneatur ex parte rei acceptæ, sed, si teneri deberet, illud esset ex parte iniuste acceptationis culpæ vtique, qua id damnum decessit: quam supponimus nullam esse.

5 Conclusio quo ad ignorantiam, & quo ad exemplum propositum, probatur. Quoniam qui culpa alterius ita per ignorantiam decepti damnum in spiritualibus, aut inde etiam, vltimus in alijs suis bonis paterentur, certe cum iniuria ob inuoluntarium mixtum ratione ignorantia, acque adeo per iniustitiam ipsis ab eo, qui ita illos decepit, illatã, illud paterentur, ac proinde de iustitia teneatur ille auferre ab eis eam deceptionis atque erroris causam illis datam, teneanturq; de iustitia illis & alijs restituere damna omnia, siue spiritualia, siue aliorum bonorũ, ex ea iniusta causata subsecuta. Quare de rigore iustitiæ fortasse tunc tenebitur, aliquid etiam de satisfactionibus suis proprijs offerre Deo pro parte satisfactionis culpæ illorum in amplectendis illis erroribus, quando, qui illos amplexati sunt, non fuerint omnino ob ignorantiam excusati à culpa, quia ipsorum ignorantia non fuit inuincibilis, & quando veniam quo ad id ab illis non obrinuisset. Licet enim ipsi etiam in culpa fuerint eos sequendo errores, imò propter solam suam propriam culpam id damnum obuenerit, teneanturque ad eam satisfactionem ratione suæ propriæ culpæ, in cidisse tamen in illam deceptos iniuste ab alio, interuenienteque inuoluntario mixtè ob eam ignorantiam acceptionem, aliquid fortasse operari debet, vt qui ita decepit, ad partem eius damni teneatur. Damnum verò amissionis gratia, reparari totum per poenitentiam peccati, quo fuit amissa, potest ab eo ipso, qui id damnum sua culpa incurrit, per ipsumque stabit, præsertim eo ipso, quod qui eum decepit, causam deceptionis ex sua parte depellat.

Illud est obseruandum, est id qui absque sua culpa, excusante omnino ab ea ignorantia inuincibili, damni fuisset causa, docendo, verbi gratia, contractum esse licitum, quem postea cõperit iniustum, proximoque iniuriosum esse, non teneatur ad restitutionem damnum inde subsequutum: teneri tamen quasi ex officio atque de iustitia auferre eam causam iniustitiæ à se datam, si commodè possit, quod si nõ auferat, tunc deinceps restituere tenebitur damna, quæ ex ea causa sequuntur: quoniam licet à principio non fuerit iniuste data formaliter, sed solum materialiter, à puncto tñ, quo non auferat, & comodè potest auferri, incipit esse causa formaliter iniusta cõparatione ei, qui illam dedit, necq; eam auferat, cum commodè possit atque ad id teneatur, iuxta ea quæ Diss. 40. dicta sunt.

Secundum exemplum eiusdem conclusionis quo ad vim ac metum est. Si quis famulum, puellam, aut quemuis alium, per vim aut metum aliquid iniquum facere efficiat, teneatur de iustitia auferre vim aut metum, illos in sua integra libertate relinquendo, damnumque ipsis aut alijs, ex vi, aut metu ita illato, sequuta, rescire. Si quod autem damnum illi vltius dent, postq; repositi sunt in sua integra libertate, vi omni ac metu prorsus sublatis, tunc ipsis solis id damnum imputabitur, & non ei, qui à principio vim aut metum intulit, ac proinde ipsi soli teneantur illud restituere. Quod is, qui à principio vim aut metum intulit, excusatus fuit à culpa, qui inuincibili ignorantia credidit id sibi efficere licere, tunc ipse ad restitutionem damni non tenebitur. Qui autem metu ductus illud culpabiliter dederit, quia voluntarie mixtè illud dedit, nihil interueniente, quod eum excusaret à culpa lethali in eo dando, tunc ipse tenebitur illud restituere. Conclusio quo ad vim & metum, quo ad hocque secundum exemplum, quando culpa interuenit ex parte vim aut metum ad rem iniquam inferentis, eodem modo probatur, quo probata quoad primum exemplum fuit. Videlicet quoniam is per iniuriam causa est iniusta omnium eorum damnorum, ac proinde causam illorum teneatur auferre, si ad huc ea causa perseverat, teneaturq; ea omnia damna ex ea causa sequuta restituere, est id aliqua eorum prouenerint culpa eius, cui ad id metus incussus est: quoniam inuoluntarie mixtè, per iniuriam metus sibi illatam, illorum fuit causa: unde qui metum iniuste intulit, teneatur primo loco tanquam præcipua causa ad totum damnum: huc verò alius solum ad illud teneatur in defectum causæ principalis, nisi metus fuerit valde deuis. Tunc. n. meo iudicio vtique ad illud contribuere debet, prout plus aut minus illius fuerit causa.

6 Secunda conclusio. Qui alteri causa est peccati absque ignorantia, fraude, ac metu, ita quod is, qui peccat, sciens & prudens atque absque metu ei incusso peccat, ad nullam restitutionem ei teneatur siue spiritualium damnorum, siue quorumcumq; aliorum, quæ ei ex tali peccato sequantur, est id consilio atque hortatione causa eius peccati fuerit. Lege tamen caritatis, archius aliquantulum teneatur eam corrigere ac conari eruere à peccato inueni, in quo quiuis alius, qui eiusdem peccati esset conscius, teneatur eum corrigere ac conari eruere ab eo peccato. Probatur hæc conclusio quoad priorem partem. Primò, quoniam volenti & consentienti non fit iniuria, ac proinde nullus contra iustitiam peccat, suadendo illi damna, quæ ipse sciens ac prudens vult, & quorum periculo ipse per suum liberum consensum se exponit. Quo sit, vt quem admodum nullus Doctorum affirmat, eum; qui consultit aliquod peccatum, ex quo tertio alicui sequitur damnum aliquod iniustum, teneri ei, qui id consilium accipit, restituere damna, quæ ex eo consilio ei proueniunt, sed solum teneri restituere damna illi tertio, cui ex eodem consilio damna iniusta proueniunt: idque solum in defectu eius, qui eo consilio permotus, ea damna iniuste intulit, ita quod si is, qui eo consilio permotus ea damna intulit, illa restituat, ipse ad nihil vtrique eorum teneatur: si verò ea non restituat, teneatur quidem ipse ea tertio illi restituere, quod loco ei restituat, vt trad. 2. D. sp. 737. ac alibi dictum est: ratioque horum omnium est, quoniam qui consilium dedit non peccat contra iustitiam cõparatione eius: qui sciens ac prudens id consilium accepit ac executioni mandauit, se solum cõparatione eius, cui damna ex eo consilio illata sunt: ita in respectu dicendum sit, eum, qui suo consilio alicui id scienti ac volenti causa fuit peccati, non teneri re-

stitueret illi damna, tam spiritualia, quam quæren- que alia, quæ ex eo peccato ei obvenirent: eo quòd id illi suadendo, non peccaverit adversus eum cõtra iustitiam, sed solum cõtra caritatem. Secundò, quoniam nullus ex consilio, quòd alteri datur, teneatur ei ad damna, quæ ex eo consilio ei proueniunt, nisi interuenerit fraus, vt constat. l. 2. §. vt. ff. manda- ti, cuius verba sunt: Nemo ex consilio obligatur, etiam si non expedit ei, cui dabitur: quia liberum est cuiq; apud se explorare, an expedit sibi consilium. Et regula consilij, ff. de regul. iur. Sic habet: Consilij non fraudulenti, nulla obligatio est. Caterum si dolus & calliditas intercesserit, de dolo actio competit. Et regula nullus de reg. iur. lib. 6. ha- bet: Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fue- rit, obligatur. Quo in loco glossa in delictis id totum affirmat, quòd à nobis ratione præcedente est di- ctum: ergo qui consilio alteri scienti ac consentienti causa est peccati, ad nullam restitutionem ei teneatur damnorum, quæ ex eo peccato illi obveniunt. Posterior verò pars conclusionis propositæ ad eò est perspicua, vt probatione non indigeat. Quando autem & quo ordine seruato, teneatur quis ad correctionem fraternam, suo in loco in hac 2. 2. ex- plicatum fuit.

Ad primum verò argumentum in contrarium concessa maiori, si intelligatur de grauiori peccato. (Ex circumstantiis enim potest aliquando id esse minus graue peccatum, vt l. 2. q. 73. artic. 8. confere- tendo peccatum scandali cum peccato homicidij examinatum fuit: & idem euenire potest, si confere- tur cum furto, aut cum alio delicto circa bona externa) concessa ita similiter minori, quando ea dāna, de quibus in ea est sermo, inferuntur ex libere inuoluntario ex parte eius: qui illud patitur, vt regulariter euenit, neganda est consequentia: eo quòd, qui spiritualia damna patitur, sciens & pruden- s, libere consentiendo in peccatum ob quod ei obueniunt, illa incurrat: vnde in eo non fit ei iniustitia, quæ necessaria est, vt quis ad restitutionem ob damna data teneatur: sicut fit iniustitiæ ei, cui damnum, ipso inuito, sine iusta causa in rebus suis externis inferitur.

Ad secundum, concessa antecedente, quoniam in eo interuenit iniustitia ex parte propinantis ve- nientum, neganda est consequentia: quoniam in eo non interuenit iustitia: quippe cum ea damna, vo- lendo & consentiendo in peccatum, ad quod quis malo exemplo aut alia ratione inducitur, incur- runtur.

Ad tertium, concessa antecedente: quoniam id est damnum in bonis externis domini eius mancipij, quod is dominus inuitus patitur: neganda est consequentia, si agatur de restitutione ei facien- da, qui id damnum patitur: quoniam sciens ac prudens libere consentiendo in peccatum, ob quod illa damna incurrit, ea patitur. Si verò de Deo agatur: vt in instantia ab Adriano subiuncta, neganda similiter est consequentia. Quoniam id non est Dei damnum, quod restituendum Deo veniat, sed est offensæ ipsius, quæ pœna ab eo est puniendæ, estque peccatoris damnum.

Ad quartum concessa antecedente, concedenda est quoque consequentia, quòd teneatur ex officio, & suo modo ex iustitia, curare conuersionem & emen- dam illorum, sed aliter, qm fuerunt causa peccatorum illorum, quam quando non fuerunt eorum peccatorum causa: & cum ipsi subditi se possint eruere, Dei adiutorio, ab eis damnis, si velint, quan- do intelligunt se in eis esse, suaque voluntate scientes ac prudens in eis iaceant, non teneatur prælati restituere eis ea damna, à quibus ipsi se possunt eruere, sed solum teneatur ex officio, & suo modo ex iustitia illos adiutare.

Ad quintum dicendum est, in eo euentu quan- do est ignorantia, etiam culpabilis, ex parte eo-

rum, qui illos sequuntur, teneri illos, qui eos docuerunt, auferre illam, tanquam causam quam adhibuerunt, vt illi alij eos errores amplecteretur ac sequantur: tenerique ad id de iustitia, vt conclusio prima ostenduntur est. Quando autem illos, qui eos errores sequuntur, non ignorarent errores esse, tunc qui illos docuerunt, non teneantur ex iustitia, ac ex caritate, arctiori tamen vinculo, quam si illos non docuissent, eos disuadere eo spiritali damno, vt conclusione 2. dictum etiam est.

SUMMARIUM.

1. Varia doctorum opiniones circa questionem de retrahendo aliquem à religione.
2. Qui cum, qui nondum professus est religionem, nec per vota simplicia est ei adstrictus, suastionibus à religione ab- que vi, metu, fraude, ac deceptionibus retrahit, vel ei, qui nondum religionem erat ingressus, simili modo disuadet ingressum, ad nullam restitutionem tenetur, nec religio- nis nec ei, quem à religione retraxit, aut cui ingressum disuadet, sed grauius peccat, si absque iusta causa id faciat, non tamen peccat, si ex rationabili causa id efficiat.
3. Si quis absque vi ac fraude à religione cum extrahat, qui per professionem aut per vota simplicia obligatus est iam religioni, tenetur religioni ad restitutionem damni in dolo secuti, ad restitutionem ve emolumentis, quod ex ratione religio amittit. Ad nullam verò restitutionem tenetur extracta.
4. Dissoluitur obiectio in contrariam partem.
5. Qui erit in causa, vt aliquis religionem egrediatur, de iustitia rigore tenetur religioni, quantum prudentis arbitrio estimabuntur prædicta omnia damna, vt contra- ria bona, ad qua religio habebat ius, etiam tunc impo- tentia. Si potest, reducat illum iterum ad religionem: sin minus, quærat eius loco alium æquè idoneum: si nec hoc possit, ipse religionem profiteatur.
6. Negant nonnulli hunc teneri ingredi religionem: quia consilium ingrediendi religionem proficiatur à propria libertate: deinde nemo iniurius ingrediatur religionem.
7. Quando damnum permanens religioni ex ea religio si ex- tractione esset secutum: teneretur qui illam extraxit illud integre resarcire, saltem compensando illud aliis bonis, vel remissionem eius damni ex religione obtinere. Quid si vel remissionem obtineat, vel sufficiens illud resarciat reducendo egressum, aut aliquid in super compensando, vel inducendo alium æquè vtilem, non tenetur ipse tunc religionem ingredi.
8. Quando is, qui prædicto modo fuit causa damni notabi- lis, in quo religio ob egressum sui religiosi manet, non potest illud alio modo resarcire, quam suo ingressu, atq; ipsius ingressu resarciatur omnino aut magna ex parte, tunc h tenetur eam religionem ingredi, nisi religio illi renittat id damnum ei illatum.
9. Dissoluntur tria argumenta in alteram partem.
10. Qui absque iusta causa aliquem ab ingressu religionis impedit, aut iam ingressum inde extrahit, tenetur ad restitutionem, tunc religioni, quantum estimabuntur emolumenta, quæ religio ex ea persona poterat recipere, tum etiam impedito, auferendo ab illo impedimenta, qua illi apposuit, liberumq; omnino relinquendo, vt religionem ingrediatur, aut vt ad illam regrediatur, & in super ei resarciendo, si quod aliud damnum sit inde it subsecutum, quod ille per se ipsum, si velit, non possit resarcire.
11. Pena excommunicationis ipso facto incurrenda statuta est in concilio Tridentino, tam cogentibus non quoslibet, sed mulieres, ingredi religionem, quàm impeditibus illas volentes religionem ingredi, ab ingressu.

NUM RETRAHENS ALIQUEM
à religione ad restitutionem teneatur vel ei, quem
retraxit, vel religioni.

DISPUT. XI.



Cotus in 4. diff. 15. ad 2. Palud. ibidem q. 2. art. 1. Maior & Gab. ibidem vterq. q. 17. Adrian. q. de restitutione bonorum 4. nima, Dicus Ant. part. 2. titu. 2. c. 2. §. 1. Syluest. verb. ref. 3. q. 1. & alij affirmant,

non solum eum, qui extraxit professum à religione teneri ad restitutionem, tam religioni, quam ipsi extracto, sed etiam eum, qui extraxit nouitium aut impedit ingressum ei, qui animum habebat ingrediendi religionem, teneri ad restitutionem, tam impedito, quam religioni.

Paludanus & alij censent restitutionem religioni esse faciendam, inducendo efficaciter extractum aut impeditum ad religionem ingrediendum, vel, si id assequi non possit, querendo alium æquè idoneum ac vtilem religioni, quem eam ingredi persuadeat, vel, si, id etiam ad effectum perducere non possit, restitutionem per se ipsum ingrediendo. Quod referunt fecisse Raymundum, Generalem meritissimum Ordinis Dni Dominici, qui propterea quod nouitium quendam suo consilio ab eodem sanctissimo ordine extraxisset, neque illi persuadere regressum potuisset, ipse eandem ingressus est religionem, fuitq; in ea vir admodum utilis ac insignis.

Maior quamuis in reliquis consentiret, negat tamen retrahentem teneri per se ipsum religionem ingredi: sed ait, satis esse, quãdo nec persuadere potest retracto vt intret, nec inuenit alium æquè idoneum, cui ingressum loco illius persuadeat, si alia via religioni damnatum, quod illi intulit, satisfaciatur.

Scotus etiam, & quidam alij, quamuis consentiant, restituendum esse religioni, etiam quando nouitius consilio aut suasionem extrahitur, atq; etiam quando à proposito ingrediendi religionem is dimouetur, qui solum habebat propositum religionem intrandi: nihilominus dicunt, quia multum interest inter habere iam aliquid, & prope esse vt illud habeatur, non tantam restitutionem deberi, quando nouitius extrahitur, aut aliquis dimouetur à proposito ingrediendi religionem, quam debetur, quando is à religione extrahitur, qui iam erat professus.

Idem Scotus, Gabriel, Maior, & Adrian. addunt, eum, qui nouitium extrahit, aut illum, qui propositum ingrediendi religionem habebat, ab eo proposito remouet, tunc solum teneri ad restitutionem religioni, quando odio animo ve nocendi religioni id efficit, vel quando fraude ac dolo idem facit; secus autem quando absque fraude ac dolo, & non animo nocendi religioni id facit, argumento eorum quæ disponuntur l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqua. plu. arcend. quæ tracta. 2. Disp. 709. & 727. relata sunt.

Extracto verò, aut impedito ab ingressu in religionem, affirmant doctores citati eo modo esse restitutionem faciendam, quo disput. præcedente dictum est eos affirmare restitutionem faciendam esse ei, qui in culpam indatus est lethalem, nempe suadendo retracto ingressum religionis, seu regressum ad illam, orationibusq; ad id eum adiuvando, aliosq; querendo, qui id efficacius illi persuadeant.

Nostra verò prima conclusio est: Qui eum qui nondum professus est religionem, nec per vota simplicia est ei strictus ac obligatus, suasionibus atque

aliis ad id inductiuis à religione absq; vi, metu, fraude, ac deceptionibus extrahit, vel ei, qui nondum religionem erat ingressus, simili modo dissuadet ingressum ac propositum, quod ad ingrediendum habebat, ad nullam restitutionem tenetur nec religioni, estò odio animoq; ei religioni nocendi id efficiat, nec ei, quem ita ex religione extraxit, aut cui ingressum propositumve ingrediendi dissuasit. Quamuis autem grauiter peccet, absq; rationabili ac iusta causa dissuadendo illum ingressum, aut suadendo illi egressum: non tamen peccat, si ex rationabili ac iusta causa vtrumvis illorum efficiat. In dubio verò, an causa sit rationabilis ac iusta ad tantum dissuadendum bonum, semper est proponendum in fauorem religionis, securiorisq; ac perfectioris status. In hac conclus. consentiunt Scotus 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 1. Ledesinus 2. 4. q. 18. art. 2. & alij.

Prima verò illius pars, quod ad hoc attinet, q; qui eo modo dissuadet ingressum, aut suadet egressum, ad nullam restitutionem tenetur religioni, probatur. Quoniam ea suasio non est aliud, quam cooperatio ad id, quod is, cui id ita suadetur, potest absq; cuiusquam iniuria efficere: eo quod religio nondum ad contrarium ius vllum comparauerit: cum ergo id fiat absq; vi, metu, fraude, ac deceptione, ob quam cum iniuria professio in religione aut ingressus in illam impediatur, & in eo non contrahatur iniuria, quod ea religio habet, ad illos recipiendos, qui se illi obligare ac tradere voluerint, consequens profecto est, vt quemadmodum is, qui absq; vi, metu, ac fraude dissuadet donationem aut legatum alicui, ne illud ei efficiat, cui decreuerat illud facere, non peccat contra iustitiam, neque tenetur ad vllam restitutionem ei, cui alioquin id erat obuenturum, vt cum Adriano & plerisque alijs tractatu 2. Disput. 727. ostendimus: ita in re proposita dicendum etiam sit: cumq; sit vtrobique eadem prioris ratio.

Quod verò, estò ea suasio fiat odio animoq; nocendi religioni, obligatio non fit quicquam ea de causa restituendi ei religioni, probatur. Quoniam, vt eadem Disput. 727. citata, cum eodem Adriano & cum plerisque alijs dictum est, odium nocendique animus non inducit restituendi obligationem, quando ex eadem actione ac re, secluso eo odio, & animo nocendi, ea obligatio non resularet: quippe cum restituendi obligatio conflat ex peccato contra iustitiam, non verò ex peccato contra solam caritatem. Eodem etiam in loco respondimus ad legem 1. §. idem aiunt. ff. de aqua plu. arcend. atque cum eodem Adriano, & alijs diximus, dispositionem eius legis solum habere vim postlatam sententiam, nec esse extendendam extra euentus iure quo ad id expressos. Legas quæ ibi dicta sunt.

Eadem pars conclusionis quo ad hoc, quod neque ei debeatur restitutio, qui eo modo est à religione extractus, aut cui dissuasus religionis ingressus fuit, satis constat ex dictis disput. præced. conclus. 2. Ex consilio quippe, in quo nec fraus, nec deceptio, nec vis vlla, aut metus intervenit, nulla conflat obligatio restituendi ei damna, quæ ei sequuta sunt, quid consilium fuit amplexatus: eo quod volenti & consentienti nulla facta sit iniuria. Confirmatur quoniam maius spirituale damnum inferit, qui inducit alium ad culpam lethalem, quam inferat is, qui alium inducit ad id, quod solum est contra consilium: cum ergo, qui eo modo inducit ad culpam lethalem, ad nullam restitutionem inducto tenetur, vt disputatione præcedente com probatum fuit, consequens profecto est, vt neque qui solum eodem modo inducit ad id, quod est contra consilium, tenetur inducto ad vllam restitutionem.

Eadem pars conclusionis quo ad hoc, quod neque ei debeatur restitutio, qui eo modo est à religione extractus, aut cui dissuasus religionis ingressus fuit, satis constat ex dictis disput. præced. conclus. 2. Ex consilio quippe, in quo nec fraus, nec deceptio, nec vis vlla, aut metus intervenit, nulla conflat obligatio restituendi ei damna, quæ ei sequuta sunt, quid consilium fuit amplexatus: eo quod volenti & consentienti nulla facta sit iniuria. Confirmatur quoniam maius spirituale damnum inferit, qui inducit alium ad culpam lethalem, quam inferat is, qui alium inducit ad id, quod solum est contra consilium: cum ergo, qui eo modo inducit ad culpam lethalem, ad nullam restitutionem inducto tenetur, vt disputatione præcedente com probatum fuit, consequens profecto est, vt neque qui solum eodem modo inducit ad id, quod est contra consilium, tenetur inducto ad vllam restitutionem.

Secunda verò pars, quòd scilicet grauitèr peccet qui absq; rationabili ac iusta causa dissuadet alicui religionis ingressum, aut ei suadet egressum, facile patet. Quoniam retrahere à tanto bono atq; à tã securo ac perfecto statu absq; sufficienti causa, graue sanè peccatum est, tenebiturq; , qui ita retraxit, caritatis lege suadere contrarium, si spes fit iri refarcitum, quòd ita impediuit, vt conclusionè secunda citatã de eo dicebamus, qui alium ad peccatum induxit. Vnde grauitèr peccant parentes, qui solo carnali affectu permoti absq; rationabili causa nulum non mouent lapidem, vt filios à religione, quã ingressi sunt, extrahant, lachrymis, & aliis viis conando à tam sancto proposito illos auertere. Soletque Deus illos, ac filios ita extractos, grauitèr etiã in hoc seculo punire. Videant etiam senatores regij se grauitèr peccare, concedendo mandata, vt absq; rationabili causa, prius sufficienter cognita ac examinata, extrahant & collocentur in domo aliqua, vbi acriter eorum constantia teneretur, occasioq; grauius, quin & causa vehementissima eis detur retrocedendi à tam sancto proposito, vim in iustam religionibus inferendo, vt ad id concedant nouitios receptos.

Tertia verò pars, illum scilicet non peccare, qui ex rationabili ac iusta causa alicui dissuadet ingressum religionis, aut egressum suadet, ex se quòq; est satis perspicua. Si enim ingressus futurus sit nocuus, attentã qualitate eius, qui ingredi vult, & attentis circumstantiis eorum tenentibus, vel quia in religione, quantũ ingredi tentat, dissolutè viuatur, & est verisimile, quòd ille plus Deo seruiet extra eam religionem, quàm in illa: vel quia, qui religionem ingredi tentat, leuis est, & difficilis admodum moribus, ita vt timendum sit longè maiora mala & scandala sequenda esse ex ingressu, & ex retrocessione, quàm sit bonum, quòd ex ingressu speratur, iuste ac sanctè dissuadetur ex ingressu. Memini me le gisse apud Augustinum in sermone quodam ad Eremitas, id quod prudèter sanctus ille obseruauit, & sepe experimur, estq; præ mentis oculos in multis habendum. Nempe vt est proprium Dei, permittere mala, vt inde maiora alliciat bona: ita esse proprium diaboli, interdum ad bonum incitare, vt inde maiora mala sequantur. Inter iustas etiam causas religionis ingressum dissuadendi computari possunt, si qui ingredi vult, debilis admodum sit, qui continuo morietur, nec valebit sustinere labores eius religionis, quam ingredi vult, si impedimentum ad eam religionem proficiendam habeat: si iuste sit timendum, quòd plus nocebit religiosus, quàm in ea religione proficiet: si parentes ipsius ac sorores admodum grauitèr eo indigeant: & alia similes. Quæ dicta quoq; ad hanc tertiam partem sunt, confirmat non parum illud Christi Lucæ 9. Cũ enim quidam se Christo obtulisset ad illum sequendam in statu perfectionis, dicens: *Sequar te quocunq; iueris*. Cernens Christus, illum mindis aptum ad id esse, quæsiturumque commoditates corporis, & plus inpediturum suos alios discipulos, quàm illos adiuturum in statu illo perfectionis, illum ab eo proposito diuertit, nec admittere illum voluit, dicens illi: *Vulpes fauces habent, & volucres celi nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet*: quasi diceret, te autem non video ad tantam renũciationem rerum ad tantamque perfectionem sectandam aptum ac paratum. Continuo autem alteri, quem ad id aptum vidit, non se offerentem, illum ad id inuitando, dixit: *Sequere me*:

Et cum ille respondisset: *Domine permittè mihi primum ire, & sepelire patrem meum*. Eam dilationem illi non admittit, sed ei suauit, vt illa posthabita, continuo ipsum sequeretur, dicens: *Sine vt mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vade, & annuncia regnum Dei*. Me scilicet, vnã cum cæteris discipulis meis, in

perfectionis statu sequendo, & ad ministerium annuncian di regnum Dei animarumq; salutem intendendi. Et cum continuo se alius ad id ei obtulisset, dicens: *Sequar te Domine, addidissetq;, quasi ad id facultatem petendo: sed permittè mihi primum renũciare huic, qui domi sunt*. Significando illi, eum qui eiusmodi perfectionis statum amplecti veller, tanquã ad eum aptus, omnino renũciare cætera omnia debere, nec ad illa respicere, se illis quoquo modo implicando, dicens: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, in statu perfectionis animarum cultui ac profectui insistenti, & respicienti, ad cetera & secularia, quæ eum relinquere omnino oportet, aptus est regno aliorum*, hoc est, ei statui perfectionis annuncian di regnum Dei. Quæ omnia ante mētis oculos habere debent, qui ad religionem alios admittunt, & qui perfectionem in religione sequi agrediantur.

Secunda conclusio: Si quis absq; vi ac fraude à religione eum extrahat, qui per professionem aut per vota simplicia more nostræ societatis obligatus est iam religioni, tenetur religioni ad restitutionem damni in de ei sequuti; ad restitutionem ve emolumentum, quòd ea ratione religio amittit. Ad nullam verò restitutionem tenetur extracto.

Posterior huius conclusionis pars eo est manifesta, quòd vt conclusione præcedente, & præcedente disp. conclus. 2. est probatum, ex consilio, in quo nec vis, nec metus, nec fraus, ac deceptio interuenit, nulla consergit obligatio restituendi ei, qui id consilium est sequutus. Tenebitur tamen lege caritatis longè arctius, quàm alij, si qui eius damni spiritualis causa eo modo illi fuit, curare, regressũ illius in religionem, illiusq; conuersionem, vt duobus locis citatis de iis, qui eo modo causa sunt damni spiritualis, dictum est.

Priorem verò partem affirmant omnes, quos in principio huius disputationis citauimus. Atq; sub forma, qua est proposta, non negat eam Maior in 4. dist. 15. q. 17. in fine. Neq; credo illam negare Sorus & Ledesmius vbi supra. Verèq; enim conclusio 7. tametsi sub dubio, confitetur, eum, qui à religione professum extrahit, qui frugi erat religioni, teneri ad restitutionem religionis damni ea de causa religioni subsequenti: vt si ille cathedram moderabatur, vnde pronentus religioni obueniebant, teneri restituere religioni, quantũ prædicens arbitrio id damnurum religioni illatum existimabitur. Neq; item credo eam negare Nauarrum in Manu. c. 12. n. 44. subscribit enim Maiori, qui illam constituit. Probati autem potest, quoniam ille adstrictus erat religioni per vota ad parendum in omnibus iuxta regulas ac institutũ eius religionis: ergo religio eius habebat præcipiendi illi omnia, quæ essent iuxta regulas ac institutum eius religionis, atque percipiendi ex illis commoditates quascunq; que inde euenire possent religioni, siue illæ essent bonarum externorum diuitiarum, siue honoris ac famæ religionis, siue profectus spiritualis, aut in literis, eorum qui de eadem sunt religione, & hæc omnia illi erant debita ex virtute religionis ratione votorum, quibus illi est instituta: non minus quam alicui ecclesiæ debeantur ea, quæ illi per votũ reale sunt promissa, obligatio ad quæ soluenda transit ad hæreses promittentis, quando promittens, dum vinerit, non soluit, vt tractatu 2. Disputat. 656. est dictum, & in materia de voto dicitur, qua de causa religio ad illa, quæ sibi ex suo professo prouenire poterant, ius quasi ex iustitia habebat: ergo qui iniquo consilio contrauenit huic iuri religionis, in causaque est, vt is priuatur, ad quæ ita ius habebat, quæque illi prædicto modo erant debita, tenetur illi ad eorum restitutionem, non minus quàm quicunque alius, qui suo consilio in causa sit, ne aliquis id consequatur,

quatur, quod sibi quacunq; alia ratione erat debitum, & ad quod ius habebat iustitiam, teneatur illi ad illius restitutionem, vt tract. 1. Disp. 717. comprobatur.

Video theologos quosdam huius nostræ ætatis ab hac conclusione, tametsi non ita verbosè comprobata, recedere non sine specie aliqua probabilitatis, ductos hac ferè ratione: Religiosus ipse professus, qui permotus eo pessimo consilio se subtrahit à religione, non teneatur restituere religioni damna, quæ religioni ex eo suo iniquo ac sacrilego egrossu sequuntur, quatenus religionem priuat emolumenta, quæ ex ipso erat perceptura, ad quæ religio ratione votorum, quibus professus ille ei erat adstrictus, habebat ius, erantq; modo explicato illi debita: ergo neq; qui eo iniquo consilio cõcausa fuit eius sacrilegi egrossus, teneatur ad restitutionem religioni illorum eorundem damnorum. Cõsequentiã, licet illi eam non probent, possumus nos probare. Tum quia religiosus ipse professus est magis præcipua causa religioni eorum damnorum, quàm sit is, qui suo consilio fuit cõcausa eius iniqui egrossus, eorundemq; damnorum: vt enim in materia de restitutione copiosè explanatum est, exequutor damni magis præcipua causa est illius, quàm sit consulens: si ergo religiosus ipse non teneatur ea restituere religioni, multo minus tenebitur is, qui suo consilio cõcausa fuit egrossus illius, eorundemq; damnorum. Tum etiam, quoniam, vt in eadem materia de restitutione explicatum fuit, consulens, quando non decipit eum, cui id consilium dedit, quo permotus damna aliqua iniuste intulit, non teneatur ad restitutionem eorum damnorum, nisi in defectum exequutoris, qui eorundem damnorum fuit causa magis præcipua, atq; si consulens in defectum exequutoris ea damna restituat, teneatur exequutor ei restituere, quod loco eius restituit: si ergo religiosus ipse non teneatur restituere religioni prædicta damna, multo minus tenebitur ea idem religioni is restituere, qui suo prauo consilio cõcausa religioso illi fuit eius egrossus. Antecedens verò illius suæ rationis probant auctores eius sententia. Quoniam religiosus ille professus non est per suam professionem religioni deuinctus veluti mancipium comparatione domini, cui de iustitia debentur opera mancipij atq; emolumenta, quæ ex eis sunt prouentura, sed religioni est deuinctus vt filius patri: vnde Basilus in regula de prelati-
 23 ait, *Patres se agnoscant, non dominos.* Et Augustinus in
 24 sua regula ait: *Ille autem, qui vobis presb, non se existimet potestate dominare, sed caritate seruante felicem.* Et
 25 paulò inferius, *Superiori tanquam patri obediatur.* Et
 26 Christus Lucæ 22. *Principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic.* Quia ergo religiosus professus non vt mancipium est deuinctus religioni, sed vt filius, ea quidem emolumenta, quæ ex industria & operibus religiosi obueniunt ac resultant, eo ipso quod resultant atq; obueniunt, debentur religioni ex iustitia, ita quod non religiosus ipse, sed religio ipsa dominum ac ius iustitiæ ad illa acquirit: quæ de causa si religiosus illa prelato non offerat, sed ipse viurper, furtum committit: vnde Augustinus de eo religioso ait, *Est furti iudicio condemnandus.* Ceterum eadem emolumenta, antequam resultent ac existant, non debentur à religioso ipso religioni, nisi ex obedientia atq; ex virtute religionis ratione votorum, quibus religioni est traditus & adstrictus, atq; adeo debetur religioni ex hypothesi, si resultet atq; existant: quia solus religiosus est, qui per se est religionis, tanquam illi iam per vota adstrictus & effectus religionis: emolumenta verò ex illo sunt religionis, si existant, solum religio habet ius ad illa, si existant, atq; quatenus præcipere, & iniungere obedientia potest religioso, ratione eorundem votorum, quibus religioni est adstrictus, vt ea effici-

at, ex quibus emolumenta illa resultent & obueniant religioni. Et quia emolumenta illa non sunt à religioso debita religioni ex iustitia, neq; aliter religio habet ad illa ius iustitiæ, quàm si illa existant, ab eoque religioso proueniant & emanent, inde prouenit, quod si religiosus sacrilegè à religione egrediatur, ab eaque apostatet, licet teneatur ad religionem regredi vi suorum votorum, non tamen teneatur restituere religioni emolumenta, quibus medio illo tempore apostata religionem iniquè priuauit, estd postea habere ab ea vnde illa restituat, vt si à summo Pontifice dispensationem obtineat vt maneat in seculari, & habeat pingue beneficium, vnde emolumenta illa medio illius temporis possit resarcire: aut si regressus ad religionem, ex dispensatione eiusdem summi Pontificis habeat in religione liberam dispositionem aliquorum bonorum, non teneatur inde ea emolumenta restituere religioni, quib; eam priuauit, neq; vnquam aliquis id affirmat. Quæ eadem ratione, si religiosus cathedram moderetur, vnde reditus non modici obueniant monasterio, religiosusq; ille sua culpa tempore aliquo non legat, priuetoq; monasterium contra prelati voluntatem emolumentum eius temporis, non teneatur illud postea restituere monasterio, estd bona sibi cõcessa habeat, de quibus sibi bene possit disponere, & vnde emolumenta illa possit restituere, neq; vnquam id affirmat.

Arbitror verò recedendum non esse à conclusione proposita. Licet enim religiosus ipse de iustitia restituere non teneatur ea emolumenta, quibus illa sacrilegè atq; inobedienter iniquè priuat, quia non cum tanto onere censetur se religioni in Deo obsequium tradere, neq; id habent, neque rationaliter haberent ac disponderent instituta religionum, per epicheiamque legum, & quarumcunq; aliarum dispositionum interpretatum talem, id ita est intelligendum, nihilominus, sui suo iniquo consilio permouet professum, vt religionem egrediatur, & in consequentiã vt suo egrossu religionem eis emolumentis sacrilegè atque iniquè priuet, vtique causa est iniusta religioni eorum damnorum, contraueniendo iuri illi, quod religio habet, vt ea emolumenta ex suo religioso recipiat. Sicut enim si eum religiosum decipiendo suo consilio & falsis suasionibus illum extraheret à religione, causa est iniusta religioni eorundem damnorum, teneaturq; proinde illa restituere religioni tanquam illorum causa iniusta, nihil impediente quod religiosus ipse ad nullam restitutionem teneretur in illo eodem euento, estd culpabiliter se decipere sineret, & peccaret ex eo consilio egrediendo, vt ij ipsi, cum quibus disputamus, affirmant, & postea dicitur: idemq; esset, si per metum incassum, aut vim aliquam, quæ eum religiosum à culpa lethali eiusdem egrossus minimè excusarent, eum à religione extraheret, idq; propterea quod in vitroque euento, qui id consilium daret, eum vt metum aut vim ad eum egrossum inferret, contrauenire iuri, quod religio illa habet, vt ex suo religioso ea emolumenta percipiat, quod ius licet non sit iustitiæ comparatione religioso, est tamen longè maius, quàm sit ius, quod quis habet, vt ea legata & donatio nes recipiat, quæ quis sua libera voluntate ex meritis sua liberalitate voluerit ei efficere: cui iuri si aliquis contraueniat, impediendo ne fiant ea legata aut donationes, decipiendo illa efficere volentem, aut per vim aut metum illa à proposito illa faciendi auertendo, peccat contra iustitiam aduersus eum donatarium ac legatarium, teneaturque illi restituere damnum priuationis inde fecerit eorum legatorum ac donatorum, estd qui illa facere volebat ea non deberet, ad nullamque teneatur restitutionem, vt tractatu 2. Disp. 27. cum

communis doctorum sententia dictum comprobatur, quod si ita sanè res habet in proposito: qui enim iniuriam professo religionis egressum persuadet, contrauenit illi iuri, quod verè habet religio recipiendi ea emolumenta ex suo religioso, eaq; contrauenit iuri illi ex parte ita cõsulenti, iniustitia est comparatione religionis illius, est d ius, cui contrauenitur, non fit iniustitia comparatione religionis, sed fit ius ortum habens ex virtute religionis & ex obligatione votorum: sicut qui contrauenit iuri legatarij aut donatarij, vt recipiat donationem aut legatum ab eo, qui ea ex liberalitate ei facere voluerit, contra iustitiam peccat, & ad restitutionem tenetur, est d ius illud non fit iniustitiæ comparatione eius, qui ex liberalitate legare aut donare vult.

Ad argumentum verò in contrarium, concessio antecedente, neganda est consequentia. Ad primam verò consequentiæ probationem dicendum est, quod quamuis religiosus ipse fit magis præcipua causa eorum damnorum, detrimente illius religionis, quàm sit is, qui egressum illi consuluit, ac persuasit, nihilominus religiosus non est causa iniusta illorum, sed sacrilega solum: consulens verò eum egressum est causa iniusta eorum damnorum, contraueniendo iniuste iuri illi religionis, est d ius illud non fit iniustitiæ comparatione religionis illius, vt dictum est. Vnde concessio antecedente eius primæ probationis neganda est consequentia: quoniam causa magis præcipua eorum damnorum, seu eius detrimenti, non est causa iniusta: qui verò egressum & in consequentiam damna illa consuluit, est causa eorum iniusta: obligatio autem restituendi oritur ex solo peccato contra iustitiam, quæ d obligatio restituendi non est ex parte rei acceptæ, vt in re præsentibus non est. Ad secundam verò probationem dicendum est, ea omnia, quæ in illius antecedente continentur, vera esse, quando vt itaq; contra iustitiam peccat comparatione damno: vnum illorum: non verò quando solus consulens contra iustitiam peccat, vt quando decipit executorem, ita vt exequatur ab iniustitia excusator, aut quando quacunque alia ratione solus consulens & non exequatur contra iustitiam peccat. Vnde concessio antecedente, quando vt itaq; contra iustitiam peccauit, neganda est consequentia: quia in re præsentibus solus consulens peccat contra iustitiam.

Qui ergo iuxta tenorem prioris partis secundæ conclusionis proposuit in causa fuerit, vt aliquis religionem egrediatur, de iustitiæ rigore tenetur religioni, quantum prudentis arbitrio æstimabitur prædicta omnia damna, vt contraria bona, ad quæ religio habebat ius, erant tunc impotentia. Auctores in principio huius disputationis citati, restitutionem esse faciendam reducendo illam iterum ad religionem, vt cessent ea damna. Aut si is, qui illud extraxit, non possit id ab eo assequi, inducendo alium æque idoneum, atque æque vtilem religioni, qui eandem religionem non fuisset alioquin ingressurus, vt loco illius proficereatur. Quod si neq; hoc efficere possit, restituat, inquit, ingrediendo ac proficundo religionem loco extracti, vt fecit Raymundus.

Maiores tamen, Nauar. Sotus, & Ledesmius loci citati, quos sequuntur hodie Theologi alij, negant, hunc teneri ingredi religionem. Imò Sotus & Ledesmius, quos prædicti theologi sequuntur, inquit, neq; teneri quærere alium, qui loco egressi religionem ingrediatur. Primo, quoniam consilium religionem ingrediendi nemo, nisi summa cum libertate, sequi tenetur: est quippe executio eius consilij perniciosa: eo quod, qui religionem proficetur, totam suam libertatem à se in perpetuum abdicet, eaque de causa canonico iure sanctè est institutum, vt professionem antecedit annus probationis, quo ingrediens deliberet, an vires,

ad id sentiat: ergo in nullo euentu tenetur quis religionem iniuste ingredi: neq; vllus casus seu euentus mutare potest illud Christi verbum Matth. 19. *Si vult perfectus esse, vade, &c.* Sed semper id liberum est relinquendum voluntati ingredientis.

Secundò, nemo ad fidem, nisi voluntarius admittitur: ergo multo minus tenetur quis iniuste sequi consilium ingrediendi religionem.

Tertiò, quoniam obligatio restituendi in foro conscientie non oritur, nisi quando, si id in foro exteriori constaret, in eodem exteriori foro secundum leges cogereretur, de quo id constaret, restituere. Summus autem Pontifex in foro exteriori non obligaret, eum, qui alium à religione iniuste extraxisset, religionem loco extracti proficere.

Quod atter ad restituendi modum, tertia nostra conclusio in ordine est. Qui extrahit aliquem à religione, ex cuius egressu religio nullo manet priuata emolumento, quia tantum cum eo religio infumebat, quantum emolumentum ex illo percipiebat, & quia potius religio illum adiuuabat, quàm ab eo adiuuaretur, ita vt ex illius egressu, omnibus computatis, nullum detrimentum siue damnum religioni proueniat, præsertim cum loco egressi facile recipiat æqualem aut idoneiorem, qui non ad eò leuis & inconstans sit in Dei obsequio, vt illud deserat, sed damnum est solum egredientis, tunc is ad nullam restitutionem tenetur religioni, est d extractus idoneus religioni est. Probarur, quoniam inde nullum damnum manet in religione, saltem quod non facile resarciat ingressum alterius æque idonei: cum vnum quodq; cõnobium alere non possit nisi certum numerum.

Quarta conclusio. Quando damnum permanens religioni ex ea religio extractioe esse sequitur, tunc tenetur, qui eum extraxit, illud integre resarcire, saltem compensando illud alijs bonis, vel remissione nem eius damni ex religione obtinere. Quod si vel remissionem obtineat, vel sufficienter illud resarciat reducendo egressum aut aliquid insuper compensando, si ita necesse etiam sit pro damno medijs temporis, vel inducendo alium æque vtilem ac idoneum, vel alijs suis bonis, non tenetur ipse tunc religionem ingredi. Hanc confirmant Maior & Nauar. *ubi supra*, & ex se est satis perspicua: quoniam sufficienter satisfacit damnum illatum: neque tenetur restituere suo ingressu, quod aliunde sufficienter restituit.

Duo ad monerim: Vnum est, si loco egressi sufficiat alium, quia habet certum numerum, quem possit alere, & propterea quod extractus recesserit, alium recipit, tunc iuxta idoneitatem de nouo recepti, compensatum erit aliquid damni antea dati, aut totum id damnum, est d absque suspensione atq; industria eius, qui damnum dedit, sit hic alius receptus: quippe cum receptus non fuisset, nisi loco egressi.

Alterum verò est, quando restitutio fieret regressu eius, qui fuerat extractus, tunc si monasterium in damno aliquo adhuc maneat medijs temporis inter exitum & egressum, quod regressu non resarciatur, aut propter egressum damnum aliquod maneat in futurum, quia ille non regredietur ad eò vtilis: tunc eam partem damni remanentem teneri etiam restituere, qui causa iniustasuit egressus, vt est notissimum, iuxta opinionem, quam secunda conclusio sequimur.

Quinta conclusio. Quando qui prædicto modo fuit causa damni notabilis, in quo religio ob egressum sui religiosi manet, non potest alio modo illud resarcire, quàm suo ingressu, atque ipsius ingressu resarciatur omnino, aut magna ex parte, tunc is tenetur eam religionem ingredi, nisi religio illi remittat id damnum ei illatum. Hæc est doctorum, quos in principio huius disputationis citauimus: Probat

Probari autem potest, quoniam is tenetur restituere id damnnum iniuste ab eo datum, vt conclusione 2. ostensum est: neque potest illud alia via restituere, vt supponimus, & posthac ergo tenetur hac via illud restituere: præsertim cum argumenta contrariæ opinionis non concludant.

- 9 Ad primum ergo dicendum est, antecedens esse verum, quando ille vel sua sponte vel sua culpa nõ induxit super se obligationem illud exequendi: si autem eam obligationem super se induxit, iam tunc non tenetur illud facere vt nudum consilium, sed vi obligationis ex precepto vel restituendi, vel impediendi vorũ, quod super se induxit. Sicut enim si is vouisset religionis ingressum, nõ negabit Sorus, teneri eum ingredi religionem, nihil impediente quod Christus, dum de religionis ingressu intra limites consilij est loquutus, dixerit: *Si vobis perfectus esse* B
 10 *vade, &c.* nihilque item impediente quod ecclesia probationis annum ante professionem statuerit: ita non est cur neget, iurè negare possit, quando sua sponte ac culpa extrahendi alium à religione super se induxit obligationem restituendi religioni graua damna ea via iniuste ei data, neque habet aliam viam, quæ eam restituat, nisi ingrediendo religionem, teneri eum illam ingredi, non obstant, quod Christus vt consilium reliquerit hominibus religionem ingredi, & quod ecclesia id de probationis anno ante professionem statuerit.

Secundum verò argumentum si quid probat, solam profecto est, nemine extrinseca coactione esse cogendum ingredi religionem ob maiora mala, quæ sequi possent, si eo modo extrinsece coactam religionem ingrederetur: quemadmodum ob eandem rationem, & quia ecclesia vim cogendi in eos non habet, qui extra ecclesiam sunt, vt fidem amplectantur, ecclesiamque ingrediantur, eos ad id non cogit. Non verò id argumentum probat, illum, de quo loquimur, non teneri ingredi religionem, est reluctanter ad id sentiat voluntatem, vt ea via id restituat, quod tenetur restituere, & quod alia via restituere potest. Quin potius argumentum retorquere potest ad contrarium probandum. Sicut enim quiuis profiteri tenetur catholicam fidem, nihil impediente, quod ad id reluctanter habeat voluntatem, quoniam ad id iure diuini obligatur: ita quando aliquis sua sponte induxit super se obligationem ingrediendi religionem, quia induxit super se obligationem restituendi, quam alia via implere non potest, & ea via potest, tenetur eam ingredi, nihil impediente quod ad id reluctanter habeat voluntatem.

Ad tertium neganda est maior. Qui enim vendit ultra iustum precium rigorsum, tenetur in foro conscientie restituere: & tamen est id consuet ac probetur in exteriori foro, non cogitur in eo restituere, nisi simul probetur excessum fuisse ultra dictidimum iusti precij: ne enim multiplicentur lites, & sequantur maiora mala, neque ciuile neque canonicum ius concedere voluerunt actionem in eo euentu, vt tractatu 2. in materia de emptione & venditione dictum est. Atque idem esse posset in re, de qua loquimur, ne si is ingredi religionem in foro exteriori cogatur, sequerentur inde maiora mala.

- 10 Sexta conclusio in hac disputatione est: Qui absque rationabili ac iusta causa, vi, metu, aut deceptione, aliquem ab ingressu religionis impedit, aut iam ingressum inde extrahit, vel ante vel post professionem, aut emissã vota, tenentur ad restitutionem,

nam, tum religioni, quantum æstimabuntur emolumenta, quæ religio ex ea persona poterat percipere, vt ita erant in spe: tum etiã impedito, auferendo ab illo impedimẽta, quæ ille apposuit, liberumque omnino relinquendo, vt religionem ingrediat, aut vt ad illam regrediat, & insuper illi refarciendo, si quod aliud damnnum sit inde ei subsecutum, quod ipse per se ipsum, si velit, non possit refarcire. Prior pars quod ad eum attinet, qui iam per professionem aut per simplicia vota religioni erat astrictus, probata est conclusione 2. multo que dilucidior est, quando interuenit vis, metus, fraus, seu deceptio, illamque in hoc euentu affirmant theologi huius ætatis, qui à secunda conclusione recedunt, propter ea quæ mox subiugemus. Quod verò ad eum attinet, qui nondum religioni erat astrictus, probatur. Quoniam licet religio nondum ius ad ea emolumenta haberet, habebat tamen ius vt illa perciperet, si aliquis sua sponte se vellet ei astringere, religiosusque in ea fieri, cui iuri contrahitur iniuste in eo, quod aliquis mendaciis, vi, aut metu absque rationabili causa retrahatur ab ingressu in ea religione: non secus atque contrahitur iuri, quod vnusquisque habet vt percipiat donationes & legata ab eo, qui ex sua liberalitate voluerit ea illi conferre, si medaciis, vi, aut metu ille retrahatur à collatione earum donationum aut legatorum ipsi facienda: quare sicut, qui ita iniuste impedit collationem donationum aut legatorum, tenetur ad restitutionem eius damni eo modo impedito sequi, vt *11. 2. Disp. 727.* ostendimus: sic qui modo explicato iniuste impedit aliquem ab ingressu religionis tenetur ad restitutionem religioni emolumentorum, quæ inde esset perceptura. Posterior verò conclusionis pars ex iis liquet, quæ conclusione prima disputationis præcederis dicta sunt. Is enim inuoluntariè mixtè impeditur à magno eo bono spiritali, ac proinde, qui eo modo iniuste eum impedit, tenetur auferre causam iniuste impediẽtem, vt is id bonum possit consequi, & insuper tenetur illud restituere, si quod aliud damnnum inde fuit ei sequutum.

Illud postremò est hoc loco obseruandum, prænam excommunicationis ipso facto incurrendam statutam esse in concilio Tridentino *sess. 25. c. 18. de regularibus tam cogentibus, non quoscunque sed mulieres, ingredi religionem, quàm impediẽtib⁹ illas volentes religionem ingredi, ab ingressu, id est* his verbis: *Anathemati sancta synodus subiicit omnes & singulas personas, cuiuscunque, quæ alicuius vel aditione fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum in monasterium, vel ad suscipiendam habitum cuiuscunque religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quocumque modo eidem alicui vel presentiam, vel consensum, vel autoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subiicit eos, qui sanctam virginem, vel aliarum mulierum voluntatem vel capiendi, vel voti emittendi, quocumque modo sine iusta causa impediunt. Arque hæc dicta sunt de quarto hoc de Iustitia tractatu ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, Filij, & Spiritus sancti, nec non inueneratæ semper virginis Dei genitricis*

Mariz.